






208


Toronto University Library
Presented by


The Right Reverend The Lord Bishop of South
through the Committee formed in
The Old Country
to aid in replacing the loss caused by
The disastrous Fire of February the 14th 189












Digitized by the Internet Archive
in 2009 with funding from
University of Toronto



HERODOTI
HISTORIARUM LIBRI IX.
GRAECE ET LATINE.

TOMUS III.

Liber VI. et VII. cum Varietate Lectionis.

HISTORIARUM LIBRARIUM
H. B. O. D. T. I.
HISTORIARUM LIBRARIUM

ARGENTORATI
TYPIS PHILIPPI IACOBI DANNBACH.

LGr
H562Sc

HERODOTI
MUSAE

SIVE

HISTORIARUM LIBRI IX.

AD VETERUM CODICUM FIDEM

DENUO RECENSUIT

LECTIONIS VARIETATE

CONTINUA INTERPRETATIONE LATINA

ADNOTATIONIBUS

WESSELINGII ET VALCKENARII

ALIORUMQUE ET SUIS

ILLUSTRAVIT

IOHANNES SCHWEIGHAEUSER

IN ACAD. ARGENT. ET SEM. PROT. LITERAR. GRAEC. PROF.

ACADEMIAE REG. INSCRIPT. ET HUM. LITERAR. ADSCR.

TOMUS TERTIUS.

ARGENTORATI ET PARISIIS

APUD TREUTTTEL ET WÜRTZ, BIBLIOPOLAS.

MDCCCXVI.

701
524


18340
27/11/91 6


HERODOTI HISTORIAR.

T. III. P. I.

LIBER VI. ET VII.

GRAECE ET LATINE.





ἩΡΟΔΟΤΟΥ

ἹΣΤΟΡΙΩΝ ἙΚΤΗ.

ἘΡΑΤΩ.

ἌΡΙΣΤΑΓΟΡΗΣ μὲν νυν Ἰωνίην ἀποστήσας, οὐ- 1
 τω τελευτᾷ. Ἰστιαῖος δὲ ὁ Μιλήτου τύραννος, μεμε-
 τιμένος ὑπὸ Δαρείου, παρῆν ἐς Σάρδεις. ἀπιγμένον δὲ
 αὐτὸν ἐκ τῶν Σούσων, εἶπετο Ἀρταφέρνης ὁ Σαρδίων
 5 ὑπαρχος, κατὰ κοῖνόν τι δοκέει Ἴωνας ἀπεστάναι. ὁ δὲ
 οὔτε εἰδέναι ἔφη, ἐβώμαζέ τε τὸ γεγονός, ὡς οὐδὲν δῆ-

HERODOTI HISTORIARUM

LIBER SEXTUS.

ERATO.

(1.) **A**RISTAGORAS igitur, quo auctore Ionia defe-
 cerat, hoc modo vitam finivit. *Histiæus* vero,
 Miletî tyrannus, a Dario dimissus, Sardes erat pro-
 fectus: quo ubi Susis pervenit, interrogavit eum *Ar-*
taphernes, Sardium præfectus, *qua re inductos*
putaret Ionas a rege defecisse. Id quum ille se
Herod. T. III. P. I. A 2

Φεν τῶν παρεόντων πραγμάτων ἐπιστάμενος. ὁ δὲ Ἄρ-
 ταΦέρνης ὄρεάν αὐτὸν τεχνάζοντα, εἶπε, εἰδὼς τὴν ἀτρε-
 κίην τῆς ἀποστάσιος· „Οὕτω τοι, Ἰστιαῖε, ἔχει κατὰ
 „ταῦτα τὰ πρήγματα· τοῦτο τὸ ὑπόδημα ἔρραψας 10
 2 „μὲν σὺ, ὑπεδήσατο δὲ Ἄρισταγόρης.“ ἌρταΦέρνης
 μὲν ταῦτα ἐς τὴν ἀπόστασιν ἔχοντα εἶπε. Ἰστιαῖος δὲ,
 δεῖσας ὡς συνιέντα ἌρταΦέρνεα, ὑπὸ τὴν πρώτην ἐπελ-
 θοῦσαν νύκτα ἀπέδρη ἐπὶ θάλασσαν, βασιλῆα Δα-
 ρεῖον ἐξηπατηκῶς· ὅς Σαρδῶ νῆσον τὴν μεγίστην ὑπο- 5
 δεξάμενος κατεργάσασθαι, ὑπέδυνε τῶν Ἰώνων τὴν ἡγε-
 μονίην τοῦ πρὸς Δαρεῖον πολέμου. διαβὰς δὲ ἐς Χίον,
 ἐδέθη ὑπὸ Χίων, καταγνωσθεῖς πρὸς αὐτέων νεώτερα
 πρήσσειν πρήγματα ἐς ἑαυτοὺς ἐκ Δαρείου. μαθόντες
 μέντοι οἱ Χῖοι τὸν πάντα λόγον, ὡς πολέμιος εἶη βα- 10
 3 σιλίει, ἔλυσαν αὐτόν. Ἐνθαῦτα δὲ εἰρωτεώμενος ὑπὸ

ignorare diceret, mirareturque factum, quasi nihil
 de rebus praesentibus compertum haberet, artificiis
 utentem videns Artaphernes ait: *Ita tibi, Histiaee,*
haec res habet: calceum hunc tu proiecisti, et
induit eum Aristagoras. (2.) Hoc quum Arta-
 phernes, ad defectionem quod adinet, dixisset;
 metuens eum Histiaeus, utpote intelligentem quid
 rei esset, protinus prima nocte ad mare profugit:
 qui, quum Dario pollicitus esset Sardiniam maxi-
 mam insulam imperio illius subiiciendam, decepto
 rege, clam auctor Ionibus fuerat belli adversus illum
 suscipiendi. Sed Chium transgressus, in vincula a
 Chiis coniectus est, suspectum eum habentibus quasi
 res novas adversus ipsos regis nomine molientem.
 Mox tamen, cognita rei veritate, hostem esse regi,

440, 25.

τῶν Ἰώνων ὁ Ἰστιαῖος, κατ' ὅτι πρεθύμως οὕτω ἐπέ-
 στείλε τῷ Ἀρισταγόρῃ ἀπίστασθαι ἀπὸ βασιλῆος, καὶ
 κακὸν τοσοῦτον εἶη Ἴωνας ἐξεργασμένος, τὴν μὲν γενο-
 5 μένην αὐτοῖσι αἰτίην οὐ μάλα ἐξέφαινε, ὁ δὲ ἔλεγέ
 σφι, ὡς „ βασιλεὺς Δαρεῖος ἐβουλευσατο, Φοίνικας
 μὲν ἐξαναστήσας, ἐν τῇ Ἰωνίῃ κατοικίσαι, Ἴωνας δὲ
 ἐν τῇ Φοινίῃ· καὶ τούτων ἐνεκα ἐπιστείλει.“ οὐδὲν
 τι πάντως ταῦτα βασιλῆος βουλευσαμένου, ἐδειμάτου
 10 τοὺς Ἴωνας. Μετὰ δὲ, ὁ Ἰστιαῖος δι' ἀγγέλου ποιεύ- 4
 μενος Ἑρμιππου, ἀνδρὸς Ἀταρνείτεω, τοῖσι ἐν Σάρδισι
 ἐοῦσι Περσέων ἐπέμπε βυβλία, ὡς προλελεσχηνευμέ-
 νων αὐτῷ ἀποστάσιος πέρι. ὁ δὲ Ἑρμιππος πρὸς τοὺς
 5 μὲν ἀπεπέμφθη, οὐ διδοῖ, Φέρων δὲ ἐνεχείρισε τὰ βυ-
 βλία Ἀρταφέρνηϊ. ὁ δὲ, μαθὼν ἅπαν τὸ γινόμενον, ἐκέ-
 λευε τὸν Ἑρμιππον τὰ μὲν παρὰ τοῦ Ἰστιαίου δοῦναι

vinculis eum Chii solverunt. (3.) Ibi vero interro-
 gatus *Histiaeus* a Ionibus, *cur ita studiose Ari-
 stagorae, ut a rege deficeret, mandasset, veram illis
 causam nequaquam expromsit; sed, regem Darium,*
*ait, constituisse Phoenices sedibus suis excitos in
 Ioniam transferre, Ionas autem in Phoenicen:*
eâ causâ se istud mandasse. Ita Ionas terruit,
 quum nihil umquam tale rex animo agitasset. (4.)
 Post haec internuncio Hermippo usus *Histiaeus*,
 homine Atarnita, ad Persas nonnullos, qui Sardibus
 erant, epistolas misit, ut qui secum antea de defectio-
 ne sermones miscuissent. At Hermippus eis, ad quos
 missus erat, non reddidit epistolas, sed *Artapherni*
 tradidit. Ille vero, re omni cognita, iussit Hermip-
 pum eis epistolas reddere ad quos datae erant, sibi

Φέροντα τοῖσί περ ἔφερε, τὰ δὲ ἀμοιβαῖα τὰ παρὰ
 τῶν Περσέων ἀντιτεμπόμενα Ἰστιαίῳ, ἑαυτῷ δοῦναι.
 τούτων δὲ γενομένων Θανερῶν, ἀπέκτεινε ἐνθαῦτα πολ- 10
 λούς Περσέων ὁ Ἄσταζένης. περὶ Σάρδεις μὲν δὴ ἐγί-
 5 νετο ταραχή. Ἰστιαῖον δὲ, ταύτης ἀποσφαλέντα τῆς
 ἐλπίδος, Χίοι κατήγον ἐς Μίλητον, αὐτοῦ Ἰστιαίου
 δεσθέντος. οἱ δὲ Μιλήσιοι, ἄσμενοι ἀπαλλαχθέντες καὶ
 Ἄρισταγόρῳ, οὐδαμῶς πρόθυμοι ἔσαν ἄλλον τύραννον
 δέκεσθαι ἐς τὴν χώραν, οἳά τε ἐλευθερίας γευσάμενοι. καὶ 5
 δὴ, νυκτὸς γὰρ εὐούσης βίη ἐπειράτο κατιὰν ὁ Ἰστιαῖος
 ἐς τὴν Μίλητον, τιρώσκειται τὸν μηρὸν ὑπὸ τευ τῶν Μι-
 λησίων. Ὁ μὲν δὴ ὡς ἀπώστὸς τῆς ἑαυτοῦ γίνεται,
 ἀπικνέεται ὀπίσω ἐς τὴν Χίον· ἐνθεῦτεν δὲ, οὐ γὰρ
 ἔπειθε τοὺς Χίους ὥστε ἑαυτῷ δοῦναι νέας, διέβη ἐς 10
 Μιτυλήνην, καὶ ἔπεισε Λεσβίους δοῦναί οἱ νέας. οἱ δὲ,

vero tradere illas, quas Persae vicissim ad Histiaeum
 perferendas ipsi dedissent. Quo facto postquam illi
 comperti fuerunt, de multis Persarum supplicium
 sumpsit Artaphernes. Atque ita tumultus Sardibus ex-
 stitit. (5. Ea spe frustratum *Histiaeum* Chii, ro-
 gante ipso, Miletum deduxere. At Milesiis, luben-
 ter Aristagora etiam liberatis, nequiquam volupe erat
 alium tyrannum terrâ suâ recipere, quippe qui liber-
 tatem gustassent. Itaque, quum noctu per vim in-
 trare Miletum conatus esset, repulsus est, atque etiam
 ab aliquo ex Milesiis in femore vulneratus. Reiectus
 a patria Chium rediit: inde vero, quum Chiiis ut
 sibi naves darent persuadere non potuisset, Mityle-
 nen traiecit; et Lesbiiis, ut naves sibi darent, per-
 suasit. Hi igitur, instructis octo triremibus, cum

πληρώσαντες ὀκτὼ τριήρεις, ἔπλεον ἅμᾳ Ἰστιαίῳ ἐς
 Βυζάντιον· ἐνθαῦτα δὲ ἰζόμενοι, τὰς ἐκ τοῦ Πόντου ἐκ-
 πλωούσας τῶν νεῶν ἐλάμβανον, πλὴν ἢ ὅσοι αὐτέων
 15 Ἰστιαίῳ ἔθεσαν ἐτοῖμοι εἶναι πείσεσθαι.

Ἰστιαῖος μὲν νυν καὶ Μιτυληναῖοι ἐποίεον ταῦτα. 6
 ἐπὶ δὲ Μίλητον αὐτὴν ναυτικὸς πολλὸς καὶ πεζὸς ἦν
 στρατὸς προσδόκιμος. συστραφέντες γὰρ οἱ στρατηγοὶ
 τῶν Περσέων, καὶ ἐν ποιήσαντες στρατόπεδον, ἤλαυνον
 5 ἐπὶ τὴν Μίλητον, τὰ ἄλλα πολίσματα περὶ ἐλάσσου-
 νος ποιησάμενοι· τοῦ δὲ ναυτικοῦ Φοίνικες μὲν ἔσαν προ-
 θυμότεστοι, συνεστρατεύοντο δὲ καὶ Κύπριοι, νεωστὶ κα-
 τεστραμμένοι, καὶ Κίλικές τε καὶ Αἰγύπτιοι. Οἱ μὲν 7
 δὴ ἐπὶ τὴν Μίλητον καὶ τὴν ἄλλην Ἰωνίην ἐστράτευον.
 Ἴωνες δὲ, πυνθανόμενοι ταῦτα, ἔπεμπον προβούλους
 σφέων αὐτέων ἐς Πανιώνιον. ἀπικομένοισι δὲ τούτοισι

Histiaeo Byzantium navigarunt: ibique in insidiis stantes, naves ex ponto navigantes vi ceperunt, exceptis eorum navigiis qui se paratos esse Histiaeo parere profiterentur.

(6.) Dum haec Histiaeus et Mitylenaei agebant, interim ad ipsam *Miletum* ingens et navalis et pedestris exspectabatur exercitus. Nam Persarum duces, iunctis viribus et in unum exercitum collatis, adversus Miletum, insuper habitis minoribus oppidis, proficiscebantur: et navalium copiarum promississimi erant Phoenices: cum his autem militabant et Cyprii, nuper subacti, et Cilices, atque Aegyptii.
 (7.) Quos ubi Iones intellexerunt adversus Miletum reliquamque Ioniam proficisci, miserunt de suis ad Panionium, qui de rebus ad se pertinentibus deli-

ἐς τοῦτον τὸν χρόνον, καὶ βουλευομένοισι, ἔδοξε πεζὸν 5
 μὲν στρατὸν μὴ συλλέγειν ἀντίξοον Πέρσησι, ἀλλὰ τὰ
 τείχεα ῥύεσθαι αὐτοὺς Μιλησίους· τὸ δὲ ναυτικὸν πλη-
 ροῦν, ὑπολειπομένους μηδεμίαν τῶν νεῶν· πληρώσαντας
 δὲ, συλλέγεσθαι τὴν ταχίστην ἐς Λάδην, προναυμα-
 χήσαντας Μιλήτου. ἡ δὲ Λάδη ἐστὶ νῆσος σμικρὴ ἐπὶ 10
 8 τῇ πόλει τῇ Μιλησίων κειμένη. Μετὰ δὲ ταῦτα, πε-
 πληρωμένοι τῆσι νηυσὶ παρήσαν οἱ Ἴωνες· σὺν δὲ σφι
 καὶ Αἰολέων οἱ Λέσβων νέμονται. ἐτάσσοντο δὲ ὧδε.
 τὸ μὲν πρὸς τὴν ἑω εἶχον κέρασ αὐτοὶ Μιλησίοι, νέας
 παρεχόμενοι ὀγδώκοντα. εἶχοντο δὲ τούτων Πριηνέες 5
 δωᾶδεκα νηυσὶ, καὶ Μυούσιοι τρισὶ νηυσὶ· Μυουσίων
 δὲ Τήϊοι εἶχοντο ἑπτακαίδεκα νηυσὶ· Τήϊων δὲ εἶχοντο
 Χίοι ἑκατὸν νηυσὶ· πρὸς δὲ τούτοισι Ἐρυθραῖοί τε ἐτάσ-

berarent. Quibus praedicto loco congregatis, habito
 consilio, placuit, ut pedestris exercitus, qui oppo-
 neretur Persis, nullus cogeretur, sed muros defen-
 derent ipsi per se Milesii; classis autem, nulla ex-
 cepta navi, rebus omnibus instrueretur, atque ita
 instructa quam primum ad Laden occurreret, et pro
 Mileto pugna navali decerneret. Est autem *Lade*
 parva insula, urbi Milesiorum obversa. (8.) Post
 haec, ubi *instructis navibus* adfuere *Iones*, cum
 eisque *Aeolenses* Lesbum incolentes, *aciem* in hunc
 modum ordinarunt. Cornu ad orientem spectans
 ipsi tenebant *Milesii*, naves praehentes octoginta:
 his contigui erant *Prienenses* cum duodecim navi-
 bus, et *Myusii* navibus tribus: *Myusiis* proximi
 stabant *Teii*, septemdecim navibus: *Teiis* proximi
Chii, navibus centum: iuxta hos locati *Erythraei* et

441, 87.

10 σοντο καὶ Φωκαέες* Ἐρυθραῖοι μὲν, ὀκτὼ νέας παρε-
 χόμενοι, Φωκαέες δὲ τρεῖς. Φωκαέων δὲ εἶχοντο Λέσ-
 βιοι νηυσὶ ἐβδομήκοντα. τελευταῖοι δὲ ἐτάσσοντο, ἔχον-
 τες τὸ πρὸς ἐσπέρην κέρας, Σάμιοι, ἐξήκοντα νηυσί.
 Πασέων δὲ τούτων ὁ σύμπας ἀριθμὸς ἐγένετο, τρεῖς
 καὶ πενήκοντα καὶ τριηκόσιαι τριήρεις. αὐταὶ μὲν Ἰώ-
 νων ἔσαν. Τῶν δὲ βαρβάρων τὸ πλῆθος τῶν νεῶν ἔσαν 9
 ἐξακόςιαι. ὡς δὲ καὶ αὐταὶ ἀπίκατο πρὸς τὴν Μιλη-
 σίην, καὶ ὁ πεζὸς σφι ἅπας παρῆν, ἐνθαῦτα οἱ Περ-
 σέων στρατηγοὶ, πυθόμενοι τὸ πλῆθος τῶν Ἰάδων νεῶν,
 5 καταρρώδησαν μὴ οὐ δυνατοὶ γένωνται ὑπερβαλέσθαι,
 καὶ οὕτω οὔτε τὴν Μίλητον οἰοί τε ἔωσι ἐξελεῖν, μὴ οὐκ
 εἶντες ναυκράτορες, πρὸς τε Δαρείου κινδυνεύσωσι κα-
 κόν τι λαβεῖν. Ταῦτα ἐπιλεγόμενοι, συλλέξαντες τῶν
 Ἰώνων τοὺς τυράννους, οἱ ὑπ' Ἀρισταγόρῳ μὲν τοῦ Μι-

Phocaeenses, quorum illi octo contulerant naves, hi vero tres. Phocaeensibus contigui erant Lesbii, navibus septuaginta. Postremi locati Samii, cornu tenentes occidenti obversum, navibus sexaginta. Unversus harum omnium numerus fuit, triremes trecentae quinquaginta tres. Et hae quidem Ionum erant. (9.) Navium vero numerus, quas *barbari* habebant, crant sexcentae. Quae ubi et ipsae ad *Milesiorum* fines pervenere, simulque pedestres universae aderant copiae, ibi tum duces Persarum, cognita Ionicarum navium multitudine, veriti sunt ne superare has non possent, adeoque nec Miletum possent capere, mari non potentes, atque ita periculum incurrerent poenas dandi Dario. Haec secum reputantes, convocarunt Ionum tyrannos, qui ab

λησίου καταλυθέντες τῶν ἀρχέων, ἔφευγον ἐς Μήδους, 10
 ἐτύγχανον δὲ τότε συστρατευόμενοι ἐπὶ τὴν Μίλητον,
 τούτων τῶν ἀνδρῶν τοὺς παρεόντας συγκαλέσαντες,
 ἔλεγον σφι τάδε· „ Ἄνδρες Ἴωνες, νῦν τις ὑμῶν εὖ
 „ ποιήσας φανήτω τὸν βασιλῆος οἶκον· τοὺς γὰρ ἑαυ-
 „ τοῦ ἕκαστος ὑμῶν πολίτας πειράσθω ἀποσχίζων ἀπὸ 15
 „ τοῦ λοιποῦ συμμαχικοῦ. προῖσχύμενοι δὲ ἐπαγγεί-
 „ λασθε τάδε, ὡς πείσονται τε ἄχαρι οὐδὲν διὰ τὴν
 „ ἀπίστασιν, οὐδέ σφι οὔτε τὰ ἰρὰ οὔτε τὰ ἴδια ἐμ-
 „ πεπρήσεται, οὐδὲ βιαιότερον ἔξουσι οὐδὲν, ἢ πρότε-
 „ ρον εἶχον. εἰ δὲ ταῦτα μὲν οὐ ποιήσουσι, οἱ δὲ πάντως 20
 „ διὰ μάχης ἐλεύσονται, τάδε σφι λέγετε ἐπιηράζον-
 „ τες, τὰ περ σφέας κατέξει ὡς ἐσωθέντες τῇ μάχῃ,
 „ ἔξανδραποδιεῦνται, καὶ ὡς σφεων τοὺς παῖδας ἔκτο-

IX. 16. ἐπαγγείλασθε. *Rectius forsan ἀπαγγ.*

Aristagora Milesio imperiis deieci ad Medos profu-
 gerant, iamque cum illis adversus Miletum milita-
 bant. Ex horum igitur numero convocatos, quot-
 quot praesentes erant, in hunc modum sunt adlocuti:
Nunc, viri Iones, quisque vestrum palam faciat,
de Regis domo se bene velle mereri. Unusquisque
nempe vestrum det operam, ut populares suos a
reliquorum abstrahat societate. Proponite igitur
illis, nunciateque, nihil triste illos ob defectionem
passuros, nec aedes eorum vel sacras vel privatas
iri incensum, nec duriore conditione, quam ante,
futuros. Sin a societate non recesserint, sed uti-
que pugnae periculo rem commiserint, haec mini-
tantes illis praedicite, quae ipsis sint eventura:
nos praelio victos in servitutem rapturos, pueros

442, 18.

25 „μίας ποιήσομεν, τὰς δὲ παρθένοὺς ἀνασπάστοὺς ἐς
 „Βάκτρα, καὶ ὡς τὴν χώραν ἄλλοισι παραδώσομεν.“
 Οἱ μὲν δὴ ἔλεγον ταῦτα· τῶν δὲ Ἰώνων οἱ τύραννοι 10
 διέπεμπον νυκτὸς ἕκαστος ἐς τοὺς ἑαυτοῦ ἐξαγγελλό-
 γημεις. οἱ δὲ Ἴωνες, ἐς τοὺς καὶ ἀπίκοντο αὐταὶ αἱ ἀγ-
 γελίαι, ἀγνωμοσύνη τε διεχρέαντο, καὶ οὐ προσίεντο τὴν
 5 προδοσίην· ἑαυτοῖσι τε ἕκαστοι ἐδόκεον μούνοισι ταῦτα
 τοὺς Πέρσας ἐξαγγέλλεσθαι. ταῦτα μὲν νυν ἰβέως ἀπι-
 κομένων ἐς τὴν Μίλητον τῶν Περσέων ἐγένετο.

Μετὰ δὲ, τῶν Ἰώνων συλληχθέντων ἐς τὴν Λάδην, 11
 ἐγένοντο ἀγοραί· καὶ δὴ κου σφι καὶ ἄλλοι ἠγορώοντο,
 ἐν δὲ δὴ καὶ ὁ Φωκαεὺς στρατηγὸς Διονύσιος, λέγων
 τάδε· „Ἐπὶ ξυροῦ γὰρ ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πρή-
 5 „γματα, ἀνδρες Ἴωνες, ἢ εἴνεσι ἐλευθέροισι ἢ δούλοισι,
 „καὶ ταῦτοισι ὡς δοκπέτησι. νῦν ὦν ὑμεῖς, ἦν μὲν βού-

eorum castraturos, virgines Bactra abducturos, et terram aliis tradituros. (10.) Quae quum illi dixissent, Ionum tyranni noctu ad populares suos unusquisque dimisit qui haec eis renunciarent. At Iones, ad quos hi nuncii pervenere, tenaciter in proposito suo persisterunt, nec admiserunt proditionem: et quique sibi solis haec a Persis edici existimabant. Et haec quidem protinus, ex quo ad Miletum Persae pervenerant, peracta sunt.

(11.) Deinde vero, ubi in Lade insula Iones convenere, conciones sunt habitae; et quum alii apud eos verba fecere, tum Phocaeensium dux Dionysius sic est locutus: *Nunc, quum in novaculae acie sint res nostrae, ut vel liberi simus, vel servi, et ii quidem velut fugitivi; siquidem volueritis,*

„λησθε ταλαιπωρίας ἐνδέκεσθαι, τὸ παραχοῆμα μὲν
 „πόνος ὑμῖν ἔσται, εἰοί τε δὲ ἔσεσθε, ὑπερβαλλόμε-
 „νοι τοὺς ἐναντίους, εἶναι ἐλεύθεροι· εἰ δὲ μαλακίη τε
 „καὶ ἀταξίη διαχρήσεσθε, οὐδεμίην ὑμέων ἔχω ἐλπίδα 10
 „μὴ οὐ δώσειν ὑμέας δίκην τῷ βασιλεῖ τῆς ἀποστάσιος.
 „ἀλλ' ἐμοί τε πείθεσθε, καὶ ἐμοὶ ὑμέας αὐτοὺς ἐπιτρέ-
 „ψατε· καὶ ὑμῖν ἐγὼ, θεῶν τὰ ἴσα νεμόντων, ὑποδέ-
 „κομαι ἢ οὐ συμμίξιν τοὺς πολεμίους, ἢ συμμίσγον-
 12 „τας, πολλὸν ἐλασσώσεσθαι.“ Ταῦτα ἀκούσαντες 11
 οἱ Ἴωνες ἐπιτρέπουσι σφέας αὐτοὺς τῷ Διονυσίῳ. ὁ δὲ,
 ἀνάγων ἐκάστοτε ἐπὶ κέρας τὰς νέας, ὅπως τοῖσι ἐρέτῃσι
 χρήσταιτο, διέκπλοον ποιούμενος τῆσι νηυσὶ δι' ἀλληλέων,
 καὶ τοὺς ἐπιβάτας ὀπλίσειε, τὸ λοιπὸν τῆς ἡμέρης τὰς
 νέας ἔχεσκε ἐπ' ἀγκυρέων· παρεῖχε τε τοῖσι Ἴωσι πό-

*viri Iones, labores suscipere, erit id quidem in
 praesentia vobis molestum, sed poteritis supera-
 tis hostibus esse liberi: sin disciplinâ militari in-
 super habitâ, mollitiei vos dedideritis; nullam
 equidem spem habeo, poenam defectionis regi dan-
 dam effugere vos posse. Sed me audite, mihique
 vos permittite: et vobis ego, si modo dii aequa
 dederint, recipio, aut pugnae aleam non subitu-
 ros esse hostes, aut, si nos adgressuri sunt, ma-
 gnam cladem accepturos. (12.) His auditis, Dio-
 nysio se permiserunt Iones. Tum ille quotidie, na-
 vibus longo ordine eductis, postquam remiges in
 discurrendo singulis navibus per binas alias exer-
 cuisset, et classarios iussisset armatos in ponte stare,
 reliquam diei partem in ancoris naves tenebat; atque
 ita toto die laborem Ionibus exhibebat. Et illi qui-*

443, 47.

νον δι' ἡμέρας. μέχρι μὲν νυν ἡμερέων ἑπτὰ ἐπείθοντό τε
καὶ ἐποίουν τὸ κελευόμενον· τῇ δὲ ἐπὶ ταύτησι, οἱ Ἴω-
νες, οἷα ἀπαθείες ἐόντες πόνων τοιούτων, τετρομένοι τε
10 ταλαιπωρήσιν τε καὶ ἡλίῳ, ἔλεξαν πρὸς ἑαυτοὺς τάδε·
„Τίνα δαιμόνων παραβάντες, τάδε ἀναπίμπλαμεν; οἷ-
„τινες παραφρονήσαντες, καὶ ἐκπλώσαντες ἐκ τοῦ νόου,
„ἀνδρὶ Φωκαεῖ ἀλαζόνι, παρεχομένῳ νέας τρεῖς, ἐπι-
„τρέψαντες ἡμέας αὐτοὺς ἔχομεν. ὁ δὲ, παραλαβὼν
15 „ἡμέας, λυμαίνεται λύμησι ἀνηκέστοισι· καὶ δὴ πολ-
„λοὶ μὲν ἡμέων ἐς νούτους πεπτώκασι, πολλοὶ δὲ ἐπί-
„δοξοὶ τὰυτό τοῦτο πείσεσθαι εἰσι. πρό τε τούτων τῶν
„κακῶν ἡμῖν γε κρέσσον καὶ ὅτι ἂν ἄλλο παθεῖν ἐστὶ,
„καὶ τὴν μέλλουσαν δουλείην ὑπομῆναι, ἥτις ἐσται,
20 „μᾶλλον ἢ τῇ παρεούσῃ συνέχεσθαι. Φέρετε, τοῦ λοι-
„ποῦ μὴ πειθόμεθα αὐτοῦ.“ Ταῦτα ἔλεξαν, καὶ με-

dem ad septimum usque diem ei parebant, manda-
taque exsequebantur; insequente vero die, quum in-
patientes essent talium laborum, molestiis et solis
ardore vexati, hosce inter se sermones miscere: *Quo
tandem numine laeso hos exhaurimus labores? qui
desipientes, et de statu mentis deiecti, homini
Phocaeensi, vano iactatori, qui tres naves in
commune contulit, nos totos permisimus. Et ille
nos, sibi traditos, miseriis intolerabilibus vexat;
ita ut nostrum multi in morbos inciderint, et
multis item aliis eadem sors imminere videatur!
Quanto nobis praestat, quidvis aliud, quam haec
mala, pati, et futuram servitutem potius tole-
rare, qualiscumque illa fuerit, quam hanc prae-
sentem, qua constricti sumus! Agite, ne porro*

τὰ ταῦτα αὐτίκα πείθεσθαι οὐδεὶς ἤθελε· ἀλλ', οἷα
στρατιῇ, σκηνάς τε πηξάμενοι ἐν τῇ νήσῳ, ἐσκητρο-
σέοντο, καὶ ἐσβαίνειν οὐκ ἐθέλεσκον ἐς τὰς νέας, οὐδ'
13 ἀναπειρᾶσθαι. Μαθόντες δὲ ταῦτα τὰ γινόμενα ἐκ
τῶν Ἰώνων οἱ στρατηγοὶ τῶν Σαμίων, ἐνθαῦτα δὴ παρ'
Αἰάκεος τοῦ Συλοσῶντος, κείνους τοὺς πρότερον ἔπεμπε
λόγους ὁ Αἰάκης, κελευόντων τῶν Περσέων, δεόμενός
σφῶν ἐκλιπεῖν τὴν Ἰώνων συμμαχίην· οἱ Σάμιοι ὦν, 5
ὁρέωντες ἅμα μὲν εὐοῦσαν ἀταξίην πολλὴν ἐκ τῶν Ἰώ-
νων, ἐδέκοντο τοὺς λόγους· ἅμα δὲ κατεφαίνετό σφι
εἶναι ἀδύνατα τὰ βασιλῆος πρήγματα ὑπερβαλέσθαι·
εὐὲ τε ἐπιστάμενοι, ὡς, εἰ καὶ τὸ παρὸν ναυτικὸν ὑπερ-
βαλοῖατο τοῦ Δαρείου, ἄλλο σφι παρῆσται πενταπλή- 10
σιον. προθάσιος ὦν ἐπιλαβόμενοι, ἐπεὶ τε τάχιστα εἶ-
δον τοὺς Ἴωνας ἀνευμένους εἶναι χρηστοὺς, ἐν κέρδει

huic homini pareamus! Haec dixerant, et extemplo nemo amplius mandata facere voluit: sed, tamquam pedestris exercitus, tentoriis in insula fixis degebant in umbra, naves conscendere exercerique nolentes. (13.) Quae ubi a Ionibus fieri viderunt *Samiorum* duces; tum vero, quos sermones iubentibus Persis ad eos deferendos prius curaverat Aeaces, Sylosontis filius, deserere eos iubens Ionum societatem, hos tunc sermones animis admittebant Samii, spretum ab Ionibus militarem omnem videntes disciplinam, simulque intelligentes superari non posse regis potentiam; satis quippe guarī, etiamsi praesentes navales copias superarent Darii, alias quintuplices contra se adfuturas. Adripientes igitur occasionem, simulatque Ionas viderunt negantes in officio se futuros, lucro

444, 77.

ἔποιεῦντο περιποιῆσαι τὰ τε ἰρὰ τὰ σφέτερα καὶ τὰ ἴδια. Ὁ δὲ Αἰάκης, παρ' ὅτε τοὺς λόγους ἐδέκοντο
 5 οἱ Σάμιοι, παῖς μὲν ἦν Συλοσῶντος τοῦ Αἰάκεος· τύραννος δὲ ἐὰν Σάμου, ὑπὸ τοῦ Μιλησίου Ἀρισταγόρου ἀπεστέρητο τὴν ἀρχὴν, κατάπερ οἱ ἄλλοι τῆς Ἰωνίης τύραννοι.

Τότε ὦν ἐπεὶ ἐπέπλων οἱ Φοίνικες, οἱ Ἴωνες ἀντ- 14
 ἀνῆγον καὶ αὐτοὶ τὰς νέας ἐπὶ κέρας. ὡς δὲ καὶ ἀγχοῦ ἐγίνοντο, καὶ συνέμισγον ἀλλήλοισι, τὸ ἐνθεῦτεν οὐκ ἔχω ἀτρεκέως συγγράψαι, οἵτινες τῶν Ἰώνων ἐγένοντο
 5 ἄνδρες κακοὶ ἢ ἀγαθοὶ ἐν τῇ ναυμαχίᾳ ταύτῃ· ἀλλήλους γὰρ κατατιπῶνται. Λέγονται δὲ Σάμιοι ἐνθαῦτα, κατὰ τὰ συγκείμενα πρὸς τὸν Αἰάκεα, ἀειράμενοι τὰ ἰστία, ἀποπλῶσαι ἐκ τῆς τάξις ἐς τὴν Σάμον, πλὴν ἑνδεκα νεῶν. τουτέων δὲ οἱ τριήραρχοι παρόμενον καὶ

sibi duxerunt servare res suas et sacras et privatas. Erat autem *Aeaces* ille, cui morem Samii gesserunt, filius Sylosontis, Aeacis nepos: qui, quum tyrannus fuisset Sami, ab Aristagora Milesio exutus fuerat imperio, quemadmodum reliqui Ioniae tyranni.

(14.) Tunc igitur, ubi *Phoenices* cum classe contra progressi sunt, *Iones* etiam naves suas longo ordine eduxerunt. Ut vero prope invicem fuerunt, commiseruntque praelium, deinde quinam ex Ioni- bus aut ignavi in hac *navali pugna* aut fortes viri fuerint, adcurate scribere non possum: nam alii alios in vicem culpant. Dicuntur autem tunc *Sami*, ut convenerat cum Aeace, sublatis velis, deserta acie, Samum navigasse, undecim navibus exceptis. Harum enim praefecti miserunt, pugnaveruntque spreto

ἐναυμάχεον, ἀνηκουστήσαντες τοῖσι στρατηγοῖσι· καὶ 10
 σφι τὸ κοινὸν τῶν Σαμίων ἔδωκε διὰ τοῦτο τὸ πρῆγμα,
 ἐν στήλῃ ἀναγραῖσθαι πατρώθεν, ὡς ἀνδράσι ἀγαθοῖσι
 γενομένοισι· καὶ ἔστι αὕτη ἡ στήλη ἐν τῇ ἀγορῇ. Ἰδύ-
 μενοι δὲ καὶ Λέσβιοι τοὺς προσεχέας Φεύγοντας, ταῦ-
 τὸ ἐποίησαν τοῖσι Σαμίοισι· ὡς δὲ καὶ οἱ πλεῖνες τῶν 15
 15 Ἰώνων ἐποίησαν τὰ αὐτὰ ταῦτα. Τῶν δὲ παραμεινάν-
 των ἐν τῇ ναυμαχίῃ περιέβησαν τρηχύτατα Χιοί, ὡς
 ἀποδεικνύμενοί τε ἔργα λαμπρὰ καὶ οὐκ ἐβελοκακέον-
 τες. παρείχοντο μὲν γὰρ, ὥσπερ καὶ πρότερον εἰρέθη,
 νέας ἑκατὸν, καὶ ἐπ' ἑκάστης αὐτέων ἀνδρας τεσσερά- 5
 κοντα τῶν ἀστῶν λογάδας ἐπιβατεύοντας. ὄροντες δὲ
 τοὺς πολλοὺς τῶν συμμάχων προδιδόντας, οὐκ ἐδικαίειν
 γενέσθαι τοῖσι κακοῖσι αὐτέων ὁμοῖοι· ἀλλὰ μετ' ὀλί-
 γων συμμάχων μεμουνωμένοι, διεκπλώνοντες ἐναυμάχεον,

ducum suorum imperio: hisque commune Samiorum,
 ob hoc factum, honorem habuit, ut nomina eorum
 cum paternis nominibus columnae inscriberentur, ut
 qui probi fortesque viri fuissent: et est haec columna
 in foro. *Lesbii* vero, proximos profugere videntes,
 idem fecerunt quod Samii: eorumque exemplum ma-
 ior pars Ionum secuta est. (15.) Ex his vero qui in
 praelio substiterunt, pessime accepti sunt *Chii*, prae-
 claris quidem factis nobilitati, et neququam, ut alii,
 de industria cessantes. Contulerant enim, quemad-
 modum ante etiam dictum est, naves centum; et in
 earum unaquaque erant quadraginta selecti ex civi-
 bus propugnatores. Qui ubi plerosque socios prodere
 rem communem viderunt, noluerunt pravorum esse
 similes; sed cum paucis e sociis soli relictis, pugna-

445, 7.

10 ἐς ὃ τῶν πολεμίων ἐλόντες νέας συχνάς, ἀπέβαλον τῶν
 σφετέρων νεῶν τὰς πλεῦνας. Χῖοι μὲν δὴ τῆσι λοιπῆσι
 τῶν νεῶν ἀποφεύγουσι ἐς τὴν ἑαυτῶν. Ὅσοισι δὲ τῶν 16
 Χίων ἀδύνατοι ἔσαν αἱ νέες ὑπὸ τραμάτων, οὔτοι δὲ,
 ὡς ἐδιώκοντο, καταφυγάνουσι πρὸς τὴν Μυκάλην.
 νέας μὲν δὴ αὐτοῦ ταύτη ἐποκείλαντες κατέλιπον, οἱ
 5 δὲ περὶ ἐκομίζοντο διὰ τῆς ἠπείρου. ἐπεὶ δὲ ἐσέβαλον
 ἐς τὴν Ἐφεσίην κομιζόμενοι οἱ Χῖοι, νυκτός τε ἀπικέα-
 το ἐς αὐτὴν, καὶ ἐόντων τῆσι γυναῖξί αὐτόθι Θεσμοσο-
 ρίων· ἐνθαῦτα δὴ οἱ Ἐφέσιοι, οὔτε προακηκότες ὡς
 εἶχε περὶ τῶν Χίων, ἰδόντες τε στρατὸν ἐς τὴν χώραν
 10 ἐσβεβληκότα, πάγχυ σφέας καταδόξαντες εἶναι κλω-
 πας, καὶ ἰέναι ἐπὶ τὰς γυναῖκας, ἐξεβοήθεον πανδη-
 μεί, καὶ ἔκτεινον τοὺς Χίους. οὔτοι μὲν νυν τοιαύτησι

runt discurrentes per hostium naves, easque per-
 rumpentes; donec, postquam plures naves cepissent,
 ipsi suarum maiorem partem amiserunt. Chii igitur
 cum reliquis e suis navibus domum profugerunt.
 (16.) Quibus vero ex Chiorum numero invalidae na-
 ves erant ob accepta vulnera, hi, quum hostis eos
 persequeretur, ad Mycalen profugerunt: et relictis
 ibi navibus in brevia eiectis, pedibus per continen-
 tem redire instituerunt. Ut vero Ephesiorum fines
 ingressi sunt redeuntes *Chii*, noctuque ad eum lo-
 cum pervenerunt ubi tunc mulieres Thesmophoria
 celebrabant; ibi tunc Ephesii, quum quo pacto res
 Chiorum se haberent ante non audivissent, viderent
 autem militum multitudinem fines suos invadentem,
 prorsus persuasi fures hos esse, qui mulieribus insi-
 diarentur, universi ad vim arcendam procurrerunt,

Herod. T. III. P. I.

— B

- 17 περιέπιπτον τύχησι. Διονύσιος δὲ ὁ Φωκαεὺς, ἐπεὶ τε
 ἔμαθε τῶν Ἰώνων τὰ πρήγματα διεφθαρομένα, νέας
 ἑλὼν τρεῖς τῶν πολεμίων, ἀπέπλεε εἰς μὲν Φώκαιαν οὐ-
 κέτι, εὖ εἰδὼς ὡς ἀνδραποδιεῖται σὺν τῇ ἄλλῃ Ἰωνίᾳ·
 ὁ δὲ ἰθέως, ὡς εἶχε, ἐπλωε εἰς Φοινίκην. γαύλους δὲ 5
 ἐνβαῦτα καταδύσας, καὶ χρήματα λαβὼν πολλὰ,
 ἐπλωε εἰς Σικελίην· ὀρμεώμενος δὲ ἐνθεῦτεν, ληϊστῆς κα-
 τεστήκεε, Ἑλλήνων μὲν οὐδενός, Καρχηδονίων δὲ καὶ
 Τυρσηνῶν.
- 18 Οἱ δὲ Πέρσαι ἐπεὶ τε τῇ ναυμαχίᾳ ἐνίκων τοὺς
 Ἴωνας, τὴν Μίλητον πολιορκέοντες ἐκ γῆς καὶ θα-
 λάσσης, καὶ ὑπορύσσοντες τὰ τείχεα, καὶ παντοίας μη-
 χανὰς προσφέροντες, αἰρέουσι κατ' ἀκροῦς, ἕκτω ἔτει
 ἀπὸ τῆς ἀποστάσιος τῆς Ἀρισταγόρου· καὶ ἠνδραπο- 5

et Chios interfecerunt. Ac Chii quidem tali utrimque fortuna usi sunt. (17.) *Dionysius* vero Phocaeensis, perditas res esse intelligens Ionum, captis tribus hostium navibus, abiit non iam Phocaeam navigans, satis gnarus eam cum reliqua Ionia in servitutem iri redactum; sed e vestigio rectà in Phoenicem contendit. Ibi quum onerarias multas naves demersisset, multaque pecunia et aliis rebus pretiosis esset potitus, in Siciliam inde vela fecit: ex qua coortus, praedatoriam exercuit; Graecanicae quidem nulli navi insidiatus, sed Carthaginensibus ac Tyrrhenis.

(18.) *Persae*, victis pugna navali Ionibus, terra marique *Miletum* oppugnarunt, et, suffossis muris, admotisque cuiusque generis machinis, cum ipsa arce ceperunt, sexto a defectione Aristagorae anno; captamque in servitutem redegerunt. Ita ea ipsa cala-

446, 34.

δίσαντο τὴν πόλιν, ὥστε συμπεσέειν τὸ πάθος τῷ χρη-
στηρίῳ τῷ ἐς Μίλητον γενομένῳ. Χρωμένοισι γὰρ 19
Ἀργείοισι ἐν Δελφοῖσι περὶ σωτηρίας τῆς πόλιος τῆς
σφετέρης, ἐχρήσθη ἐπίκοινον χρηστήριον· τὸ μὲν ἐς αὐ-
τούς τοὺς Ἀργείους Θέρον, τὴν δὲ παρενθήκην ἔχρησε ἐς
5 Μιλησίους. τὸ μὲν νυν ἐς τοὺς Ἀργείους ἔχον, ἐπεὶ
κατὰ τοῦτο γένωμαι τοῦ λόγου, τότε μνησθήσομαι· τὰ
δὲ τοῖσι Μιλησίοισι οὐ παρεοῦσι ἔχρησε, ἔχει ᾧδε·

Καὶ τότε δὴ, Μίλητε, κακῶν ἐπιμήχανε ἔργων,
πολλοῖσι δεῖπνόν τε καὶ ἀγλαὰ δῶρα γενήσῃ·
10 σαι δ' ἄλοχοι πολλοῖσι πόδας νίψουσι κομήταις·
νηῦ δ' ἡμετέρου Διδύμοις ἄλλοισι μελήσει.

Τότε δὴ ταῦτα τοὺς Μιλησίους κατελάμβανε, ὅτε γε
ἄνδρες μὲν οἱ πλεῖνες ἐκτείνοντο ὑπὸ τῶν Περσέων ἐόν-

mitate defuncta Miletus est, quae in illam ab oraculo
praedicta erat. (19.) Nam quum Argivi Delphis ora-
culum de suae urbis salute consuluissent, editum
est promiscuum effatum, unum quidem ad Argivos
spectans, sed huic immixtum aliud ad Milesios per-
tinens. Et illud quidem, quod Argivos spectabat,
deinde referam, quum ad illum narrationis locum
pervenero; quae vero Milesiis, tunc non praesenti-
bus, praedixit deus, ita habent:

*Tunc quoque, commentrix operum Milete ma-
lorum,*

*permultis coena et praestantia munera fies,
crinitisque pedes tua pluribus abluet uxor;
templi alius nostri in Didymis sua cura manebit.*

Tunc igitur haec Milesiis acciderunt, quando viro-
rum maior pars interfecta est a Persis longos capillos

των κομητέων, γυναῖκες δὲ καὶ τέκνα ἐν ἀνδραπόδων
 λόγῳ ἐγίνοντο· ἱρὸν δὲ τὸ ἐν Διδύμοισι, ὃ νηὸς τε καὶ 15
 τὸ χρηστήριον, συληθέντα ἐνεπίμπρατο. τῶν δ' ἐν τῷ ἱρῷ
 τούτῳ χρημάτων πολλάκις μνήμην ἑτέρωθι τοῦ λόγου
 20 ἐποιησάμην. Ἐνθεῦτεν οἱ ζῶγρηθέντες τῶν Μιλησίων
 ἤγοντο εἰς Σοῦσα. βασιλεὺς δὲ σφραγας Δαρεῖος, κακὸν
 οὐδὲν ἄλλο ποιήσας, κατοίικισε ἐπὶ τῇ Ἐρυθρῇ καλεο-
 μένῃ θαλάσῃ, ἐν Ἄμπη πόλι, παρ' ἣν Τίγρης ποτα-
 μὸς παραρρέων, εἰς θάλασσαν ἐξίει. τῆς δὲ Μιλησίης 5
 χώρας αὐτοὶ μὲν οἱ Πέρσαι εἶχον τὰ περὶ τὴν πόλιν καὶ
 τὸ πεδίον, τὰ δὲ ὑπεράκρια ἔδωσαν Καρσὶ Πηδασεῦσι
 21 ἐκτῆσθαι. Παβοῦσι δὲ ταῦτα Μιλησίοισι πρὸς Περ-
 σέων, οὐκ ἀπέδωσαν τὴν ὁμοίην Συβαρῖται, οἱ Λάον
 τε καὶ Σκίδρον οἴκειον, τῆς πόλιος ἀπεστερημένοι. Συ-

alentibus, et mulieres et liberi mancipiorum loco
 sunt habiti, et templum Didymis, aedes et oraculum,
 exspoliatum deflagravit. Pecuniae rerumque pretiosa-
 rum, quae in hoc templo depositae erant, saepe alibi
 in hac narratione mentionem feci. (20.) Inde, quot
 Milesii viri capti erant, Susa sunt ducti: quibus
 rex Darius, nullo alio malo adfectis, sedes adsigna-
 vit ad Rubrum quod vocatur mare, in Ampe oppido,
 iuxta quam praeterfluens Tigris fluvius in mare evol-
 vitur. Agri vero Milesii eam partem, quae prope ur-
 bem et in planitie sita est, Persae tenuerunt; colles
 et montana Caribus Pedasensibus possidenda de-
 dere. (21.) Milesiis, his calamitatibus afflictis a
 Persis, parem gratiam non retulerunt Sybaritae,
 qui patria urbe exuti Laum et Scidrum incolebant.
 Nam Sybari a Crotoniatis capti Milesii universi, nulla

447, 63.

Βάριος γὰρ αἰλούσης ὑπὸ Κροτωνιητέων, Μιλήσιοι πάν-
 5 τες ἤβηδὸν ἀπεκείραντο τὰς κεφαλὰς, καὶ πένθος μέ-
 γα προσέθηκαντο· πόλιες γὰρ αὐταὶ μάλιστα δὴ τῶν
 ἡμεῖς ἴδμεν, ἀλλήλησι ἐξεινώθησαν. Οὐδὲν ὁμοίως καὶ
 Ἀθηναῖοι. Ἀθηναῖοι μὲν γὰρ δῆλον ἐποίησαν ὑπεραχθε-
 σθέντες τῇ Μιλήτου ἀλώσει, τῇ τε ἄλλῃ πολλαχῆ, καὶ
 10 δὴ καὶ ποιήσαντι Φρυνίχῳ δρᾶμα Μιλήτου ἀλωσιν,
 καὶ διδάξαντι, ἐς δάκρυά τε ἔπεσε τὸ θεήτρον, καὶ ἐζή-
 μιώσαν μιν, ὡς ἀναμνήσαντα οἰκῆϊα κακὰ, χιλίησι
 δραχμῆσι· καὶ ἐπέταξαν μηκέτι μηδένα χρᾶσθαι τού-
 τῳ τῷ δρᾶματι.

Μίλητος μὲν νυν Μιλησίων ἐρήμωτο. Σαμίων δὲ τοῖσι 22
 τι ἔχουσι, τὸ μὲν ἐς τοὺς Μήδους ἐκ τῶν στρατηγῶν
 τῶν σφετέρων ποιηθέν, οὐδαμῶς ἤρεσκε. ἐδόκεε δὲ μετὰ
 τὴν ναυμαχίην αὐτίκα βουλευομένοισι, πρὶν ἢ σφί ἐς

excepta aetate, capita raserant, et ingentem prae se
 tulerant luctum: hae enim civitates maxime omnium,
 quas novimus, hospitii inter se iura coluerant. Secus
 fecere Athenienses. Hi enim et aliis multis modis te-
 statum fecerunt, quantum ex Mileti expugnatione lu-
 ctum perceperint; et, quum *Phrynichus* drama scri-
 psisset docuissetque, *Mileti expugnationem*, in la-
 crymas eruperunt spectatores omnes, et mille drach-
 mis multatus est poëta, quod domesticarum calami-
 tatum memoriam refrixisset; legeque cautum est, ne
 quis amplius hoc dramate uteretur.

(22.) Ita Miletus viduata est Milesiis. *Samiorum*
 vero his, qui aliquid in bonis habebant, minime
 placuit id quod ab ipsorum ducibus in gratiam Me-
 dorum erat factum. Itaque statim a navali pugna

τὴν χώραν ἀπικέσθαι τὸν τύραννον Αἰάκεια, ἐς ἀποικίην 5
ἐκπλέειν, μηδὲ μένοντας Μήδοισί τε καὶ Αἰάκει δου-
λεύειν. Ζαγκλαῖοι γὰρ, οἱ ἀπὸ Σικελίης, τὸν αὐτὸν
χρόνον τοῦτον πέμποντες ἐς τὴν Ἴωνίην ἀγγέλους, ἐπέ-
καλέοντο τοὺς Ἴωνας ἐς Καλὴν Ἀκτὴν, βουλόμενοι αὐ-
τόθι πόλιν κτίσαι Ἰώνων. ἡ δὲ Καλὴ αὕτη Ἀκτὴ κα- 10
λεομένη, ἔστι μὲν Σικελῶν, πρὸς δὲ Τυρσηνίην τετραμ-
μένη τῆς Σικελίης. τούτέων ἂν ἐπικαλεομένων, οἱ Σά-
μιοι μούνοι Ἰώνων ἐστάλησαν, σὺν δὲ σφι Μιλησίων
23 οἱ ἐκπεφευγότες. Ἐν ᾧ τοιόνδε δὴ τι συνήνεκε γενέ-
σθαι. Σάμιοι γὰρ κομιζόμενοι ἐς Σικελίην, ἐγένοντο ἐν
Λοκροῖσι τοῖσι Ἐπιζεφυρίοισι, καὶ Ζαγκλαῖοι, αὐτοί
τε καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτέων, τῷ οὐνόμα ἦν Σκύθης, πε-
ρικατέατο πόλιν τῶν Σικελῶν, ἐξελεῖν βουλόμενοι. 5
μαθὼν δὲ ταῦτα ὁ Ῥηγίου τύραννος Ἀναξίλειος, τότε

deliberantes decreverunt, prius quam in ipsorum ter-
ram advenisset Aeaces tyrannus, navibus in colo-
niam emigrare, nec manere dum Medis et Aeaci ser-
vire cogerentur. Etenim per idem tempus *Zanclaei*
ex Sicilia nuncios miserant in Ioniam, qui Ionas ad
Calactam invitarent, ubi Ionicam condi urbem Zan-
claei cupiebant. Est autem haec *Cale acte* quae voca-
tur, [*Pulchrum littus* latine diceret] Siciliae tractus,
Tyrrenhae obversus. His igitur invitantibus, soli
ex Ionibus Samii in coloniam abierunt, cum eisque
Milesii, qui patriae calamitatem effugerant. (23.)
Interim res accidit huiusmodi. *Samii*, dum Siciliam
petunt, in Locris erant Epizephyrii; et *Zanclaei*
cum rege ipsorum, cui nomen erat Scythas, urbem
aliquam Siciliae obsidebant, quam expugnare cupidi

448, 93.

εἰς ἀνάφορον τοῖσι Ζαγκλαίοισι, συμμίζας τοῖσι Σα-
 μίοισι, ἀναπείθει ὡς χρὸν εἶη Καλὴν μὲν Ἀκτὴν ἐπ' ἣν
 ἔπλεον, εἰς χαίρειν, τὴν δὲ Ζάγκλην σχεῖν, εὐῶσαν
 10 ἐρῆμον ἀνδρῶν. πειδομένων δὲ τῶν Σαμίων, καὶ σχόν-
 των τὴν Ζάγκλην, ἐνθαῦτα οἱ Ζαγκλαῖοι ὡς ἐπύθοντο
 ἐχραμένην τὴν πόλιν ἑαυτῶν, ἐβοήθηον αὐτῇ, καὶ ἐπεκα-
 λέοντο Ἴπποκράτεια, τὸν Γέλης τύραννον· ἦν γὰρ δὴ σφι
 οὗτος σύμμαχος. ἐπεὶ τε δὲ αὐτοῖσι καὶ ὁ Ἴπποκράτης
 15 σὺν τῇ στρατιῇ ἤκε βοηθέων, Σκύθην μὲν τὸν μούναρ-
 χον τῶν Ζαγκλαίων, ἀποβαλόντα τὴν πόλιν, ὁ Ἴπ-
 ποκράτης πεδήσας, καὶ τὸν ἀδελφεὸν αὐτοῦ Πυθογέ-
 νεα, εἰς Ἴνυκον πόλιν ἀπέπεμψε· τοὺς δὲ λοιποὺς Ζαγ-
 κλαίους, κοινολογησάμενος τοῖσι Σαμίοισι, καὶ ὄρκους
 20 δοὺς καὶ δεξάμενος, προέδωκε. μισθὸς δὲ οἱ ἦν εἰρημέ-
 νος ὅδε ὑπὸ τῶν Σαμίων, πάντων τῶν ἐπίπλων καὶ ἀν-

erant. Ea re cognita, Anaxilaus Rhegii tyrannus, in-
 feusus tunc Zanclaeis, cum Samiis egit, monens eos
*omittendam esse, quam peterent, Calactam; occu-
 pandamque Zanclam, viris vacuum.* Et Samii, dicto
 audientes, Zanclam tenuere. Zanclaei, ut occupatam
 suam urbem audivere, ad opem ferendam adcur-
 runt, advocato etiam Hippocrate, Gelae tyranno,
 quicum illis societas erat. At Hippocrates, postquam
 cum exercitu tamquam opem illis laturus advenit,
 ipse Scytham Zanclaeorum monarcham, qui urbem
 amiserat, fratremque eius Pythogenem, compedibus
 vinetos in oppidum Inycum misit; reliquos autem
 Zanclaeos, foedere cum Samiis inito, et fide data ac-
 ceptaque, prodidit. Merces ei a Samiis haec erat sti-
 pulata, ut omnium quae moveri possent mancipio-

δραπόδων τὰ ἡμίσεια μεταλαβεῖν τῶν ἐν τῇ πόλει, τὰ
 δ' ἐπὶ τῶν ἀγρῶν πάντα Ἴπποκράτεια λαγχάνειν. τοὺς
 μὲν δὴ πλεῦνας τῶν Ζαγκλαίων αὐτὸς ἐν αἰδοράποδων
 λόγῳ εἶχε δῆσας· τοὺς δὲ κορυθαίους αὐτέων τριηκο- 25
 σίους, ἔδωκε τοῖσι Σαμίοισι κατασφάξαι· οὐ μὲν τοι
 24 οἱ γε Σάμιοι ἐποίησαν ταῦτα. Σκυῦθης δὲ, ὁ τῶν
 Ζαγκλαίων μόνναρχος, ἐκ τῆς Ἰνύκου ἐκδιδρῆσκει ἐς
 Ἱμέρον· ἐκ δὲ ταύτης παρῶν ἐς τὴν Ἀσίην, καὶ ἀνέβη
 παρὰ βασιλῆα Δαρεῖον. καί μιν ἐνόμισε Δαρεῖος πάν-
 των ἀνδρῶν δικαίωτατον εἶναι, ὅσοι ἐκ τῆς Ἑλλάδος παρ' 5
 ἑαυτὸν ἀνέβησαν. καὶ γὰρ παραιτησάμενος βασιλῆα,
 ἐς Σικελίην ἀτίκετο· καὶ αὐτὶς ἐκ τῆς Σικελίης ὀπίσω
 παρὰ βασιλῆα, ἐς ὃ γῆραι μέγα ὄλβιος ἐὼν ἐτελεύ-
 τησε ἐν Πέρσῃσι. Σάμιοι δὲ, ἀπαλλαχθέντες Μή-
 δων, ἀπονητὶ πόλιν καλλίστην Ζάγκλην περιεβεβλήα 10

rumque, quae in urbe essent, dimidiam partem Hip-
 pocrates acciperet; quae vero in agris essent, ea cun-
 cta sortiretur. Igitur Zanclaeorum plerosque ipse man-
 cipiorum loco in vinculis habuit, eminentiores au-
 tem illorum trecentos Samiis tradidit interficiendos:
 at ab hac quidem culpa Samii abstinuere. (24.) *Scy-
 thas* vero, Zanclaeorum monarcha, ex Inyco Hyme-
 ram profugit; indeque in Asiam profectus, ad regem
 Dariūm adscendit. Et hunc Darius iustissimum iudi-
 cavit virorum omnium, qui ex Graecia ad ipsum ad-
 scenderant: nam veniā a rege impetratā in Siciliam
 redierat, rursusque ex Sicilia ad regem erat reversus.
 Denique senex et beatus apud Persas e vita disces-
 sit. Ita igitur Samii, procul a Medis profecti, nullo
 labore pulcherrima urbe Zancla sunt potiti. (25.)

449, 23.

το. Μετὰ δὲ τὴν ναυμαχίην τὴν ὑπὲρ Μιλήτου γενο- 25
 μένην, Φοίνικες, κελευσάντων Περσέων, κατῆγον εἰς Σά-
 μον Αἰάκεια τὸν Συλοσῶντος, ὡς πολλοῦ τε ἄξιον γενό-
 μενόν σοισι, καὶ μεγάλα κατεργασάμενον. καὶ Σα-
 5 μίοισι μούνοισι τῶν ἀποστάντων ἀπὸ Δαρείου, διὰ τὴν
 ἐκλείψιν τῶν νεῶν τῶν ἐν τῇ ναυμαχίῃ, οὔτε ἡ πόλις,
 οὔτε τὰ ἱερά ἐνεπρήσθη. Μιλήτου δὲ αἰλούσης, αὐτίκα
 Καρίην ἔσχον οἱ Πέρσαι· τὰς μὲν ἐβελοντὴν τῶν πολιῶν
 ὑποκυψάσας, τὰς δὲ ἀνάγκη προσηγάγοντο. ταῦτα μὲν
 10 δὲ οὕτω ἐγένετο.

Ἰστιαίῳ δὲ τῷ Μιλησίῳ ἐόντι περὶ Βυζάντιον, καὶ 26
 συλλαμβάνοντι τὰς Ἰώνων ὀκτάδας ἐκπλωούσας ἐκ τοῦ
 Πόντου, ἐξαγγέλλεται τὰ περὶ Μίλητον γεγόμενα. τὰ
 μὲν δὲ περὶ Ἑλλάσποντον ἔχοντα πρήγματα ἐπιτρέπαι
 5 Βισάλτῃ, Ἀπολλοφάνεος παιδί, Ἀβυθηνῶ· αὐτὸς δὲ

Post peractam pro Mileto navalem pugnam, Phoenices ex Persarum mandato *Aeacem*, Sylosontis filium, Samum reducerunt; utpote qui utilissimam illis egregiamque operam praestitisset. Et solis, ex omnibus qui a Dario defecerant, Samiis neque urbs neque templa incensa sunt, propterea quod naves eorum in pugna navali socios deseruerant. Captâ vero Mileto, protinus *Caria* in potestatem venit Persarum, aliis oppidis ultro sese deditibus, aliis vi ad obsequium redactis. Atque ita hae res gestae sunt.

(26.) Circa Byzantium versante *Histiæo Milesio*, et Ionum onerarias naves e Ponto venientes intercipienti, adfertur nuncius de rebus ad *Miletum* gestis. Itaque, rebus ad Hellespontum Bisaltæ Abydeno permissis, Apollophanis filio, ipse secum sum-

ἔχων Λεσβίους, ἐς Χίον ἔπλεε. καὶ Χίων Φρουρῇ, οὐ
 προσιεμένη μιν, συνέβαλε ἐν Κοίλοισι καλεομένοισι τῆς
 Χίης χώρας. τούτων τε δὴ ἐφόνευσε συχνοῦς· καὶ τῶν
 λοιπῶν Χίων, οἳα δὴ κεκακωμένων ἐκ τῆς ναυμαχίης,
 ὁ Ἰστιαίος ἔχων τοὺς Λεσβίους ἐπεκράτησε, ἐκ Πολί- 10
 27 χης τῆς Χίων ὀρμεῶμενος. Φιλέει δὲ κως προσημαί-
 νειν, εὐτ' αὖ μέλλη μεγάλα κακὰ ἢ πόλι ἢ ἔθνεϊ ἔσε-
 σθαι· καὶ γὰρ Χίοισι πρὸ τούτων σημήια μεγάλα ἐγέ-
 νετο. τοῦτο μὲν σοι πέμψασι ἐς Δελφούς χορὸν νεη-
 κίων ἑκατὸν, δύο μούνοι τουτέων ἀπενόστησαν, τοὺς δὲ 5
 οὐκῶ τε καὶ ἐννεήκοντα αὐτέων λοιμοὺς ὑπολαβὰν ἀπή-
 νεκε· τοῦτο δὲ, ἐν τῇ πόλι τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον,
 ὀλίγον πρὸ τῆς ναυμαχίης, παισὶ γράμματα διδασκο-
 μένοισι ἐνέπεσε ἢ στέγη, ὥστε ἀπ' ἑκατὸν καὶ εἴκοσι

tis Lesbiis *Chium* navigavit. Ubi quum non recipere-
 ret eum Chiorum praesidium, acie cum his congres-
 sus in *Coelis* [i. e. *Cavis*] quae vocantur Chiae ter-
 rae, multos eorum interfecit: moxque reliquos etiam
 Chios, quippe navali pugna misere adflictos, sub po-
 testatem suam Histiaeus, Lesbiis adiutus, redegit, ex
 Polichna Chiorum oppido impetu facto. (27.) Solet
 autem deus ante significare, quando magna mala ci-
 vitati aut populo cuiquam imminent: atque etiam
 Chiis ante has calamitates *ingentia signa* acciderant.
 Primum enim, quum centum iuvenum chorum Del-
 phos misissent, non nisi duo ex his redierant, cae-
 teris octo et nonaginta peste absumtis: tum per idem
 tempus, haud multo ante navalem pugnam, super
 puerorum capitibus literas discentium tectum corruer-
 rat, ut de centum et viginti pueris unus solus evaserit.

- 10 παίδων εἰς μῦνος ἀπέφυγε. ταῦτα μὲν σφι σημήια ὁ
 θεὸς προέδεξε· μετὰ δὲ ταῦτα, ἡ ναυμαχίη ὑπολαβοῦ-
 σα, ἐς γόνυ τὴν πόλιν ἔβαλε· ἐπὶ δὲ τῇ ναυμαχίῃ ἐπε-
 γένητο Ἰστιαῖος, Λεσβίους ἄγων· κεκακωμένων δὲ τῶν
 Χίων, καταστροφὴν εὐπετέως αὐτέων ἐποίησατο. Ἐν- 28
 θεῦτεν δὲ ὁ Ἰστιαῖος ἐστρατεύετο ἐπὶ Θάσον, ἄγων Ἰώ-
 νων καὶ Αἰολέων συχνούς. περικατημένω δὲ οἱ Θάσον
 ἦλθε ἀγγελίη, ὡς οἱ Φοίνικες ἀναπλώουσι ἐκ τῆς Μι-
 5 λήτου ἐπὶ τὴν ἄλλην Ἰωνίην. πυθόμενος δὲ ταῦτα, Θά-
 σον μὲν ἀπὸρῆτον λείπει, αὐτὸς δὲ ἐς τὴν Λέσβον ἠπεί-
 γετο, ἄγων πᾶσαν τὴν στρατιήν. ἐκ Λέσβου δὲ, λι-
 μαινούσης οἱ τῆς στρατιῆς, πέρην διαβαίνει, ἐκ τοῦ Ἀταρ-
 νέος ὡς ἀμήσαν τὸν σῖτον, τὸν τε ἐνθεῦτεν, καὶ τὸν ἐκ
 10 Καΐκου πεδίου τὸν τῶν Μυσῶν. Ἐν δὲ τούτοισι τοῖσι
 χωρίοισι ἐτύγχανε εἰὼν Ἄρπαγος, ἀνὴρ Πέρσης, στρα-
 τηγὸς στρατιῆς οὐκ ἐλίγης· ὅς οἱ ἀποβάντι συμβαλὼν,

His signis a Deo ante ostensis, deinde secuta pugna navalis in genu proiecit civitatem; post pugnam vero navalem supervenit Histiaeus cum Lesbiis, et Chios iam ante adtritros facile oppressit. (28.) Inde *Thaso* arma *Histiaeus* intulit, magnam Ionum et Acolensium manum secum ducens. Dum vero *Thasum* circumsidet, adfertur ei nuncius, Phoenices Miletu profectos reliquam Ioniam navibus petere. Quo cognito, *Thasum* inexpugnatam relinquens, *Lesbum* contendit, universis copiis secum ductis. *Lesbo* vero, quum fame laboraret exercitus, in continentem traiecit, frumentum demetere et ex *Atarneo* cogitans, et ex *Gaico* campo *Misyae* ditionis. At fuit forte in ea regione *Harpagus* Persa, haud exigui dux exercitus:

αὐτὸν τε Ἰστιαῖον ζῶγρήν ἔλαβε, καὶ τὸν στρατὸν αὐ-
τοῦ τὸν πλέω διέθαιρε.

- 29· Ἐζωγρήν δὲ ὁ Ἰστιαῖος ᾤδε. ὡς ἐμάχοντο οἱ Ἑλ-
ληνες τοῖσι Πέρσησι ἐν τῇ Μαλήνῃ τῆς Ἀταρνεΐτιδος χώ-
ρης, οἱ μὲν συνέστασαν χρόνον ἐπὶ πολλόν, ἡ δὲ ἵππος
ὑστερον ὀρμηθεῖσα ἐπιπίπτει τοῖσι Ἑλλησι. τότε δὴ ἔρ-
γον τῆς ἵππου τοῦτο ἐγένετο· καὶ τετραμμένων τῶν Ἑλ- 5
λήνων, ὁ Ἰστιαῖος ἐλπίζων οὐκ ἀπολέσθαι ὑπὸ βασι-
λῆς διὰ τὴν παρεῦσαν ἀμαρτάδα, Φιλοψυχίην τοιήνδε
τινὰ ἀναιρέεται· ὡς Φεύγων τε κατελαμβάνετο ὑπὸ ἀν-
δρὸς Πέρσεω, καὶ ὡς καταιρέμενος ὑπ' αὐτοῦ ἐμελλε
συγκεντηθήσεσθαι, Περσίδα γλῶσσαν μετεῖς κατα- 10
30 μνηύει ἑαυτὸν, ὡς εἶη Ἰστιαῖος ὁ Μιλήσιος. Εἰ μὲν
νυν, ὡς ἐζωγρήν, ἄχθῃ ἀγόμενος παρὰ βασιλῆα Δα-

qui, cum illo in terram egresso commissâ pugnâ, et
ipsum Histiaeum vivum cepit, et maiorem copiarum
illius partem interfecit.

(29.) *Captus est autem Histiaeus hoc modo.* Commisso Graecos inter et Persas praelio in Malena
agri Atarnensis, per satis longum tempus aequo
marte pugnatum est. Ad extremum vero immissus
Graecis equitatus negotium confecit: et in fugam
versis Graecis, Histiaeus, sperans se ob admissam
culpam non supplicio adfectum iri a rege, talem
quemdam vitae amorem concepit. Quum fugientem
adsecutus esset homo Persa, qui iam in eo erat ut
deprehensum confoderet, Persico ille sermone ho-
minem adloquens, esse se *Histiaeum Milesium* in-
dicavit. (30.) Qui si in vita fuisset servatus, et ad
Darium regem adductus, puto equidem nihil mali

5 ρεῖον, ὃ δὲ οὗτ' ἀν' ἔπαθε κακὸν οὐδὲν, δοκέειν ἐμοί, ἀπῆ-
 κέ τ' ἀν' αὐτῶ τὴν αἰτίην. νῦν δέ μιν, αὐτέων τε τουτέων
 5 εἶνεκα, καὶ ἵνα μὴ διαφυγῶν, αὐτίς μέ γας παρὰ βα-
 σιλῆϊ γένηται, Ἄρταφέρνης τε ὁ Σαρδίων ὑπαρχος,
 καὶ ὁ λαβὼν Ἄρπαγος, ὡς ἀπίκετο ἀγόμενος ἐς Σάρ-
 δις, τὸ μὲν αὐτοῦ σῶμα αὐτοῦ ταύτῃ ἀνεσταύρωσαν,
 τὴν δὲ κεφαλὴν ταριχεύσαντες, ἀνήγεικαν παρὰ βασι-
 10 λῆα Δαρεῖον ἐς Σοῦσα. Δαρεῖος δὲ πυβόμενος ταῦτα,
 καὶ ἐπαιτησάμενος τοὺς ταῦτα ποιήσαντας, ὅτι μιν οὐ-
 ζῶντα ἀνήγαγον ἐς ὄψιν τὴν ἑωυτοῦ, τὴν κεφαλὴν τὴν
 Ἰστιαίου λούσαντάς τε καὶ περιστείλαντας εὖ ἐνετείλα-
 το θάψαι, ὡς ἀνδρὸς μεγάλως ἑωυτῶ τε καὶ Πέρσησι
 15 εὐεργέτεω. Τὰ μὲν περὶ Ἰστιαῖον οὕτω ἔσχε.

Ὁ δὲ ναυτικὸς στρατὸς ὁ Περσέων, χειμερίσας περὶ 31
 Μίλητον, τῷ δευτέρῳ ἔτει ὡς ἀνέπλωσε, αἰρεῖει εὐπε-

fuisse eum passurum, remissurumque ei culpam fuis-
 se regem. Nunc hanc ipsam ob caussam, ne salvus
 evaderet, iterumque magnus fieret apud regem,
Artaphernes Sardium praefectus, et qui illum capti-
 vum fecerat *Harpagus*, ut Sardes adductus est *His-
 tiaeus*, corpus illius suspenderunt e cruce, caput au-
 tem, sale conditum, Susa ad Darium regem miserunt.
 Quibus rebus cognitis *Darius*, vituperatis his qui
 hoc fecerunt, quod non vivum illum in suum con-
 spectum adduxissent, caput *Histiaei* lotum et bene
 curatum iussit sepeliri, ut viri de se et de Persis prae-
 clare meriti. Hoc igitur fato functus *Histiaeus* est.

(31.) Iam *navalis Persarum exercitus*, postquam
 circa Miletum hyemaverat, sequenti anno inde pro-
 fectus, insulas facile cepit haud procul a continente

τέως τὰς νήσους τὰς πρὸς τῇ ἠπείρῳ κειμένας, Χίον
καὶ Λέσβον καὶ Τένεδον. ὅκως δὲ λάβοι τινὰ τῶν νή- 5
σων, ὡς ἐκάστην αἰρέοντες οἱ βάρβαροι ἐσαγήνεον τοὺς
ἀνθρώπους. σαγηνεύουσι δὲ τόνδε τὸν τρόπον. ἀνὴρ ἀν-
δρὸς ἀψάμενος τῆς χειρὸς, ἐκ θαλάσσης τῆς βορρῆης
ἐπὶ τὴν νοτίην διήκουσι, καὶ ἔπειτα διὰ πάσης τῆς νή-
σου διέρχονται ἐκθηρεύοντες τοὺς ἀνθρώπους. Αἶρεον δὲ
καὶ τὰς ἐν τῇ ἠπείρῳ πόλιας τὰς Ἰάδας κατὰ τὰ αὐ- 10
τὰ· πλὴν οὐκ ἐσαγήνεον τοὺς ἀνθρώπους· οὐ γὰρ οἶά
32 τ' ἦν. Ἐνθαῦτα Περσέων οἱ στρατηγοὶ οὐκ ἐψεύσαντο
τὰς ἀπειλὰς τὰς ἐπηπείλησαν τοῖσι Ἴωσι στρατοπε-
δευομένοισι ἐναντία σφίσι. ὡς γὰρ δὴ ἐπεκράτησαν τῶν
πολίων, παῖδάς τε τοὺς εὐειδέστατους ἐκλεγόμενοι ἐξέ-
ταμνον, καὶ ἐποίεον ἀντὶ εἶναι ἐνόρχιας εὐνούχους· καὶ 5
παρθένους τὰς καλλιστεούσας, ἀνασπάστους παρα

sitas, *Chium* et *Lesbum* et *Tenedum*. Quarum insularum ut quaque potiti erant barbari, incolas omnes indagine cinctos capiebant. *Indagine* autem *cingunt* hoc modo. Vir virum manu prehensens, a mari septentrionali ad australe pertinentes, totam pervadunt insulam, atque ita homines veluti feras venantur. Pariter vero etiam Ionicas in continente ceperunt civitates, nisi quod ibi homines non indagine cinctos venati sunt, neque enim fieri id poterat. (32.) Tunc vero Persarum duces vera praestiterunt ea, quae minati Ionibus erant, quum illi ex adverso castra haberent. Postquam enim urbibus potiti sunt, selectos puerorum formosissimos castrarunt, ex viris eunuchos facientes; et virgines forma praecellentes abduxerunt ad regem; simulque urbes cum ipsis tem-

βασιλῆα ταῦτά τε δὴ ἐποίεον, καὶ τὰς πόλιαις ἐνεπίμ-
 πρασαν αὐτοῖσι τοῖσι ἰροῖσι. Οὕτω δὲ τὸ τρίτον Ἴωνες
 κατεδουλώθησαν· πρῶτον μὲν ὑπὸ Λυδῶν, δις δὲ ἐπε-
 10 ξῆς τότε ὑπὸ Περσέων. Ἀπὸ δὲ Ἰωνίης ἀπαλασσό- 33
 μενος ὁ ναυτικὸς στρατὸς, τὰ ἐπ' ἀριστερὰ ἐσπλέοντι
 τοῦ Ἑλλησπόντου αἴρειε πάντα· τὰ γὰρ ἐπὶ δεξιὰ αὐ-
 τοῖσι τοῖσι Πέρσησι ὑποχείρια ἦν γεγονότα κατ' ἡπειρον.
 5 Εἰσὶ δὲ ἐν τῇ Εὐρώπῃ αἶδε τοῦ Ἑλλησπόντου· Χερσό-
 νησός τε, ἐν τῇ πόλιαις συχναὶ ἐνεῖσι, καὶ Πέρηνθος,
 καὶ τὰ τεῖχεα τὰ ἐπὶ Θρηίκης, καὶ Σηλυβρίη τε, καὶ
 Βυζάντιον. Βυζάντιοι μὲν νυν, καὶ οἱ πέρηθεν Χαλκηδό-
 νιοι, οὐδ' ὑπέμειναν ἐπιπλέοντας τοὺς Φοίνικας, ἀλλ'
 10 οἴχοντο ἀπολιπόντες τὴν σφετέρην, ἔσω ἐς τὸν Εὐξείνου
 πόντον· καὶ ἐνθαῦτα πόλιν Μεσαμβρίην οἴκησαν. οἱ δὲ

plis incendio cremarunt. Atque ita *tertio in servi-
 tutem Iones redacti* sunt: primum a Lydis, et his
 deinceps tunc a Persis. (33.) Post haec, relictâ Io-
 niâ, navalis exercitus omnia *Hellesponti loca*, quae
 ad sinistram sunt intranti, subegit: nam, quae a dextra
 sunt, ea Persae iam ipsi per se, terrâ adgressi, suam
 in potestatem redegerant. Sunt autem ad Hellespon-
 tum in Europa loca haec: *Chersonesus*, in qua com-
 plura insunt oppida, tum *Perinthus*, et castella
 Thraciam spectantia, et *Selybria*, et *Byzantium*.
 Iam *Byzantii* quidem, et his ex adverso oppositi
Chalcedonii. [quos aliâs *Calchedonios* nominat No-
 ster,] ne exspectarunt quidem Phoeniciae classis ad-
 ventum; sed, relictis suis sedibus, introrsus in Pon-
 tum Euxinum se receperunt, ibique urbem condi-
 derunt *Mesembriam*. Phoenices vero, incensis his

Φοίνικες κατακαύσαντες ταύτας τὰς χώρας τὰς κατα-
 λεχθείσας, τράπονται ἐπὶ τε Προκόννησον, καὶ Ἄρτά-
 κην· πρὸς δὲ καὶ ταύτας νεύμαντες, ἔπλων αὐτὶς ἐς
 τὴν Χερσονήσον, ἐξαιρήσοντες τὰς ἐπιλοίπους τῶν πο- 15
 λίων, ὅσας πρότερον προσσχόντες οὐ κατέσυραν. Ἐπὶ
 δὲ Κύζικον οὐδὲ ἔπλωσαν ἀρχὴν· αὐτοὶ γὰρ Κυζικηνοὶ
 ἔτι πρότερον τοῦ Φοινίκων ἔσπλου, ἐγεγόνεσαν ὑπὸ βα-
 σιλείϊ, Οἰβάρεϊ τῷ Μεγαβάζου ὁμολογήσαντες, τῷ ἐν
 Δασκυλείῳ ὑπάρχῳ. τῆς δὲ Χερσονήσου, πλὴν Καρ- 20
 δίης πόλιος, τὰς ἄλλας πάσας ἐχειρώσαντο οἱ Φοί-
 νικες.

34 Ἐτυράννευε δὲ αὐτέων μέχρι τότε Μιλτιάδης ὁ Κί-
 μωνος τοῦ Στησαγόρεω, κτησαμένου τὴν ἀρχὴν ταύτην
 πρότερον Μιλτιάδεω τοῦ Κυψέλου τρόπῳ τοιῷδε. Εἶχον
 Δόλογχοι Θρηϊκῆς τὴν Χερσονήσον ταύτην. οὗτοι ἂν οἱ

quae nominavi locis, contra *Proconnesum* et *Arta-*
cam se converterunt: quibus et ipsis igni datis, ite-
 rum in *Chersonesum* navigarunt, reliquas urbes ex-
 pugnaturi, quas superiori adpulsu non everterant.
 Adversus *Cyzicum* vero cursum omnino non direxe-
 runt: nam *Cyziceni* ipsi iam ante *Phoenicum* adven-
 tum in obsequio erant *Persarum*, deditione cum *Oe-*
bare facta, *Megabazi* filio, *Dascylei* praefecto. *Cher-*
sonnesi vero, una *Cardia* excepta, reliquis omnibus
 urbibus potiti sunt *Phoenices*.

(34.) *Tyrannus* tunc *Chersonesi Miltiades* erat,
Cimonis filius, *Stesagorae* nepos: quod regnum pri-
 mus olim susceperat *Miltiades*, *Cypseli* filius, hoc
 modo. Tenebant hanc *Chersonesum Dolonci* *Thra-*
ces. Hi, bello pressi ab *Absinthiis*, reges suos mise-

452, 40.

5 Δόλογοι πεισθέντες πολέμῳ ὑπὸ Ἀψινθίων, εἰς Δελ-
 Φοὺς ἐπεμψάν τοὺς βασιλῆας, περὶ τοῦ πολέμου χρη-
 σομένους. ἡ δὲ Πυθίη σφί ἀνεῖλε „οἰκιστὴν ἐπάγεσθαι
 ἐπὶ τὴν χώραν τοῦτον, ὅς ἂν σφεας ἀπιόντας ἐκ τοῦ
 ἰοῦ πρώτος ἐπὶ ξείνια καλέσῃ.“ Ἰόντες δὲ οἱ Δόλογ-
 κοὶ τὴν ἰοὴν ὁδόν, διὰ Φωκέων τε καὶ Βοιωτῶν ἦϊσαν
 καὶ σφεας ὡς οὐδεὶς ἐκάλεε, ἐκτραύπονται ἐπ' Ἀθη-
 νέων. Ἐν δὲ τῆσι Ἀθήνησι τηλικαῦτα εἶχε μὲν τὸ πᾶν 35
 κράτος Πεισίστρατος, ἀτὰρ ἐδυνάστευε καὶ Μιλτιάδης
 ὁ Κυψέλου, ἐὰν οἰκίης τεβοιπποτρόφου, τὰ μὲν ἀνέκα-
 σεν ἀπ' Αἰακοῦ τε καὶ Αἰγίνης γεγωναῖς, τὰ δὲ νεώτε-
 5 ρα Ἀθηναῖος Φιλαίου, τοῦ Αἰάντος παιδός, γεγομένου
 πρώτου τῆς οἰκίης ταύτης Ἀθηναίου. Οὗτος ὁ Μιλτιά-
 δης, κατῆμενος ἐν τοῖσι προθύροισι τοῖσι ἑαυτοῦ, ὁρέων
 τοὺς Δολόγους παριόντας, ἐσθήτα ἔχοντας οὐκ ἐγχω-

rant Delphos, qui de hoc bello oraculum consule-
 rent; quibus Pythia respondit, *coloniae condito-
 rem in hanc regionem secum adducerent eum. qui
 ipsos, postquam templo egressi essent, primus ad
 hospitium vocasset.* Rediere Dolonci sacrâ viâ, per
 Phocenses et Boeotos: ubi quum nemo eos vocasset,
 Athenas deflectunt. (35.) Erat tunc Athenis summa
 potestas penes *Pisistratum*: caeterum dominabatur
 etiam *Miltiades Cypseli filius*, e familia quadrigas
 alente; originem quidem generis ab Aeaco ex Aegina
 repetens, sed recentiori memoria civis Atheniensis;
 Philaeus enim, Aiakis filius, primus ex hac familia
 in civium Atheniensium numerum erat receptus. Hic
Miltiades, in vestibulo aedium suarum sedens, quum
 praetercuntes conspiceret *Doloncos*, vestem gestan-

ρίην καὶ αἰχμὰς, προσεβώσατο· καὶ σφι προσελθοῦσι, ἐπηγγείλατο καταγωγὴν καὶ ξείνια. οἱ δὲ δεξάμενοι, 10 καὶ ξεινισθέντες ὑπ' αὐτοῦ, ἐξέφαινον πᾶν οἱ τὸ μαντήιον· ἐκφώναντες δὲ, ἐδέοντο αὐτοῦ τῷ θεῷ μιν πείθεσθαι. Μιλτιάδεα δὲ, αἰκούσαντα, παραυτίκα ἔπεισε ὁ λόγος, οἷα ἀχθόμενόν τε τῇ Πεισιστράτου ἀρχῇ, καὶ βουλόμενον ἐκ ποδῶν εἶναι. αὐτίκα δὲ ἐστάλη ἐς Δελ- 15 Φούς, ἐπειρησόμενος τὸ χρηστήριον, εἰ πειροίη τὰ περ αὐ- 36 τοῦ οἱ Δόλογοι προσεδέοντο. Κελευούσης δὲ καὶ τῆς Πυθίης, οὕτω δὴ Μιλτιάδης ὁ Κυψέλου, Ὀλύμπια ἀναιρικῶς πρότερον τουτέων τεθείππῳ, τότε παραλαβῶν Ἀθηναίων πάντα τὸν βουλόμενον μετέχειν τοῦ στόλου, ἔπλεε ἅμα τοῖσι Δολόγοισι, καὶ ἔσχε τὴν χώραν· καὶ 5 μιν οἱ ἐπαγαγόμενοι τύραννον κατεστήσαντο. Ὁ δὲ

tes extraneam et lanceas, inclamavit illos; accedentibusque diversorium et hospitalia officia obtulit. Tum illi, accepta conditione, hospitio ab eo recepti, totum hospiti effatum oraculi aperuerunt, rogaruntque eundem ut Deo obsequeretur. Quorum audito sermone, protinus persuasus Miltiades est, quippe aegre ferens Pisistrati imperium, et procul ipse abesse cupiens. Itaque extemplo Delphos profectus, consuluit oraculum, *an faceret quod eum Dolonci rogassent?* (36.) Quod ubi etiam Pythia facere iussit, ita *Miltiades Cypseli filius*, qui ante id tempus quadrigae curriculo victoriam Olympiacae reportaverat, tunc, adsumtis quicumque ex Atheniensibus profectio- nis esse socii voluerant, unà cum Doloncibus navigavit: et, postquam terram illam tenuit, ab his ipsis qui eum adduxerant *tyrannus* est constitutus.

453, 69.

πρῶτον μὲν ἀπετείχισε τὸν ἰσθμὸν τῆς Χερσονήσου, ἐκ
 Καρδίας πόλιος εἰς Πακτύην, ἵνα μὴ ἔχαιεν σφέας οἱ
 Ἀψίνθιοι δηλέεσθαι ἐσβάλλοντες εἰς τὴν χώραν. εἰσὶ δὲ
 10 οὔτοι στάδιοι ἕξ τε καὶ τριήκοντα τοῦ ἰσθμοῦ· ἀπὸ δὲ
 τοῦ ἰσθμοῦ τούτου ἢ Χερσόνησος εἴσω πᾶσά ἐστι στα-
 δίων εἴκοσι καὶ τετρακοσίων τὸ μῆκος. Ἀποτείχισας 37
 ἂν τὸν αὐχένα τῆς Χερσονήσου ὁ Μιλτιάδης, καὶ τοὺς
 Ἀψινθίους τρόπῳ τοιούτῳ ὠσάμενος, τῶν λοιπῶν πρώ-
 5 κηνοὶ λοχήσαντες αἰρέουσι ζωγρίῃ. ἦν δὲ ὁ Μιλτιάδης
 Κροίσῳ τῷ Λυδῷ ἐν γνώμῃ γεγωναί· πυθόμενος ἂν ὁ
 Κροίσος ταῦτα, πέμπων προηγόρευε τοῖσι Λαμψακη-
 νοῖσι μετιέναι Μιλτιάδεα· εἰ δὲ μὴ, σφέας πίτυος τρό-
 10 πον ἀπείλεε ἐκτρίψειν. πλανωμένων δὲ τῶν Λαμψακη-
 νῶν ἐν τοῖσι λόγοισι, τὸ θέλει τὸ ἔπος εἶναι, τό σφι

Is igitur primo isthmum Chersonesi muro interceptit,
 ex Cardia urbe usque Pactyam; ne possent Absinthii
 incursionibus vastare regionem. Est autem latitudo
 isthmi stadia sex et triginta; longitudo vero Cherso-
 nesi ab isthmo introrsum est quadrigentorum et vi-
 ginti stadiorum. (37.) Faucibus Chersonesi muro
 interceptis, eaque ratione expulsis Absinthiis, pri-
 mis caeterorum Lampsacenis arma *Miltiades* intu-
 lit: quo bello a *Lampsacenis*, structis insidiis, *vivus*
captus est. Erat autem *Miltiades* Croeso Lydo fami-
 liaris. Itaque re cognita, *Croesus* praecone misso
 edixit Lampsacenis, *salvum dimitterent Miltiadem:*
id ni fecissent, minatus est, pinus arboris in mo-
dum se illos excisurum. Incertis Lampsacenis, dis-
 ceptantibusque inter se quid sibi vellet hoc verbum,

ἀπέλιψεν ὁ Κροῖσος, πίτυος τρόπον ἐκτρίψειν, μόγις κατὰ μαθῶν τῶν τις πρεσβυτέρων, εἶπε τὸ ἐόν, ὅτι πίτυς μούνη δενδρέων πάντων, ἐκκοπέῖσα, βλαστὸν οὐδένα μετεῖι, ἀλλὰ πανώλεβρος ἕξαπόλλυται. δείσαντες ὦν οἱ Λαμψακηνοὶ Κροῖσον, λύσαντες μετῆκαν 15
 38 Μιλτιάδεα. Οὗτος μὲν δὴ διὰ Κροῖσον ἐκΖεύγει μετὰ δὲ, τελευτᾷ ἄπαις, τὴν ἀρχὴν τε καὶ τὰ χρήματα παραδούς Στησαγόρῃ τῷ Κίμωνος ἀδελφεῷ παιδὶ ὁμομητρίου. καὶ οἱ τελευτήσαντι Χερσονησίται Θύουσι, ὡς νόμος οἰκιστῆ, καὶ ἀγῶνα ἵππικόν τε καὶ γυμνικόν 5 ἐπιστάσι, ἐν τῷ Λαμψακηνῶν οὐδενὶ ἐγγίνεται ἀγωνίζεσθαι. Πολέμου δὲ ἐόντος πρὸς Λαμψακηνοὺς, καὶ Στησαγόρῃα κατέλαβε ἀποθανεῖν ἄπαιδα, πληγέντα τὴν κεφαλὴν πελέκει ἐν τῷ πρυτανίῳ, πρὸς ἀνδρῶς αὐ-

quod ipsis minatus Croesus esset, *pinus in modum se illos excisurum*, postremo tandem seniorum quispiam verum docuit, scilicet pinum solam ex cunctis arboribus, postquam excisa sit, nullum amplius germen edere, sed funditus perire. Et Croesum metuentes Lampsaceni Miltiadem solutis vinculis liberum dimiserunt. (38.) Hic igitur, postquam propter Croesum salvus evasit, deinde sine liberis obiit, regno et rebus suis omnibus *Stesagorae* relictis, Cimonis filio, fratris sui eadem matre nati. Et ei vitâ functo sacra faciunt Chersonitae, uti mos est conditori facere; et equestre gymnicumque in illius honorem certamen celebrant, in quo nulli Lampsacenorum certare fas est. Dum vero bellum geritur cum Lampsacenis, accidit ut *Stesagoras* quoque sine liberis vitâ discederet, securi caput percussus in pryta-

454, 98.

10 τομόλου μὲν τῷ λόγῳ, πολεμίου δὲ καὶ ὑποθερμότε-
ρου τῷ ἔργῳ.

Τελευτήσαντος δὲ καὶ Στησαγόρῳ τρόπῳ τοιῷδε, 39
ἐνθαῦτα Μιλτιάδεα τὸν Κίμωνος, Στησαγόρῳ δὲ τοῦ
τελευτήσαντος ἀδελφεὸν, καταλαμψόμενον τὰ πρήγ-
ματα, ἐπὶ Χερσονήσου ἀποστέλλουσι τριήρεϊ οἱ Πεισι-
5 στρατίδαι· οἳ μιν καὶ ἐν Ἀθήνῃσι ἐποίησεν εὖ, ὡς οὐ συν-
ειδότες δῆθεν τοῦ πατρὸς Κίμωνος αὐτοῦ τὸν θάνατον,
τὸν ἐγὼ ἐν ἄλλῳ λόγῳ σημανέω ὡς ἐγένετο. Μιλτιά-
δης δὲ ἀπικόμενος ἐς τὴν Χερσόνησον, εἶχε κατ' οἴκους,
τὸν ἀδελφεὸν Στησαγόρεα δηλαδὴ ἐπιτιμέων. οἱ δὲ
10 Χερσονησῖται, πυνθανόμενοι ταῦτα, συνελέχθησαν ἀπὸ
πασέων τῶν πολιῶν οἱ δυναστεύοντες πάντοθεν· κοινῶ
δὲ στόλῳ ἀπικόμενοι ὡς συλλυπηθησόμενοι, ἐδέθησαν
ὑπ' αὐτοῦ. Μιλτιάδης τε δὴ ἴσχει τὴν Χερσόνησον, πεν-

neo ab homine, qui in speciem transfuga, revera
autem ferventior hostis erat.

(39.) Ita mortuo etiam Stesagora, deinde *Miltia-*
dem, Cimonis filium, mortui Stesagorae fratrem,
ad suscipiendum imperium cum triremi Chersonesum
miserunt Pisistratidae; qui Athenis etiam eundem
beneficii promeruerant, quasi non conscii fuissent
caedis patris illius Cimonis; quae quo pacto patrata
fuerit, in alia narrationis parte exponam. Miltiades
postquam Chersonesum pervenit, domi se tenuit,
tamquam mortui fratris Stesagorae memoriam hono-
rans. Quod ubi rescivere Chersonesitae, congressi
principes ex omnibus undique civitatibus, quum com-
muni consilio simul omnes ad eum condolendi causa
convenissent, in vincula ab illo coniecti sunt. Atque

τακοσίους βόσκων ἐπικούρους, καὶ γαμέει Ὀλόρου τοῦ
 40 Θρηίκων βασιλῆος θυγατέρα Ἡγησιπύλην. Οὗτος 15
 δὲ ὁ Κίμωνος Μιλτιάδης, νεωστὶ μὲν ἐληλύθει εἰς τὴν
 Χερσονήσον· κατελάμβανε δὲ μιν ἐλθόντα ἄλλα τῶν
 κατεχόντων πρηγμάτων χαλεπώτερα. τρίτῳ μὲν γὰρ
 ἔτει τούτων, Σκύθας ἐκθεύγει. Σκύθαι γὰρ οἱ νομάδες 5
 ἐρεθισθέντες ὑπὸ βασιλῆος Δαρείου, συνεστράφησαν καὶ
 ἤλασαν μέχρι τῆς Χερσονήσου ταύτης. τούτους ἐπιόν-
 τας εὐκ ὑπομείνας ὁ Μιλτιάδης, ἔθευγε ἀπὸ Χερσο-
 νήσου. εἰς ὃ οἱ τε Σκύθαι ἀπαλλάχθησαν, καὶ μιν οἱ
 Δόλογοι κατήγαγον ὀπίσω. ταῦτα μὲν δὴ τρίτῳ ἔτει 10
 41 πρότερον ἐγεγόνει τῶν τότε μιν κατεχόντων. Τότε δὲ,
 πυνθανόμενος εἶναι τοὺς Φοίνικας ἐν Τενέδῳ, πληρώσας
 τριήρεας πέντε χρημάτων τῶν παρεόντων, ἀπέπλεε εἰς
 τὰς Ἀθήνας. καὶ ὡσπερ ὠρμήβη ἐκ Καρδίας πόλιος,

ita Miltiades Chersonesum tenuit, quingentos alens
 auxiliares; et uxorem duxit filiam Olori Thracum
 regis Hegesipylam. (40.) Hic igitur *Cimonis* filius
Miltiades recentiori memoria in Chersonesum vene-
 rat: cui, ex quo advenit, alia acciderunt praesenti-
 bus graviora. Tertio enim ab his rebus anno Scythas
 fugiens in exsilium abiit. Nempe Scythae Nomades,
 a Dario rege irritati, iunctis viribus usque in hanc
 Chersonesum invaserunt: quorum adventum exspecta-
 re non ausus Miltiades, e Chersoneso profugit; do-
 nec, regressis Scythis, Dolonci eum reduxerunt. Haec
 igitur tertio anno ante ea quae nunc ei acciderunt,
 acta sunt. (41.) Nunc vero, ubi Phoenices in Te-
 nedo esse cognovit, quinque triremibus ex his, quae
 ad manus erant, pecunia et aliis rebus pretiosis im-

455, 28.

5 ἔπλεε διὰ τοῦ Μέλανος κόλπου· παραμείβετό τε τὴν
 Χερσόνησον, καὶ οἱ Φοίνικες οἱ περιπίπτουσι τῆσι νηυσί.
 αὐτὸς μὲν δὴ Μιλτιάδης σὺν τῆσι τέσσερσι τῶν νεῶν
 καταφεύγει εἰς Ἴμβρον, τὴν δὲ οἱ πέμπτην τῶν νεῶν
 κατεῖλον διώκοντες οἱ Φοίνικες. τῆς δὲ νεὸς ταύτης ἔτυ-
 10 χε τῶν Μιλτιάδεω παίδων ὁ πρεσβύτατος ἀρχῶν Μη-
 τίοχος, οὐκ ἐκ τῆς Ὀλόρου τοῦ Θρηϊκίος ἐὼν θυγατρός,
 ἀλλ' ἐξ ἄλλης· καὶ τοῦτον ἅμα τῇ νηὶ εἶλον οἱ Φοίνι-
 κες. καὶ μιν πυθόμενοι ὡς εἶη Μιλτιάδεω παῖς, ἀνή-
 γαγον παρὰ βασιλῆα, δοκέοντες χάριτα μεγάλην κα-
 15 ταθήσεσθαι· ὅτι δὴ Μιλτιάδης γνώμην ἀπεδέξατο ἐν
 τοῖσι Ἴωσι, πείθεσθαι κελεύων τοῖσι Σκύθησι, ὅτε οἱ
 Σκύθαι προσεδέοντο, λύσαντας τὴν σχεδὴν, ἀποπλέειν
 εἰς τὴν ἑαυτῶν. Δαρεῖος δὲ, ὡς οἱ Φοίνικες Μητίοχον τὸν

pletis, Athenas navigavit. Dum vero, ex Cardia urbe
 profectus, per sinum Melana navigans, praetervehi-
 tur Chersonnesum, occurrunt navibus eius Phoenices.
 Et ipse quidem *Miltiades* cum quatuor navibus Im-
 brum effugit; quintam vero persequentes Phoenices
 ceperunt, cui navi praefectus erat Miltiadis filius
 natu maximus *Metiochus*, non ex Olori quidem
 Thracis filia natus, sed ex alia uxore: atque hunc
 simul cum navi ceperunt Phoenices. Qui, ut rescive-
 runt Miltiadis esse filium, ad regem cum abduxerunt,
 ingentem existimantes gratiam se inituros propter
 sententiam quam in Ionum concilio dixerat Miltiades,
 quum illos hortaretur obtemperare Scythis roganti-
 bus, ut pontem solverent Iones domumque naviga-
 rent. At Darius postquam ad eum Phoenices Metio-
 chum Miltiadis filium adduxerunt, nihil Metiocho

Μιλτιάδεω ἀνήγαγον, ἐποίησε κακὸν μὲν οὐδὲν Μη-
 τίοχον, ἀγαθὰ δὲ συχνά· καὶ γὰρ οἶκον καὶ κτῆσιν 20
 ἔδωκε, καὶ Περσίδα γυναῖκα, ἐκ τῆς οἱ τέκνα ἐγένε-
 νετο, τὰ ἐς Πέρσας κεκοσμέαται. Μιλτιάδης δὲ ἐξ
 Ἰμβρου ἀπικνέεται ἐς τὰς Ἀθήνας.

42 Καὶ κατὰ τὸ ἔτος τοῦτο ἐκ τῶν Περσέων οὐδὲν ἐπὶ
 πλεόν ἐγένετο τουτέων, ἐς νεῖκος Φέρον Ἴωσι, ἀλλὰ
 τὰδε μὲν χροῆσιμα κάτοτα τοῖσι Ἴωσι ἐγένετο τούτου τοῦ
 ἔτεος. Ἄστα Φέρονος ὁ Σαρδίων ὑπαρχος, μεταπεμφά- 5
 μενος ἀγγέλους ἐκ τῶν πολιῶν, συνθήκας σφίσι αὐ-
 τοῖσι τοὺς Ἴωνας ἠνάγκασε ποιέεσθαι, ἵνα δοσίδικοι εἶεν,
 καὶ μὴ ἀλλήλους Φέροίεν τε καὶ ἄγοιεν. ταῦτά τε ἠνάγκ-
 ασε ποιέειν, καὶ τὰς χώρας σφέων μετρήσας κατὰ
 παρασάγγας, τοὺς καλέουσι οἱ Πέρσαι τὰ τριήκοντα
 στάδια· κατὰ δὴ τούτους μετρήσας, Φόρους ἔταξε ἐκά- 10

mali fecit, sed multa in eum beneficia contulit: nam
 et domum et possessiones ei dedit, et Persicam uxo-
 rem, ex qua ei nati sunt filii, qui Persarum ordini
 sunt adscripti. Ex Imbro vero Miltiades Athenas per-
 venit.

(42.) Atque eo anno nihil amplius hostile adver-
 sus Ionas a Persis susceptum est; immo vero haec
 utilia Ionibus hoc anno contigere. *Artaphernes*, Sar-
 dium profectus, accessit legatis ex civitatibus, coë-
 git *Ionas*, ut pactiones mutuas facerent de litibus ex
 iuris formula dirimendis, nec porro vi et armis in-
 ter se agerent. Et hoc eos facere coëgit, et terras eo-
 rumdem per *parasangas* dimensus, (sic Persae men-
 suram vocant triginta stadiorum) tributa quibusque
 imposuit, quae ab illo inde tempore constanter ad

456, 56.

στοισι, οἱ κατὰ χώραν διατελέουσι ἔχοντες ἐκ τούτου τοῦ
 χρόνου αἰεὶ ἔτι καὶ ἐς ἐμέ, ὡς ἐτάχθησαν ἐξ Ἀρταζέ-
 νους· ἐτάχθησαν δὲ σχεδὸν κατὰ τὰ αὐτὰ τὰ καὶ πρό-
 τερον εἶχον. καὶ σφι ταῦτα μὲν εἰρηναῖα ἦν. Ἄμα δὲ 43
 τῷ ἔαρι, τῶν ἄλλων καταλελυμένων στρατηγῶν ἐκ βα-
 σιλῆος, Μαρδόνιος ὁ Γωβρύεω κατέβαινε ἐπὶ θάλασ-
 σαν, στρατὸν πολλὸν μὲν κάστα πεζὸν ἅμα ἀγόμενος,
 5 πολλὸν δὲ ναυτικόν· ἡλικίην τε νέος εἶναι, καὶ νεωστὶ γε-
 γαμηκῶς βασιλῆος Δαρσίου θυγατέρα Ἀρταζώστην.
 ἄγων δὲ τὸν στρατὸν τοῦτον ὁ Μαρδόνιος, ἐπεὶ τε ἐγέ-
 νετο ἐν τῇ Κιλικίᾳ, αὐτὸς μὲν ἐπιβαὶς ἐπὶ νεὸς, ἐκομί-
 ζετο ἅμα τῆσι ἄλλῃσι νηυσὶ, στρατιὴν δὲ τὴν πεζὴν
 10 ἄλλοι ἡγεμόνες ἦγον ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον. Ὡς δὲ
 παραπλέων τὴν Ἀσίην ἀπίκετο ὁ Μαρδόνιος ἐς τὴν Ἰω-
 νίην, ἐνθαῦτα μέγιστον θῶμα ἐρέω τοῖσι μὴ ἀποδεκο-

meam usque aetatem eadem manent, sicut ab Artapherne constituta sunt: constituta autem ab illo sunt fere eâdem conditione atque prius fuerant. Et hacc quidem pacata illis contigerunt. (43.) Primo autem vere, reliquis imperatoribus domum dimissis a rege, *Mardonius* Gobriae filius ad mare descendit, ingentem et pedestrem exercitum ducens, et navalem. Aetate iuvenis is erat, et nuper regis Darii filiam Artazostram duxerat uxorem. Huic igitur exercitui praefectus Mardonius, postquam in Ciliciam pervenit, navem ipse conscendit, et cum reliquis navibus est profectus; pedestrem vero exercitum alii duces ad Hellespontum duxerunt. Quum vero Asiam praeternavigans Mardonius ad Ioniam pervenisset, rem hîc ego dicam maxime miram eis Graecis, qui sibi per-

μένοισι Ἑλλήνων, Περσέων τοῖσι ἑπτὰ Ὀτάνεα γνώ-
 μην ἀποδέξασθαι ὡς χρεὸν εἶη δημοκρατέεσθαι Πέρσας·
 τοὺς γὰρ τυράννους τῶν Ἰώνων καταπαύσας πάντας ὁ 15
 Μαρδόνιος, δημοκρατίας κατίστα ἐς τὰς πόλιας. ταῦ-
 τα δὲ ποιήσας, ἠπέιγετο ἐς τὸν Ἑλλήσποντον. Ὡς δὲ
 συνελέχθη μὲν χοῆμα πολλὸν νεῶν, συνελέχθη δὲ καὶ
 πεζὸς πολλὸς στρατὸς, διαβάντες τῆσι νηυσὶ τὸν Ἑλ-
 λήσποντον, ἐπορεύοντο διὰ τῆς Εὐρώπης· ἐπορεύοντο δὲ 20
 44 ἐπὶ τε Ἐρέτριαν καὶ Ἀθήνας. Αὐταὶ μὲν ἂν σφι πρό-
 σχημα ἔσαν τοῦ στόλου. ἀτὰρ, ἐν νόῳ ἔχοντες ὅσας
 ἂν πλείστας δύναντο καταστρέφειν τῶν Ἑλληνίδων
 πολίων, τοῦτο μὲν δὴ, τῆσι νηυσὶ Θασίουσ, οὐδὲ χεῖ-
 ρας ἀνταειρημένους, κατεστρέψαντο· τοῦτο δὲ τῶ πεζῶ 5
 Μακεδόνας, πρὸς τοῖσι ὑπάρχουσι, δούλους προσεκτῆ-

suaderi non patiuntur, Otanen unum e septem illis
 Persis pro sententia dixisse, *populare imperium
 apud Persas debere institui*. Namque Mardonius,
 abrogato tyrannorum omnium inter Ionas imperio,
 popularem statum in civitatibus instituit. Eo facto
 in Hellespontum properavit. Ut vero coacta est ma-
 gna vis navium, et collectus ingens pedestris exerci-
 tus, navibus superato Hellesponto, per Europam iter
 fecerunt: proficiscebantur autem adversus *Eretriam*
 et *Athenas*. (44.) Nempe, contra has dirigi expe-
 ditionem, verbis prae se ferebant. Caeterum, quum
 constitutum haberent quam plurimas possent ex Grae-
 cis civitatibus subigere, primum *Thasios* classe ad-
 gressi, qui ne manus quidem contra illos sustulerant,
 sibi subiecerunt; tum pedestri exercitu *Macedonas*,
 post illos qui iam Persis serviebant, sub iugum mi-

457, 85.

σαντο· τὰ γὰρ ἐντὸς Μακεδόνων ἔθνεα πάντα σφι ἦν
 ἤδη ὑποχείρια γεγονότα. Ἐκ μὲν δὴ Θάσου διαβαλόν-
 τες πέραν, ὑπὸ τὴν ἠπειρον ἐκομίζοντο μέχρι Ἀκάνθου·
 10 ἐκ δὲ Ἀκάνθου ὀρμεαίμενοι, τὸν Ἄθων περιέβαλλον. ἐπι-
 πεσῶν δὲ σφι περιπλέουσι βορῆς ἄνεμος, μέγας τε καὶ
 ἄπορος, κάρτα τρηχέως περισπτε πλήθει πολλὰς τῶν
 νεῶν, ἐκβάλλων πρὸς τὸν Ἄθων. λέγεται γὰρ κατὰ
 τριηκοσίας μὲν τῶν νεῶν τὰς διαφθαρείσας εἶναι, ὑπὲρ
 15 δὲ δύο μυριάδας ἀνθρώπων. ὥστε γὰρ Θηριωδεστάτης
 εὐσύης τῆς Θαλάσσης ταύτης τῆς περὶ τὸν Ἄθων, οἱ
 μὲν ὑπὸ τῶν Θηριῶν διεφθείροντο ἀρπαζόμενοι· οἱ δὲ,
 πρὸς τὰς πέτρας ἀρασσόμενοι· οἱ δὲ αὐτέων νέειν οὐκ
 ἐπιστέατο, καὶ κατὰ τοῦτο διεφθείροντο· οἱ δὲ, ῥίγει.
 20 ὁ μὲν δὴ ναυτικός στρατὸς οὕτω ἔπρησσε. Μαρδονίῳ 45
 δὲ, καὶ τῷ πεζῷ, στρατοπεδευομένῳ ἐν Μακεδονίῃ, νυ-

serunt: nam qui cis Macedoniam habitant populi,
 iam cuncti illis subiecti erant. Dein navibus a Thaso
 continentem versus transvecti, secundum oram per-
 rexerunt navigare usque Acanthum: tum Acantho
 profecti, *Athon* montem circumvehi instituerunt. Sed
 dum circumvehuntur, ingruens ventus boreas ingens,
 et contra quem eluctari nulla arte poterant, maximum
 navium numerum ad montem impulsas misere affli-
 xit. Aiunt enim ad trecentas ex navibus periisse, et
 hominum amplius viginti millia. Etenim quum bel-
 luis frequens admodum sit hoc circa *Athon* mare, alii
 a belluis rapti periere; alii vero ad petras adlisi; alii,
 quum natare non didicissent, hoc ipso periere; alii
 gelu. Haec clades classem afflixit. (45.) *Mardo-*
nium vero et pedestrem exercitum, quum in Macedo-

κτὸς Βρύγοι Θρηίκιες ἐπεχείρησαν· καὶ σφεων πολλοὺς
 Φονεύουσι οἱ Βρύγοι, Μαρδόνιον δὲ αὐτὸν τραυματίζουσι.
 οὐ μέντοι οὐδὲ αὐτοὶ δουλοσύνην διέβουγον πρὸς Περ- 5
 σέων· οὐ γὰρ δὴ πρότερον ἀπάνεστη ἐκ τῶν χωρέων του-
 τέων Μαρδόνιος, πρὶν ἢ σφεας ὑποχειρίους ἐποιήσατο.
 Τούτους μέντοι καταστρεψάμενος, ἀπῆγε τὴν στρατιὴν
 ὀπίσω, ἅτε τῷ πεζῷ τε προσπταίσας πρὸς τοὺς Βρύ-
 γους, καὶ τῷ ναυτικῷ μεγάλως περὶ Ἄθων. Οὗτος 10
 μὲν νυν ὁ στόλος αἰσχρῶς ἀγωνισάμενος, ἀπαλλάχθη
 εἰς τὴν Ἀσίην.

46 Δευτέρῳ δὲ ἔτει τούτέων ὁ Δαρεῖος, πρῶτα μὲν Θα-
 σίους διαβληθέντας ὑπὸ τῶν ἀστυγειτόνων, ὡς ἀπίστα-
 σιν μηχανοίατο, πέμψας ἄγγελον, ἐκέλευέ σφεας τὸ
 τεῖχος περιαιρέειν, καὶ τὰς νέας εἰς Ἀβδηρα κομίζειν.
 οἱ γὰρ δὴ Θάσιοι, οἷα ὑπὸ Ἰστιαίου τε τοῦ Μιλησίου 5
 πολιορκηθέντες, καὶ προσόδων ἐουσέων μεγαλέων, ἐχρέον-

nia castra haberet, noctu adgressi *Brygi* Thraces, magnum militum numerum occiderunt, ipsumque vulnerarunt *Mardonium*. At ne hi quidem servitutum a Persis imminentem effugere: etenim non prius ex his regionibus discessit *Mardonius*, quam in potestatem illos redegisset. Verumtamen, subactis his, retro duxit exercitum, quippe et terrâ clade a *Brygis* accepta, et mari maximam calamitatem ad *Athos* passus. Ita hae copiae, turpiter re gesta, in *Asiam* redierunt.

(46.) Altero vero ab his rebus anno primum. *Thasios*, a vicinis insimulatos quasi defectionem moli-
 rentur, misso nuncio iussit *Darius* diruere murum, et naves suas *Abdera* devehere. *Thasii* enim, ex quo ab *Histiae*o Milesio fuerant obsessi, quum magni illis

το τοῖσι χοήμασι, ναῦς τε ναυπηγεύμενοι μακράς, καὶ
 τείχος ἰσχυρότερον περιβαλλόμενοι. ἡ δὲ πρόσδος σφί
 ἐγένετο ἐκ τε τῆς ἡπείρου καὶ ἀπὸ τῶν μετάλλων. ἐκ
 10 μὲν γε τῶν ἐν Σκαπτῇ Ἰλῆ τῶν χρυσεῶν μετάλλων,
 τὸ ἐπίπαν ὀγδώκοντα τάλαντα προσήιε· ἐκ δὲ τῶν ἐν
 αὐτῇ Θάσῳ, ἐλάσσω μὲν τουτέων, συχνὰ δὲ οὕτω,
 ὥστε τὸ ἐπίπαν Θασίοισι, ἐοῦσι καρπῶν ἀτελέσι, προσ-
 ήιε ἀπὸ τε τῆς ἡπείρου καὶ τῶν μετάλλων, ἕτεος ἐκά-
 15 στου, δικόσια τάλαντα· ὅτε δὲ τὸ πλεῖστον προσῆλθε,
 τριηκόσια. Εἶδον δὲ καὶ αὐτὸς τὰ μέταλλα ταῦτα. 47
 καὶ μακρῶ ἦν αὐτέων φαρμασιώτατα τὰ οἱ Φοίνικες
 ἀνεῦρον, οἱ μετὰ Θάσου κτίσαντες τὴν νῆσον ταύτην·
 ἥτις νῦν ἐπὶ τοῦ Θάσου τούτου, τοῦ Φοίνικος, τὸ οὔνο-
 5 μα ἔσχε. τὰ δὲ μέταλλα τὰ Φοινικικὰ ταῦτα, ἔστι

essent reditus publici, pecuniis suis utebantur ad
 construendas naves longas, et ad validiorem murum
 urbi suae circumducendum. Erant autem illis redi-
 tus et ex continente et ex metallis. Certe ex his
 quae in *Scapte-hyle metalla* sunt, quae sunt auri
 fodinae, omnino octoginta redibant talenta; ex his
 vero quae in ipsa Thaso, aliquanto quidem minus,
 sed tamen tantum, ut, quum essent vectigalium im-
 munes fructuum nomine pendendorum, ex conti-
 nente et ex metallis redirent Thasiis omnino quot-
 annis ducenta talenta, et, quando plurimum redi-
 bat, trecenta. (47.) Vidi etiam ipse haec metalla:
 quorum maxime admiranda mihi visa sunt ea, quae
 a *Phoenicibus* fuerant inventa, qui cum *Thaso* in-
 sulam hanc condiderunt, quae nunc ab hoc Thaso
 Phoenice nomen traxit. Sunt autem *Phoenicia* haec

τῆς Θάσου μεταξύ Αινύρων τε χάφου καλεομένου καὶ Κοινύρων, ἀντίον δὲ Σαμοθρηϊκῆς ὄρος μέγα, ἀνεστραμμένον ἐν τῇ ζητήσει. τοῦτο μὲν νυν ἔστι τοιοῦτο. Οἱ δὲ Θάσιοι τῷ βασιλεῖ κελεύσαντι καὶ τὸ τεῖχος τὸ σφέτερον κατέϊλον, καὶ τὰς νέας τὰς πάσας ἐκόμισαν ἐς 10 Ἀβδηρα.

- 48 Μετὰ δὲ τοῦτο, ἀπεπειράτο ὁ Δαρεῖος τῶν Ἑλλήνων ὅτι ἐν νόῳ ἔχοιεν, κότερα πολεμέειν ἑαυτῷ, ἢ παραδιδόναι σφέας αὐτοῦς. διέπεμπε ὧν κήρυκας, ἄλλους ἄλλη τάξας, ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα, κελεύων αἰτέειν βασιλεῖ γῆν τε καὶ ὕδωρ. τούτους μὲν δὴ ἐς τὴν Ἑλλάδα 5 ἔπεμπε ἄλλους δὲ κήρυκας διέπεμπε ἐς τὰς ἑαυτοῦ δασμοφόρους πόλιας τὰς παραθαλασσίους, κελεύων νέας τε μακρὰς καὶ ἵππαγωγὰ πλοῖα ποιέειν 49 σθαι. Οὗτοί τε δὴ παρεσκευάζοντο ταῦτα καὶ τοῖσι

metalla inter duo Thasi loca, quorum alteri Aenyra nomen est, alteri Coenyra, adversus Samothraciam: ingens mons est, quaerendis metalli venis susque deque versus. Et haec quidem huiusmodi sunt. Caeterum *Thasii*, regis imperio parentes, et murum suum diruerunt, et naves cunctas devexerunt Abdera.

(48.) Post haec tentare *Graecorum* animos *Darius* instituit, cogniturus utrum secum bellum gesturi, an se ipsi tradituri essent. Igitur praecones per *Graeciam*, alios alio, dimisit, qui regis nomine terram et aquam a *Graeciae* populis poscerent. Dum vero hos in *Graeciam* mittit, simul alios praecones per maritimas civitates sibi tributarias dimisit, qui eas iuberent naves longas aliasque transvehendis equis comparare. (49.) Hae igitur comparabant im-

459, 43.

ἤκουσι ἐς τὴν Ἑλλάδα κήρυξι, πολλοὶ μὲν ἡπειρωτέων
 ἐδίδουσαν τὰ προΐσχυτο αἰτέων ὁ Πέρσης, πάντες δὲ οἱ
 νησιῶται, ἐς τοὺς ἀπικρίατο αἰτήσοντες. Οἱ τε δὴ ἄλ-
 5 λοι νησιῶται διδοῦσι γῆν τε καὶ ὕδωρ Δαρείῳ, καὶ δὴ
 καὶ Αἰγινήται. ποιήσασι δέ σοι ταῦτα, ἰθέως Ἀθη-
 ναῖσι ἐπεκέατο, δοκέοντες ἐπὶ σοῖσι ἔχοντας τοὺς Αἰγι-
 νήτας δεδωκέναι, ὡς ἅμα τῷ Πέρσῃ ἐπὶ σφέας στρα-
 τεύωνται· καὶ ἄσμενοι προφάσιος ἐπελάβοντο, φοιτέον-
 10 τές τε ἐς τὴν Σπάρτην, κατηγοροῦν τῶν Αἰγινήτεων τὰ
 πεποιήκοιεν προδόντες τὴν Ἑλλάδα. Πρὸς ταύτην δὲ 50
 τὴν κατηγορίην Κλεομένης ὁ Ἀναξανδρίδῃω, βασιλεὺς
 ἐὼν Σπαρτιητέων, διέβη ἐς Αἴγιναν, βουλόμενος συλ-
 λαβεῖν Αἰγινήτεων τοὺς αἰτιωτάτους. ὡς δὲ ἐπειρᾶτο
 5 συλλαμβάνων, ἄλλοι τε δὴ αὐτῷ ἐγίνοντο ἀντίξοοι τῶν

peratas naves: qui vero in Graeciam venerunt legati,
 his multi quidem in continente populi ea, quae ipsis
 rex proposuerat postulaveratque, dedere; insulani
 vero omnes, ad quoscumque legati cum eisdem po-
 stulatis pervenerunt. Igitur quum alii insulani ter-
 ram et aquam regi dederunt, tum vero etiam *Aegi-
 netae*. Qui quum hoc fecissent, protinus eis immine-
 bant *Athenienses*, rati adversus se tendere illud *Aeg-
 inetarum* factum, ut simul cum Persis bellum sibi
 inferrent. Itaque cupide arripientes hanc occasionem,
 Spartam misere legatos, qui accusarent *Aeginetas*
 huius facti caussa, quod ad proditionem pertineret
 Graeciae. (50.) Qua audita accusatione, *Cleomenes*
Anaxandridae filius, rex Spartanorum, *Aeginam* tra-
 iecit, comprehensurus hos ex *Aeginetis* qui eius rei
 maxime fuissent auctores. Ut vero comprehendere

Αἰγινήτων, ἐν δὲ δὴ καὶ Κριῖος ὁ Πολυκρίτου μάλιστα
 ὅς „ οὐκ, ἔφη, αὐτὸν οὐδένα ἄξειν χαίροντα Αἰγινήτων
 ἀνευ γὰρ μιν Σπαιοτήτων τοῦ κοινοῦ ποιέειν ταῦτα,
 ὑπ' Ἀθηναίων ἀναγνωσθέντα χρήμασι· ἅμα γὰρ ἂν μιν
 τῶ ἑτέρῳ βασιλεῖ ἐλθόντα συλλαμβάνειν.“ ἔλεγε δὲ 10
 ταῦτα ἐξ ἐπιστολῆς τῆς Δημάρχου. Κλεομένης δὲ,
 ἀπελευνόμενος ἐκ τῆς Αἰγίνης, εἶρετο τὸν Κριῖον ὅτι οἱ
 εἴη τὸ οὐνομα· ὁ δὲ τὸ ἐν ἔφρασε οἱ. ὁ δὲ Κλεομένης
 πρὸς αὐτὸν ἔφη „ Ἦδη νῦν καταχάλκου, ὦ Κριεῖ, τὰ
 51 „ κέρα, ὡς συνοισόμενος μεγάλῳ κακῷ.“ Ἐν δὲ τῇ 15
 Σπάρτῃ τοῦτον τὸν χρόνον ὑπομένων Δημάρχου ὁ Ἀρί-
 στωνος, διέβαλλε τὸν Κλεομένεα, ἐὼν βασιλεὺς καὶ
 οὗτος Σπαιοτήτων, οἰκίης δὲ τῆς ὑποδεεστέρης· κατ'

eos est adgressus, quum alii Aeginetarum ei restite-
 runt, tum in his maxime *Crius*, Polycriti filius;
 qui, non impune, ait, illum quemquam ex Aegine-
 tis esse abducturum: non enim publico Spartanorum
 consilio eum hoc facere, sed pecunia corruptum
 ab Atheniensibus; alioqui simul cum altero
 rege venturum fuisse ad hos comprehendendos.
 Dixit autem haec ex Demarati mandato. *Cleomenes*
 igitur, Aeginâ abire coactus, ex *Crio* quaesivit,
 quodnam ei nomen esset? Qui quum verum respon-
 disset, dixit ei Cleomenes: *Nunc igitur, Aries!* [id
 significat Graecum nomen:] *cornua tua aere muni,*
quippe magnum in malum incururus. (51.) Cleo-
 menem vero per id tempus Spartaе calumniabatur
Demaratus, Aristonis filius, qui domi manserat, rex
 et ipse Spartanorum, sed ex familia inferiore; non
 quidem ob aliam causam inferiore, nam ab eodem

460, 70.

5 ἄλλο μὲν οὐδὲν ὑποδεεστέρας, ἀπὸ γὰρ τοῦ αὐτοῦ γε-
γόνασι κατὰ πρεσβυγενεῖην δὲ κως τετίμηται μάλ-
λον ἢ Εὐρυσθένης.

Λακεδαιμόνιοι γὰρ, ὁμολογέοντες οὐδενὶ ποιη- 52
τῇ, λέγουσι αὐτὸν Ἀριστόδημον, τὸν Ἀριστομάχου,
τοῦ Κλεοδαίου, τοῦ Ἰλλου, βασιλεύοντα ἀγαγεῖν
σφῆας εἰς ταύτην τὴν χώραν τὴν νῦν ἐκτέεται, ἀλλ' οὐ
5 τοὺς Ἀριστοδήμου παῖδας. μετὰ δὲ χρόνον οὐ πολλόν,
Ἀριστοδήμῳ τεκεῖν τὴν γυναῖκα, τῇ οὐνομα εἶναι Ἀρ-
γεῖην. θυγατέρα δὲ αὐτὴν λέγουσι εἶναι Αὐτεσιώνας,
τοῦ Τισαμενοῦ, τοῦ Θερσάνδρου, τοῦ Πολυνείκης· ταύ-
την δὲ τεκεῖν δίδυμα· ἐπιδόντα δὲ τὸν Ἀριστόδημον τὰ
10 τέκνα, νούσῳ τελευτᾷ. Λακεδαιμονίους δὲ, τοὺς τότε
έόντας, βουλεύσαι κατὰ νόμον βασιλῆα τῶν παίδων

progenitore oriundi erant, nisi quod propter primo-
genituram magis in honore erat *Eurysthenis* pro-
sapia.

(52.) Etenim *Lacedaemonii*, contra quam a
poëtis omnibus memoratur, aiunt, non Aristodemi
filios, sed ipsum *Aristodemum*, Aristomachi filium,
Cleodaei nepotem, Hylli pronepotem, quum rex esset
Lacedaemoniorum, duxisse illos in hanc regionem
quam nunc ipsi obtinent. Haud multo vero interie-
cto tempore uxorem Aristodemi, cui nomen fuisse
Argiam; fuisse autem eandem aiunt filiam Autesio-
nis, neptin Tisameni, proneptin Thersandri, abne-
ptin Polynicis; hanc, inquam, peperisse gemellos:
et *Aristodemum*, postquam vidisset pueros, morbo
decessisse. Lacedaemonios autem, qui tunc fuissent,
decrevisse regem ex legis praescripto nominandum

τὸν πρεσβύτερον ποιήσασθαι. οὐκ ἄν δὴ σφέας ἔχειν ἰσότηρον ἔλονται, ὥστε καὶ ὁμοίων καὶ ἴσων ἑόντων· οὐ δυναμένους δὲ γινῶναι, ἢ καὶ πρὸ τούτου, ἐπειρωτῶν τὴν τεκοῦσαν. τὴν δὲ „οὐδὲ αὐτὴν, Φάναι, διαγινώσκειν“ 15
 εἰδῦϊαν μὲν καὶ τὸ κάρτα λέγειν ταῦτα, βουλομένην δὲ εἶ πως ἀμφοτέροι γενοίατο βασιλῆες. Τοὺς ὦν δὴ Λακεδαιμονίους ἀπορέει· ἀπορέοντας δὲ, πέμπειν εἰς Δελφοὺς, ἐπειρησομένους ὅτι χρήσονται τῷ πρήγματι. τὴν δὲ Πυθίην κελεύειν σφέας ἀμφοτέρα τὰ παιδιά ἡγή- 20
 σασθαι βασιλῆας, τιμᾶν δὲ μᾶλλον τὸν γεραίτερον. τὴν μὲν δὴ Πυθίην ταῦτά σφι ἀνελεῖν· τοῖσι δὲ Λακεδαιμονίοισι, ἀπορέουσι οὐδὲν ἔσσον ὅπως ἐξεύρωσι αὐτέων τὸν πρεσβύτερον, ὑποθέσθαι ἄνδρα Μεσσήνιον, τῷ οὐνομα εἶναι Πανίτην· ὑποθέσθαι δὲ τούτον τὸν Πανίτην τά- 25

ex pueris eum qui maior esset natu. Quum vero nescirent, utrum ex illis eligerent, ut qui similes inter se et aequales essent; quumque nec nunc, nec ante cognovissent uter prior esset, interrogasse matrem. At illam dixisse, *ne se quidem ipsam internoscere*: et potuisse quidem illam utique verum dicere, sed cupivisse utrumque (si fieri forte posset) regem nominari. Lacedaemonios itaque, incerti quum essent, Delphos misisse, quid facto opus esset consulentes: Pythiamque eos iussisse, *ut puerum utrumque regem haberent, sed magis honorarent natu maiorem*. Quo accepto responso, quum nihilo minus incerti fuissent Lacedaemonii, quo pacto reperirent, uter eorum maior natu esset, consilium eis dedisse hominem Messenium, cui nomen fuisse Panitae. Suavissime igitur Lacedaemoniis hunc Paniten, ut obser-

460, 97.

δε τοῖσι Λακεδαιμονίοισι, Φυλάξαι τὴν γειναμένην, ὁκό-
 τερον τῶν παίδων πρότερον λούει καὶ σιτίζει· καὶ, ἣν μὲν
 κατὰ τὰ αὐτὰ φαίνεται αἰεὶ ποιεῦσα, τοὺς δὲ πᾶν
 ἔξεν ὅσον τι καὶ δίξηται καὶ θέλουσι ἐξευρεῖν· ἣν δὲ
 30 πλανᾶται καὶ ἐκείνη, ἐναλλάξ ποιεῦσα, δῆλά σφι
 ἔσεσθαι ὡς οὐδὲ ἐκείνη πλέον οὐδὲν οἶδε· ἐπ' ἄλλην τέ
 σφεις τράπεσθαι ὁδόν· Ἐνθαῦτ' αὖτ' αὖτ' οὖν τοὺς Σπαρτιήτας,
 κατὰ τὰς τοῦ Μεσσηνίου ὑποθήκας, Φυλάξαντας τὴν
 μητέρα τῶν Ἀριστοδήμου παίδων, λαβεῖν κατὰ τὰ αὐ-
 35 τὰ τιμῶσαν τὸν πρότερον καὶ σίτοισι καὶ λουτροῖσι, οὐκ
 εἰδυῖαν τῶν εἴνεκεν ἐφυλάσσετο. λαβόντας δὲ τὸ παι-
 δίον τὸ τιμώμενον πρὸς τῆς γειναμένης, ὡς ἐὸν πρότερον,
 τρέφειν ἐν τῷ δημοσίῳ· καὶ οἱ οὐνομα τεθῆναι Εὐρυ-
 σθένεα, τῷ δὲ νεωτέρῳ, Προκλέα. τούτους ἀνδρῶ-

*varent matrem, viderentque utrum puerorum lavaret
 priorem, priorique cibum praeberet. Quod si illa
 deprehenderetur in hoc constanter eundem servare
 tenorem, habituros illos totam rem quam quae-
 rant et reperire cupiant: sin fluctuet illa, et modo
 hunc, modo illum priorem curet, satis illos intel-
 ligere posse, ne ipsam quidem matrem exploratam
 rem habere; et tunc quidem aliam ineundam fore
 rationem. Iam illos, iuxta Messenii monitum ob-
 servantes matrem filiorum Aristodemi, ignorantem
 ipsam cuius rei causa observaretur, deprehendisse
 constanter eam et in cibo praebendo et in lavando
 praeserentem puerorum priorem. Sumsisse igitur La-
 cedaemonios hunc a matre alteri praelatum, ut natu
 maiorem, eumque in loco publico aluisse; nomen-
 que ei impositum fuisse Eurysthenis, minori vero*

θέντας, αὐτούς τε, ἀδελφεοὺς ἔοντας, λέγουσι διαφο- 40
 ρους εἶναι τὸν πάντα χρόνον τῆς ζῆς ἀλλήλοισι, καὶ
 53 τοὺς ἀπὸ τούτων γενομένους ὡσαύτως διατελέειν. Ταῦ-
 τα μὲν Λακεδαιμόνιοι λέγουσι μῦθοι Ἑλλήνων. τὰ δὲ
 δὲ, κατὰ τὰ αὐτὰ λεγόμενα ὑπὸ Ἑλλήνων, ἐγὼ γράφω·
 τούτους γὰρ δὴ τοὺς Δαυριέων βασιλῆας μέχρι μὲν Περ-
 σέος τοῦ Δανάης, τοῦ Θεοῦ ἀπεόντος, καταλεγόμενους 5
 ὀρθῶς ὑπὸ Ἑλλήνων, καὶ ἀποδεικνυμένους ὡς εἰσι Ἑλ-
 ληνες· ἤδη γὰρ τῆνικαῦτα εἰς Ἑλληνας οὗτοι ἐτέλεον.
 ἔλεξα δὲ, μέχρι Περσέος, τοῦδε εἵνεκα, ἀλλ' οὐκ ἀνέ-
 καθεν ἔτι ἔλαβον, ὅτι οὐκ ἔπεστι ἐπωνυμίῃ Περσείῃ οὐ-
 δεμίῃ πατρὸς Θνητοῦ, ὡσπερ Ἡρακλείῃ Ἀμφιτρούων. 10
 ἤδη ὦν ὀρθῶ λόγῳ χροωμένῳ, μέχρι τοῦ Περσέος ὀρ-
 θῶς εἰρηταί μοι. ἀπὸ δὲ Δανάης, τῆς Ἀκρυσίου, κα-
 ταλέγοντι τοὺς ἄνω αἰεὶ πατέρας αὐτέων, Φαινοῖατο

Proclis. Et hos ipsos fratres, postquam adolevis-
 sent, per omne vitae tempus discordes inter se fuisse
 aiunt, et pari modo constanter animatos esse illorum
 posteros. (53.) Haec quidem soli ex Graecis Lace-
 daemonii narrant. Iam vero, quaec ommuni consensu
 a Graecis memorantur, haec dicam: scilicet *Dorien-*
sium hos *reges* usque ad Perseum, Danaae filium,
 praetermisso dei nomine, recte recenseri a Graecis,
 et esse illos *Hellenas* [id est *Graecos*] adfirmari: iam
 tunc enim Hellenibus hi accensebantur. Dixi au-
 tem *usque ad Perseum*, neque altius repetii eorum
 genus, hac caussâ, quoniam Persei pater mortalis
 nullus nominatur, quemadmodum Herculis Amphit-
 tryo. Itaque recte et idonea de caussa dixi, *usque ad*
Perseum. Sin a Danaë, Acrisii filia, per patres ad-

461, 25.

ἂν ἔοντες οἱ τῶν Δωριέων ἡγεμόνες Αἰγύπτιοι ἱθαγε-
 15 γέες. ταῦτα μὲν νυν, κατὰ τὰ Ἑλληνες λέγουσι, γε-
 γενεηλόγηται. Ὡς δὲ ὁ Περσέων λόγος λέγεται, αὐ- 54
 τὸς ὁ Περσεύς, ἐὼν Ἀσσύριος, ἐγένετο Ἕλλην, ἀλλ'
 οὐκ οἱ Περσέος πρόγονοι· τοὺς δὲ Ἀκρισίου γε πατέ-
 ρας, ὁμολογέοντας κατ' οἰκηϊότητα Περσέει οὐδέν, τού-
 5 τους δὲ εἶναι, κατὰπερ' Ἑλληνες λέγουσι, Αἰγυπτίους.
 Καὶ ταῦτα μὲν νυν περὶ τούτων εἰρήσθω. ὅτι δὲ, ἐόν- 55
 τες Αἰγύπτιοι, καὶ ὅτι ἀποδεξάμενοι, ἔλαβον τὰς Δω-
 ριέων βασιληϊάς, ἄλλοισι γὰρ περὶ αὐτέων εἴρηται,
 ἐάσομεν αὐτά. τὰ δὲ ἄλλοι οὐ κατελάβοντο, τούτων
 μνήμην ποιήσομαι.

Γέρεα δὲ δὴ ταῦτε τοῖσι βασιλεῦσι Σπαρτιῆται δεδώ- 56
 κασι· ἰρωσύνας δύο, Διὸς τε Λακεδαίμονος, καὶ Διὸς
 Οὐρανίου· καὶ πόλεμόν γε ἐκφέρειν ἐπ' ἣν ἂν βούλων-

scendendo repetere genus velimus, reperiemus Do-
 riensium duces origine Aegyptios fuisse. Haec igitur,
 ex Graecorum ratione, illorum genealogia est.
 (54.) Ut vero Persarum fert traditio, ipse Perseus,
 Assyrius quum esset, Graecus est factus, non vero
 Persei maiores: Acrisii vero progenitores generis
 propinquitate ad Perseum nihil pertinere, sed esse,
 quemadmodum Graeci dicunt, Aegyptios. (55.) Et
 haec quidem de his dicta sufficiant. Cur vero, et
 quibus rebus gestis, Aegyptii quum essent, Dorien-
 sium reges evaserint, omitto memorare, quum ab
 aliis haec exposita sint. Quae vero alii non occupa-
 runt, eorum mentionem faciam.

(56.) Nempe honores et privilegia, regibus a Spar-
 taniis tributa, haec sunt. Sacerdotia duo, Iovis La-

ται χάριν· τούτου δὲ μηδένα εἶναι Σπαρτιητέων διακω-
 λυτήν· εἰ δὲ μή, αὐτὸν ἐν τῷ ἄγῳ ἐπέχεσθαι. στρατευσ- 5
 μένων δὲ, πρώτους ἵεναι τοὺς βασιλῆας, ὑστάτους δὲ
 ἀπιέναι· ἑκατὸν δὲ ἄνδρας λογάδας ἐπὶ στρατῆς Φυ-
 λάσσειν αὐτούς. προβάτοις δὲ χαῖσθαι ἐν τῆσι ἔξο-
 δήσι, ἐκόσοις ἂν ᾧν ἐθέλωσι τῶν δὲ θυομένων ἀπάν-
 των τὰ δέρματα τε καὶ τὰ νῶτα λαμβάνειν σφέας. 10
 57 ταῦτα μὲν τὰ ἐμπολέμια. Τὰ δὲ ἄλλα, τὰ εἰρη-
 ναῖα, κατὰ τὰδε σφί δέδοται. ἦν θυσίην τις δημοτελῆ
 ποιήηται, πρώτους ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἵζειν τοὺς βασιλῆας·
 καὶ ἀπὸ τούτων πρώτον ἀρχέσθαι, διπλῆσια νέμοντας
 ἑκατέρω τὰ πάντα ἢ τοῖσι ἄλλοις δαιτυμόνεσι καὶ 5
 σπονδαρχίας εἶναι τούτων, καὶ τῶν τυθέντων προβά-
 των τὰ δέρματα. νεομηνίας δὲ ἀνά πάσας, καὶ ἐβδέ-

cedaemonii, et Iovis Coelestis: tum *belli inferendi*
potestas in quamcumque velint terram; cui potestati
 intercedere nemo Spartanus potest, quin piaculari se
 crimine obliget. Quum in bellum proficiscuntur, pri-
 mi incedunt *reges*, postremi redeunt: et centum de-
 lecti viri in exercitu eos custodiunt. Victimis utuntur
 in expeditionibus, quocumque volunt; et omnium
 immolatarum pecudum et pelles et terga ipsi acci-
 piunt. Haec sunt, quae ad bellum pertinent. (57.)
In pace hi eisdem honores et praemia concessa. Si
 quis publicum facit sacrificium, primi in coena se-
 dent *reges*, et ab his fit distribuendorum ciborum
 initium, ita quidem ut utrique regi de rebus omni-
 bus duplex portio tribuatur, quam caeteris convivis:
 libamina etiam hi auspicantur, iidemque mactata-
 rum pecudum pelles accipiunt. Ad haec, singulis no-

μας ἰσταμένου τοῦ μηνός, δίδοσθαι ἐκ τοῦ δημοσίου
 ἰοήϊον τέλειον ἑκατέρῳ ἐς Ἀπόλλωνος, καὶ μέδιμνον ἀλ-
 10 Φίτων, καὶ οἴνου τετάρτην Λακωνικὴν· καὶ ἐν τοῖσι
 ἀγῶσι πᾶσι προεδρίας ἐξαιρέτους· καὶ προξείνους ἀπο-
 δεικνύναι τούτοισι προσκεῖσθαι τοὺς ἀν' ἐθέλωσι τῶν
 ἀστῶν, καὶ Πυθίους αἰρέεσθαι δύο ἑκάτερον· οἱ δὲ Πύ-
 θιοι, εἰςὶ Θεοπρόποι ἐς Δελφούς, σιτεόμενοι μετὰ τῶν
 15 βασιλῆων τὰ δημόσια. μὴ ἐλθεῦσι δὲ τοῖσι βασιλεῦσι
 ἐπὶ τὸ δεῖπνον, ἀποπέμπεσθαι σφί ἐς τὰ οἰκία ἀλφί-
 των τε δύο χοίνικας ἑκατέρῳ, καὶ οἴνου κοτύλην· πα-
 ρεοῦσι δὲ διπλήσια πάντα δίδοσθαι· τῷτὸ δὲ τοῦτο καὶ
 πρὸς ἰδιωτέων κληθέντας ἐπὶ δεῖπνον τιμᾶσθαι. τὰς δὲ
 20 μανθίας τὰς γινομένας, τούτους φυλάσσειν· συνειδέ-
 ναι δὲ καὶ τοὺς Πυθίους. δικάζειν δὲ μόνους τοὺς βα-

viluniis, et septimo cuiusque mensis die, utrique re-
 gum ex publico datur perfecta victima in Apollinis
 templo mactanda, et farinae medimnus, et vini quar-
 tarius Laconicus. In omnibus ludis publicis sedes
 primarias et praecipuas habent. Proxenos civitatibus
 iidem nominant e civibus quoscumque voluerint; et
 uterque duos nominat Pythios: sunt autem *Pythii*,
 cives qui Delphos mittuntur ad consulendum oracu-
 lum; hique publice cum regibus aluntur. Quando
 ad coenam non veniunt reges, utrique domum mit-
 tuntur duo choenices farinae, et vini cotyla: prae-
 sentibus vero tribuitur de omnibus rebus duplex
 portio; idemque illis honos habetur, quoties a pri-
 vato homine ad coenam vocantur. Edita vaticinia hi
 custodiunt, sed ita ut eorundem conscii sint Pythii.
 Iudicant soli reges de hisce solum rebus: de virgine

σιλῆας τοςάδε μοῦνα· πατρούχου τε παρθένου πέρι,
 ἐς τὸν ἰκνέεται ἔχειν, ἣν μή περ ὁ πατήρ αὐτὴν ἐγγυή-
 σῃ καὶ ὀδῶν δημοσιέων πέρι. καὶ ἣν τις φετὸν παῖδα
 ποιέεσθαι ἐθέλῃ, βασιλῆων ἐναντίον ποιέεσθαι. καὶ πα- 25
 ρίζειν βουλευούσι τοῖσι γέρουσι, ἐοῦσι δυῶν δέουσι τριή-
 κοντα· ἣν δὲ μὴ ἔλθωσι, τοὺς μάλιστα σφι τῶν γερόν-
 των προσήκοντας ἔχειν τὰ τῶν βασιλῆων γέρεα, δύο
 58 ψήφους τιθεμένους, τρίτην δὲ, τὴν ἑαυτῶν. Ταῦτα μὲν
 ζῶσι τοῖσι βασιλεῦσι δέδοται ἐκ τοῦ κοινοῦ τῶν Σπαρτιη-
 τέων· ἀποθανοῦσι δὲ, τάδε. ἰππέες περιαγγέλλουσι τὸ
 γεγονός κατὰ πᾶσαν τὴν Λακωνικὴν· κατὰ δὲ τὴν πό-
 λιν γυναῖκες περιῶσσαι, λέβητα κροτέουσι. ἐπεὰν ᾧν 5
 τοῦτο γένηται τοιοῦτο, ἀνάγκη ἐξ οἰκίης ἐκάστης ἐλευ-
 θέρους δύο καταμιαίνεσθαι, ἄνδρα τε καὶ γυναῖκα· μὴ
 ποιήσασι δὲ τοῦτο, ζημίαι μεγάλαι ἐπικέεται. νόμος

paternorum omnium honorum haerede, cui illa nu-
 bere debeat, nisi iam a patre fuerit desponsata; et de
 viis publicis. Tum, si quis adoptare voluerit filium, is
 coram regibus id facere tenetur. Adsident reges de-
 liberantibus senatoribus, qui sunt numero duodetri-
 ginta: quod si in senatum non veniunt, hi ex sena-
 toribus qui proxime illos cognatione adtingunt, re-
 gum habent honores, et duo suffragia conferunt,
 praetereaque tertium, suum ipsorum. (58.) Ista igi-
 tur viventibus *regibus Spartanis* publice tribuuntur:
 mortuis vero, haecce. Nunciant equites *obitum regis*
 per universam Laconicam; in urbe vero circumeuntes
 mulieres lebetem pulsant. Quo facto, necesse est ut
 ex quaque domo duo liberi homines, mas et foemina,
 luctu squaleant: id ni faciunt, gravem mulctam incur-

464, 82.

δὲ τοῖσι Λακεδαιμονίοισι κατὰ τῶν βασιλῆων τοὺς θανάτους ἐστὶ αὐτὸς καὶ τοῖσι βαρβάροισι τοῖσι ἐν τῇ Ἀσίῃ
 10 τῶν γὰρ ὧν βαρβάρων οἱ πλεῖνες τῶ αὐτῶ νόμῳ χρεώνται κατὰ τοὺς θανάτους τῶν βασιλῆων. ἐπεὰν γὰρ ἀποθάνῃ βασιλεὺς Λακεδαιμονίων, ἐκ πάσης δεῖ Λακεδαιμόνος, χωρὶς Σπαρτιητέων, ἀριθμῶ τῶν περιούκων
 15 ἀναγκαστοὺς εἰς τὸ κῆδος ἰέναι. τούτων ὧν καὶ τῶν εἰλωτέων καὶ αὐτέων Σπαρτιητέων ἐπεὰν συλληχθῆωσι εἰς ταῦτὸ πολλαὶ χιλιάδες, σύμμικτα τῆσι γυναῖξι κόπτονται τετὰ μέτωπα προθύμως, καὶ οἰμωγῇ διαχρέονται ἀπλέτῳ φάμενοι τὸν ὕστατον αἰεὶ ἀπογενόμενον
 20 τῶν βασιλῆων, τοῦτον δὴ γενέσθαι ἄριστον. ὃς δ' ἂν ἐν πολέμῳ τῶν βασιλῆων ἀποθάνῃ, τούτῳ δὲ εἶδωλον σκευάσαντες, ἐν κλίνῃ εὖ ἐστρωμένη ἐκφέρουσι. ἐπεὰν δὲ θάψωσι, ἀγορῇ δέκα ἡμερέων οὐκ ἴσταται σφι, οὐδ'

runt. Est autem mos Lacedaemoniorum in regum obitu idem qui Barbarorum in Asia: plerique enim barbari in obitu regum suorum eodem utuntur instituto. Mortuo enim rege Lacedaemoniorum, non Spartani solum, sed et ex tota Laconica circum habitantium certus quidam numerus ad prosequendum funus convenire tenetur. Hi igitur, et hilotae, et Spartani ipsi, postquam multa millia numero convenere, promiscue cum mulieribus frontes gnaviter plangunt, immensaque edunt lamenta, *postremum* semper *ex regibus optimum fuisse* dicentes. Quod si in bello mortuus rex est, eius simulacrum effingunt, et pulcre strato lectulo impositum efferunt. Sepulto rege, per decem dies nec populi concio instituitur, nec magistratum consessus, sed per hos dies continuos lu-

ἀρχαιροσὴ συνίξει, ἀλλὰ πενθέουσι ταύτας τὰς ἡμέρας.

59 Συμφέρονται δὲ ἄλλο τόδε τοῖσι Πέρσησι. ἐπεὶ ἀποθανόντος τοῦ βασιλῆος ἄλλος ἐνίστηται βασιλεὺς, οὗτος ὁ ἐσιῶν ἐλευθεροῖ ὅστις τι Σπαρτιητέων τῷ βασιλεῖ ἢ τῷ δημοσίῳ ὄφειλε· ἐν δ' αὖ Πέρσησι ὁ κατιστάμενος βασιλεὺς τὸν προσοφειλόμενον φόρον μετῖε πάσῃσι 5

60 τῆσι πόλισι. Συμφέρονται δὲ καὶ τάδε Αἰγυπτίοισι Λακεδαιμόνιοι. οἱ κήρυκες αὐτέων καὶ αὐληταὶ καὶ μάγειροι ἐκδέκονται τὰς πατριῶας τέχνας· καὶ αὐλητῆς τε αὐλητέω γίνεται, καὶ μάγειρος μαγείρου, καὶ κήρυξ κήρυκος· οὐ κατὰ λαμπροφωνίην ἐπιθέμενοι ἄλλοι σφέας 5 παρακληίουσι, ἀλλὰ κατὰ τὰ πάτρια ἐπιτελεύουσι. ταῦτα μὲν δὴ οὕτω γίνεται.

61 Τότε δὲ τὸν Κλεομένεα, ἔοντα ἐν τῇ Αἰγίνῃ, καὶ κινὰ τῇ Ἑλλάδι ἀγαθὰ προσεργαζόμενον, ὁ Δημά-

gent. (59.) Etiam in hoc Lacedaemoniis convenit cum Persis, quod *defuncti regis successor* in regni sui auspiciis aere alieno liberat quemlibet Spartanum, qui vel regi vel publico aliquid debuit. Similiter enim apud Persas recens constitutus rex civitatibus omnibus tributum, quod nondum persolverunt, remittit. (60.) Cum Aegyptiis vero hoc commune Lacedaemonii habent, quod apud illos *praecones et tibicines* et *coqui* in patrias artes succedunt; et tibi-
-cen filius est tibicinis, coquus coqui, praeco praeconis: neque praeconis filium alius, ob vocis claritatem manus hoc ambiens, excludit; sed quilibet negotium suum patrio more exsequitur. Atque haec quidem ita se habent.

(61.) CLEOMENEM igitur, Aeginac tunc versan-

464, 13.

ρητος διέβαλε, οὐκ Αἰγινητέων οὕτω κηδόμενος, ὡς Φθόνω καὶ ἄγῃ χροώμενος. Κλεομένης δὲ, νοστήσας ἀπ' 5 Αἰγίνης, ἐβούλευε τὸν Δημάρητον παῦσαι τῆς βασιληΐης, διὰ πρῆγμα τοιόνδε ἐπίβασιν ἐς αὐτὸν ποιούμενος. Ἀρίστωνι βασιλεύοντι ἐν Σπάρτῃ, καὶ γήμαντι 10 γυναικας δύο, παῖδες οὐκ ἐγίνοντο. καὶ, οὐ γὰρ συνεγινώσκετο αὐτὸς τούτων εἶναι αἴτιος, γαμέει τρίτην γυναῖκα· ὧδε δὲ γαμέει. Ἦν οἱ Φίλος τῶν Σπαρτητέων 15 ἀνὴρ, τῷ προσεκέετο τῶν ἀστῶν μάλιστα ὁ Ἀρίστων. τούτῳ τῷ ἀνδρὶ ἐτύγχανε εὐῶσα γυνὴ καλλίστη μακροῦ τῶν ἐν Σπάρτῃ γυναικῶν· καὶ ταῦτα μέντοι καλλίστη ἐξ αἰσχίστης γενομένη. Ἐοῦσαν γὰρ μιν τὸ εἶδος Φλαύ- 15 ρην, ἣ τροφὸς αὐτῆς, οἷα ἀνθρώπων τε ὀλβίων θυγατέ-
ρα, καὶ δυσειδέα εὐῶσαν, πρὸς δὲ καὶ ὀρέουσα τοὺς

tem, et communi Graeciae bono navantem operam, quum accusasset *Demaratus*, non Aeginetis ille studens, sed invidia et odio ductus; tum vero Cleomenes, ex Aegina reversus, regiam dignitatem abrogandi Demarato consilium cepit; cuius exsequendi consilii haec res ei ansam occasionemque praebuit. *Aristoni*, Spartaee regi, quum duas deinceps uxores duxisset, liberi ex his nulli prognati erant. Cuius rei non suam esse culpam existimans, tertiam duxit uxorem: duxit autem hoc modo. Erat illi amicus civis Spartanus, quo civium omnium familiarissime *Ariston* utebatur. Hic vir uxorem habuit longe formosissimam omnium quae Spartaee erant mulierum: et ea quidem *formosissima ex deformissimâ* evaserat. Etenim quum turpis fuisset adspectu, nutrix illius, puellam ita deformem videns esse hominum opu-

γονέας συμφορὴν τὸ εἶδος αὐτῆς ποιευμένους, ταῦτα
 ἕκαστα μαθοῦσα, ἐπιφράζεται τιαίδε. ἐφόρει αὐτὴν
 ἀνά πᾶσαν ἡμέραν ἐς τὸ τῆς Ἑλένης ἱόν· τὸ δ' ἔστι ἐν
 τῇ Θεράπνῃ καλυμένη, ὑπερθε τοῦ Φοιβηίου ἱεροῦ. ὅπως 20
 δὲ ἐνείκειε ἢ τροφὸς, πρὸς τε τῷ γαλμα ἴστα, καὶ ἐλίσ-
 σετο τὴν θεὸν ἀπαλλάξαι τῆς δυσμορφίης τὸ παιδίον.
 καὶ δὴ κοτε ἀπιούσῃ ἐκ τοῦ ἱεροῦ τῇ τροφῷ γυναῖκα
 λέγεται ἐπιφανῆσαι· ἐπιφανείσαν δὲ, ἐπίερεσθαί μιν
 ὅτι φέρει ἐν τῇ ἀγκάλῃ· καὶ τὴν φράσαι, ὡς παιδίον 25
 φορεῖ. τὴν δὲ κελεύσαι οἱ δεῖξαι· τὴν δὲ οὐ θάνατι· ἀπει-
 ρῆσθαι γὰρ οἱ ἐκ τῶν γειναμένων μηδενὶ ἐπιδεικνύσαι·
 τὴν δὲ πάντως ἑαυτῇ κελεύειν ἐπιδεῖξαι. ὁρῶσαν δὲ τὴν
 γυναῖκα περὶ πολλοῦ ποιευμένην ιδέσθαι, οὕτω δὴ τὴν

lentorum filiam, vidensque parentes illius in magna calamitate ponere turpem filiolarum formam, haec animadvertens nutrix, tale inivit consilium. Quotidie gestabat eam in *Helenaee templum*, quod est in loco qui Therapna vocatur, supra Phoebium templum. Quoties autem puellam eo gestasset, statuebat illam ante deae simulacrum, supplexque rogabat deam, ut *deformitate liberare puellam vellet*. Iam die quodam, quum templo egrederetur nutrix, adparuisse ei dicitur mulier, quaerens ex ea *quid esset quod in ulna gestaret?* Cui quum illa respondisset, *puellam se gestare*, rogasse mulierem, ut *sibi monstraret puellam*. Neganti nutrici, dicentique *vetitum sibi a parentibus esse ne cuiquam eam monstraret*, etiam atque etiam hanc institisse, ut *sibi ostenderet*. Tum nutricem, ut vidit plurimum interesse mulieris videre puellam, ita denique illi ostend-

465, 41.

30 τροφὸν δεῖξαι τὸ παιδίον· τὴν δὲ καταψῶσαν τοῦ παι-
 δίου τὴν κεφαλὴν, εἶπαι, ὡς καλλιστεύσει πασέων τῶν
 ἐν Σπάρτῃ γυναικῶν. ἀπὸ μὲν δὴ ταύτης τῆς ἡμέρας
 μεταπεσέειν τὸ εἶδος. Γαμέει δὲ δὴ μιν ἐς γάμου ὥρην
 ἀπικομένην Ἄγητος ὁ Ἀλκείδew, οὗτος δὴ ὁ τοῦ Ἀρί-
 στωνος φίλος. Τὸν δὲ Ἀρίστωναι ἔκνιζε ἄρα τῆς γυ- 62
 ναικὸς ταύτης ὁ ἔρως· μηχανᾶται δὴ τοιάδε. αὐτὸς τε
 τῷ ἐταίρῳ τοῦ ἦν ἡ γυνὴ αὐτῆ, ὑποδέκεται δωτίνην δώ-
 σειν τῶν ἑαυτοῦ πάντων ἐν τὸ ἀν αὐτὸς ἐκεῖνος ἔλθαι,
 5 καὶ τὸν ἐταῖρον ἑαυτῷ ἐκέλευε ὡσαύτως τὴν ὁμοίην δι-
 δόναι. ὁ δὲ, οὐδὲν φοβηθεὶς ἀμφὶ τῇ γυναικί, ὀρέων
 ἐοῦσαν καὶ Ἀρίστωνι γυναῖκα, κατακινεῖ ταῦτα· ἐπὶ
 ταῦτοισι δὲ ὄρκους ἐπήλασαν. μετὰ δὲ, αὐτὸς τε ὁ Ἀρί-
 στων ἔδωκε τούτο, ὅτι δὴ ἦν, τὸ εἶλετο τῶν κειμηλίων
 10 τῶν Ἀρίστωνος ὁ Ἄγητος· καὶ αὐτὸς, τὴν ὁμοίην ζητέων

disse; et hanc, tacto puellae capite, dixisse, *formae praestantiâ superaturam eam Spartanas omnes mulieres*. Atque inde ab illo ipso die mutatam esse eius formam. Hanc igitur, ubi nubilus facta est, in matrimonium duxit Agetus, hic quem dixi Aristonis amicus. (62.) Cuius mulieris amore urens *Ariston*, talem iniit rationem. Amico, cuius haec uxor erat, recipit ipse, *dono ei se daturum quamcumque rerum suarum omnium ille selegisset*, iubetque amicum, ut *parem sibi referat gratiam*. Et ille, nihil de uxore sua veritus, quum videret esse etiam Aristoni uxorem, in conditionem consensit: atque in hoc ipsum mutuis se iuramentis ambo obligarunt. Deinde *Ariston* dedit illi pretiosissimum nescio quod cimeliorum suorum, quod selegerat Agetus: et ipse,

φέρεσθαι παρ' ἐκείνου, ἐνθαῦτα δὴ τοῦ ἐταίρου τὴν γυ-
 ναῖκα ἐπειρᾶτο ἀπάγεσθαι. ὁ δὲ, πλὴν τούτου μούνου
 τὰ ἄλλα, ἔφη, κατανέσαι· ἀναγκαζόμενος μὲν τοι τῶ τε
 ὄρκῳ, καὶ τῆς ἀπάτης τῇ παραγωγῇ, ἀπίει ἀπάγε-
 63 σθαι. Οὕτω μὲν δὴ τὴν τρίτην ἐσηγάγετο γυναῖκα ὁ
 Ἄριστων, τὴν δευτέραν ἀποπεμφάμενος. ἐν δὲ οἱ χρό-
 νῳ ἐλάσσονι, καὶ οὐ πληρώσασα τοὺς δέκα μῆνας ἢ
 γυνὴ αὐτῆ, τίπτει τοῦτον δὴ τὸν Δημάροτον· καὶ τις οἱ
 τῶν οἰκετέων ἐν Θώκῳ κατημένῳ μετὰ τῶν ἐΦόρων, 5
 ἐξαγγέλλει ὡς οἱ παῖς γέγονε. ὁ δὲ, ἐπιστάμενός τε
 τὸν χρόνον τῶ ἠγάγετο τὴν γυναῖκα, καὶ ἐπὶ δακτύλων
 συμβαλλόμενος τοὺς μῆνας, εἶπε ἀπομόσας· „Οὐκ
 ἀν' ἐμὸς εἶη.“ Τοῦτο ἤκουσαν μὲν οἱ ἐΦόροι· πρῆγμα
 μέντοι οὐδὲν ἐποίησαντο τὸ παραυτίκα. ὁ δὲ παῖς αὖξε- 10
 το, καὶ τῶ Ἄριστωνι τὸ εἰρημένον μετέμελε· παῖδα γὰρ

par ab illo sibi referri postulans, ibi tunc uxorem amici
 conatus est secum abducere. At ille, *in omnia alia,*
hoc uno excepto, se consensisse, ait: verum tamen
 quum iuramento esset obstrictus, doloque circum-
 ventus, abduci eam passus est. (63.) Ita igitur ter-
 tiam uxorem, repudiatâ secundâ, *Ariston* duxit.
 Eique haec eadem mulier intra tempus iusto brevius,
 decimo nondum expleto mense, peperit hunc, de
 quo hic agitur, *Demaratum*: et Aristoni tunc in
 consessu ephorum sedenti unus e famulis nuncia-
 vit, *natum ei esse filium*. At ille, memor temporis
 quo duxerat uxorem, et digitis numerum iniens men-
 sium, interposito iureiurando ait, *Hic meus esse*
non potest. Idque audiverant ephori: nec tamen
 statim curae admodum illis fuerat id verbum. Post-

466, 72.

τὸν Δημάρητον ἐς τὰ μάλιστα οἱ ἐνόμισε εἶναι. Δημάρητον δὲ αὐτῷ οὐνομα ἔθετο, διὰ τὸδε· πρότερον τουτέων, πανδημεὶ Σπαρτιῆται Ἀρίστωνι, ὡς ἀνδρὶ εὐδοκιμέοντι
 15 διὰ πάντων δὴ τῶν βασιλῆων τῶν ἐν τῇ Σπάρτῃ γενομένων, ἀρῆν ἐποιήσαντο παῖδα γενέσθαι· διὰ τοῦτο μὲν οἱ τὸ οὐνομα Δημάρητος ἐτέθη. Χρόνου δὲ προϊόντος, 64 Ἀρίστων μὲν ἀπέθανε, Δημάρητος δὲ ἔσχε τὴν βασιλείην. ἔδεε δὲ, ὡς ἔοικε, ἀνάπυστα γινόμενα ταῦτα καταπαῦσαι Δημάρητον τῆς βασιλείης, διὰ τὰ Κλεο
 5 μένει διεβλήθη μεγάλως, πρότερόν τε, ὁ Δημάρητος, ἀπαγαγὼν τὴν στρατιὴν ἐξ Ἐλευσίνος, καὶ δὴ καὶ τότε, ἐπ' Αἰγινήτων τοὺς μηδίσαντας διαβάντος Κλεομένεος. Ὀρμηθεὶς ὦν ἀποτίνυσθαι ὁ Κλεομένης, συντίθεται Λευ- 65 τυχίδῃ τῷ Μενάρεος τοῦ Ἄγιος, εἶναι οἰκίης τῆς αὐτῆς

quam vero adolevit puer, dicti poenituit Aristonem; etenim quam maxime suum esse filium Demaratum existimabat: et nomen *Demaratum* [id est, *Votis populi expetitur*] hac caussa ei imposuit, quod antea Spartani publice susceptis pro Aristone votis, ut viro omnium ante id tempus regum probatissimo, deos erant precati, ut filius ei nasceretur. (64.) Succedente tempore e vita discessit Ariston, et *Demaratus* regnum suscepit. Fuisse autem videtur in fatis, ut ista res, quum comperta fuisset, regno exueret Demaratum, eo quod magnum in odium incurrerat Cleomenis, primum, exercitu Eleusi abducto, deinde (ut dixi) tunc, quum Cleomenes in Aeginam traiecisset adversus hos qui cum Medis sentiebant. (65.) Itaque ulcisci eum cupiens *Cleomenes*, paciscitur cum *Leotychide*, Menaris filio, Agidis nepoti, in hanc

Δημαρήτω, ἐπ' ᾧ τε, ἦν αὐτὸν καταστήσει βασιλῆα
 ἀντὶ Δημαρήτου, ἔψεται οἱ ἐπ' Αἰγινήτας. ὁ δὲ Λευ-
 τυχίδης ἦν ἐχθρὸς τῷ Δημαρήτῳ μάλιστα γεγονώς διὰ 5
 πρῆγμα τοιούδε. ἀρμωσαμένου Λευτυχίδεω Πέρκαλον
 τὴν Χίλωνος τοῦ Δημαρμένου θυγατέρα, ὁ Δημάρητος
 ἐπιβουλεύσας, ἀποστερεῖ Λευτυχίδα τοῦ γάμου, Φθά-
 σας αὐτὸς τὴν Πέρκαλον ἀρπάσας, καὶ σχῶν γυναῖκα.
 κατὰ τοῦτο μὲν τῷ Λευτυχίδῃ ἡ ἐχθρὴ ἡ ἐς τὸν Δημά- 10
 ρητον ἐγεγόνεε· τότε δὲ, ἐκ τῆς Κλεομένεος προθυμίας,
 ὁ Λευτυχίδης κατόμνυται Δημαρήτου, Φὰς „αὐτὸν οὐκ
 ἰκνεομένως βασιλεύειν Σπαρτιητέων, οὐκ ἔοντα παῖδα
 Ἀρίστωνος.“ μετὰ δὲ τὴν καταμοσίνην ἐδίδωκε, ἀνασώ-
 ζων ἐκεῖνο τὸ ἔπος, τὸ εἶπε Ἀρίστων τότε, ὅτε οἱ ἐξήγ- 15
 γειλε ὁ οἰκέτης παῖδα γεγονέναι, ὁ δὲ, συμβαλλεόμε-

conditionem, ut ille, suâ operâ rex creatus in locum
 Demarati, ipsum sequeretur adversus Aeginetas. Fue-
 rat autem *Leotychides* inimicus Demarati, hac ma-
 xime de caussa; quod, quum Percalum, Chilonis
 filiam, neptin Demarmeni, sibi desponsasset, Dema-
 ratus per insidias nuptiis illis frustratus erat Leoty-
 chidem, praereptamque illi Percalum ipse duxerat
 uxorem. Haec quum fuisset inimicitiarum Leoty-
 chidis adversus Demaratum origo, tunc a Cleomene
 sollicitatus *Leotychides*, iurat contra *Demaratum*,
 dicens, *non legitime illum regem esse Spartanorum,*
nec enim filium esse Aristonis. Deinde, post
 interpositum hoc iuramentum, iudicio cum est per-
 secutus, in memoriam revocans verbum istud, quod
 Aristoni tunc exciderat, quum ei famulus recens na-
 tum renunciasset filium; ubi numero inito mensium

467, 100.

νος τούς μῆνας, ἀπόμοσε, Φὰς „οὐκ ἑαυτοῦ εἶναι.“
 τούτου δὴ ἐπιβατεύων τοῦ ῥήματος ὁ Λευτυχίδης, ἀπέ-
 Φαινε τὸν Δημάροτον οὔτε ἐξ Ἀρίστωνος γεγονότα, οὔτε
 20 ἰκνευμένως βασιλεύοντα Σπάρτης, τοὺς ἐφόρους μάρ-
 τυρας παρεχόμενος κείνους, οἱ τότε ἔτυχον πάρεδροί τε
 ἑόντες καὶ ἀκούσαντες ταῦτα Ἀρίστωνος. Τέλος δὲ, 66
 ἑόντων περὶ αὐτέων νεκρέων, ἔδοξε Σπαρτιήτησι ἐπειρε-
 σθαι τὸ χρηστήριον τὸ ἐν Δελφοῖσι „εἰ Ἀρίστωνος εἶη
 παῖς ὁ Δημάροτος.“ Ἀναίστου δὲ γενομένου ἐκ προνοίας
 5 τῆς Κλεομένηος εἰς τὴν Πυθίην, ἐναῦτα προσποιέεται
 Κλεομένης Κόβωνα τὸν Ἀριστοφάντου, ἄνδρα ἐν Δελ-
 Φοῖσι δυναστεύοντα μέγιστον. ὁ δὲ Κόβων Περίαλλαν
 τὴν πρόμαντιν ἀναπέθει, τὰ Κλεομένης ἐβούλετο λέγε-
 σθαι, λέγειν. οὕτω δὴ ἡ Πυθίη, ἐπειρωτώντων τῶν Θεο-

iurans dixerat, *non esse illum filium suum*. Huic
 verbo insistens *Leotychides* declaravit *Demaratum*
nec Aristone genitum, nec legitime regnantem
Spartae; testes advocans eosdem ephoros, qui tum
 cum illo sederant in consilio, et verbum istud ex
 ore Aristonis audierant. (66.) Postremo, quum ea
 de re exstitissent rixae, placuit Spartanis ex Delphi-
 co oraculo quaerere, *an Aristonis filius esset De-*
maratus? Quod quum de industria ita discernendum
 curasset *Cleomenes*, ut de ea re ad Pythiam referre-
 tur; tum vero idem *Cleomenes* Cobonem sibi concii-
 liavit, Aristophanti filium, virum maxima apud Del-
 phenses auctoritate; qui Periallae prophetissae per-
 suasit, ut ea diceret, quae *Cleomenes* dici volebat.
 Ita igitur interrogantibus his, qui ad consulendum
 oraculum missi erant, respondit Pythia, *non esse*

πρόπων, ἔκρινε μὴ Ἀρίστωνος εἶναι Δημάροτον παῖδα. 10
 Ὑστέρῳ μέντοι χρόνῳ ἀνάπυστα ἐγένετο ταῦτα, καὶ
 Κόβων τε ἔφυγε ἐκ Δελφῶν, καὶ Περίαλλα ἡ πρό-
 μαντις ἐπαύσθη τῆς τιμῆς.

- 67 Κατὰ μὲν δὴ Δημάροτου τὴν κατάπαυσιν τῆς βα-
 σιληΐης οὕτω ἐγένετο. Ἐφυγε δὲ Δημάροτος ἐκ Σπάρ-
 τῆς εἰς Μήδους ἐκ τοιοῦδε οὐνείδεος. μετὰ τῆς βασι-
 ληΐης τὴν κατάπαυσιν ὁ Δημάροτος ἤρχε αἰρεθεῖς ἀρ-
 χῆν. ἦσαν μὲν δὴ γυμνοπαιδίαι· φεωμένου δὲ τοῦ Δη- 5
 μαρότου, ὁ Λευτυχίδης, γεγονὼς ἤδη αὐτὸς βασιλεὺς
 ἀντ' ἐκείνου, πέμψας τὸν φεράποντα, ἐπὶ γέλῳτι τε
 καὶ λάσθῃ εἰρώτα τὸν Δημάροτον „οὐκοῖόν τι εἴη τὸ ἀρ-
 χεῖν μετὰ τὸ βασιλεύειν.“ ὁ δὲ, ἀλγῆσας τῷ ἐπειρω-
 τήματι, εἶπε Φᾶς „αὐτὸς μὲν ἀμφοτέρων ἤδη πεπειρῆ- 10
 σθαι, κεῖνον δὲ, οὐ τὴν μέντοι ἐπειρωτήσιν ταύτην ἀρ-

Aristonis filium Demaratum. Attamen postero tem-
 pore comperta ea fraus est, et Cohon Delphis profu-
 git, prophetissae vero abrogatum est munus.

(67.) Hoc igitur modo abrogata Demarato regia
 dignitas est. Deinde vero, relictâ Spartâ, ad Medos
 profugit *Demaratus*, ob contumeliam huiusmodi.
 Postquam regno fuit exutus, ad gerendum magistra-
 tum erat electus. Quumque esset solenne ludicrum,
 quod *Gymnopaedias* vocant, *Leotychides*, rex iam
 creatus in Demarati locum, risus et contumeliae caus-
 sa misso famulo ad *Demaratum*, qui et ipse spe-
 ctator aderat, quaesivit ex eo, *quale - nam illi vide-
 retur, hunc gerere magistratum post regiam di-
 gnitatem?* Cui ille, indignatus interrogatione, re-
 spondit, *se quidem utrumque esse expertum, nec*

Ξειν Λακεδαιμονίαισι ἢ μυρίας κακότητος, ἢ μυρίας εὐ-
 δαιμονίης.“ Ταῦτα δὲ εἶπας, καὶ κατακαλυψάμενος,
 ἦϊε ἐκ τοῦ θεήτρου εἰς τὰ ἑαυτοῦ οἰκία· αὐτίκα δὲ πα-
 15 ρασκευασάμενος, ἔθυσε τῷ Διὶ βοῦν· θύσας δὲ, τὴν
 μητέρα ἐκάλεσε. Ἀπικρομένη δὲ τῇ μητρὶ ἐσθθεις εἰς τὰς 68
 χεῖρας οἱ τῶν σπλάγχχων, κατικέτευσε, λέγων τοιαῦδε·
 „ὦ μήτηρ, θεῶν σε τῶν τε ἄλλων καταπτόμενος ἰκε-
 „τεύω, καὶ τοῦ Ἑορκείου Διὸς τοῦδε, Φράσαι μοι τὴν
 5 „ἀληθείην, τίς μευ ἐστὶ πατὴρ ἐσθθῶ λόγῳ. Λευτυχί-
 „δης μὲν γὰρ ἔφη ἐν τοῖσι νείκεσι λέγων, κλύουσάν σε
 „ἐκ τοῦ προτέρου ἀνδρὸς, οὕτω ἐλθεῖν παρὰ Ἀρίστωναι·
 „οἱ δὲ καὶ τὸν ματαιώτερον λόγον λέγοντες, Φασί σε
 „ἐλθεῖν παρὰ τῶν οἰκετέων τὸν ὄνοΦοβόν, καὶ ἐμὲ εἶναι
Δύναται δὲ κατὰ Ἑλλάδα γλῶσσαν ταῦτα τὰ οὐνόματα Δαρεῖος, ἐρξείης· Ξέρξης, ἀρήϊος· Ἀρταξέρξης, μέγας ἀρήϊος. τούτους μὲν δὴ τοὺς βασιλῆας ὡδὲ ἀν' ὀρθῶς κατὰ γλῶσσαν τὴν σφετέρην Ἑλλήνες 20 καλέοιεν.

- 99 Οἱ δὲ βάρβαροι, ὡς ἀπῆραν ἐκ τῆς Δήλου, προσίσχον πρὸς τὰς νήσους· ἐνθεῦτεν δὲ στρατιὴν τε παρελάβανον, καὶ ὀμήρους τῶν νησιωτέων παῖδας ἐλάμβανον. ὡς δὲ, περιπλέοντες τὰς νήσους, προσέσχον καὶ ἐς Κάρυστον, (οὐ γὰρ δὴ σφίσι οἱ Καρύστιοι οὔτε ὀμήρους ἐδίδοσαν, οὔτε ἔφασαν ἐπὶ πόλιν ἀστυγείτονας στρατεύεσθαι, λέγοντες Ἐρετρίαν τε καὶ Ἀθήνας,) ἐνθαῦτα τούτους ἐπολιόρκεόν τε καὶ τὴν γῆν σφέων ἔκειρον, ἐς ὃ καὶ οἱ Καρύστιοι παρέστησαν ἐς τῶν Περσέων τὴν γνώμην.
- 100 Ἐρετριέες δὲ, πυνθανόμενοι τὴν στρατιὴν τὴν Περσικὴν

Valent autem secundum Graecum sermonem nomina ista hocce: *Darius*, *coërcitor*; *Xerxes*, *bellator*; *Artaxerxes*, *magnus bellator*. Hos enim reges Graeci suâ linguâ recte ita, ut dixi, nominaverint.

(99.) *Barbari*, Delo profecti, navibus ad insulas adpulsis, et exercitum inde adsumebant, et insularum filios secum obsides abducebant. Postquam vero, praeternavigatis insulis, Carystum pervenerunt; quum nec obsides dedissent *Carystii*, et contra vicinas urbes (Eretriam et Athenas dicebant) se militaturos negassent; ibi tunc hos oppugnarunt, agrumque illorum evastarunt, donec etiam hi in deditio-nem venere Persarum. (100.) *Eretrienses* autem, ubi cognoverunt sese peti a Persarum classe, Athe-

484, 36.

ἐπὶ σφέας ἐπιπλεύσαν, Ἀθηναίων ἐδεήθησαν σφίσι
 βοηθεῖν γενέσθαι. Ἀθηναῖοι δὲ οὐκ ἀπειπάντο τὴν ἐπι-
 κουρίην, ἀλλὰ τοὺς τετρακισχιλίους κληρουχέοντας τῶν
 5 ἰπποβοτέων Χαλκιδέων τὴν χώραν, τούτους σφι διδοῦσι
 τιμωροῦς. τῶν δὲ Ἐρετριέων ἦν ἄρα οὐδὲν ὑγιὲς βούλευ-
 μα· οἱ μετεπέμποντο μὲν Ἀθηναίους, ἐφρόνεον δὲ διΦα-
 σίας ιδέας. οἱ μὲν γὰρ αὐτέων ἐβουλεύοντο ἐκλιπεῖν
 τὴν πόλιν εἰς τὰ ἄκρα τῆς Εὐβοίης· ἄλλοι δὲ αὐτέων,
 10 ἴδια κέρδεα προσδεκόμενοι παρὰ τοῦ Πέρσων οἴσεσθαι,
 προσδοσίην ἐσκευάζοντο. μαθὼν δὲ τούτέων ἐκάτερα ὡς
 εἶχε Αἰσχίνης ὁ Νόθωνος, ἐὼν τῶν Ἐρετριέων τὰ πρῶ-
 τα, φράζει τοῖσι ἤκουσι τῶν Ἀθηναίων πάντα τὰ πα-
 ρέοντα σφι πρήγματα· προσεδέετό τε ἀπαλλάσσεσθαι
 15 σφέας εἰς τὴν σφετέρην, ἵνα μὴ προσαπόλωνται. οἱ δὲ
 Ἀθηναῖοι ταῦτα Αἰσχίνῃ συμβουλεύσαντι πείθονται· καὶ

nienses rogarunt ut auxilia sibi mitterent. Nec ne-
 garunt Athenienses opem, sed quater mille colonos
 illos, qui in opulentorum Chalcidensium praedia suc-
 cesserant, opem eis ferre iusserunt. At in Eretrien-
 sibus sanum nullum erat consilium; qui Athenienses
 quidem auxilio vocaverant, ipsi vero in duas divisi
 erant sententias: nam aliis animus erat, relicta urbe
 in superiora Euboeae loca se recipere; alii vero, pri-
 vatum quaestum a Persis reportare sperantes, prodi-
 tionem parabant. Quorum utrorumque consilia co-
 gnita habens Aeschines, Nothonis filius, primarius
 vir Eretriensium, advenientibus Atheniensibus prae-
 sentem rerum statum aperuit; eosque ut retrogrede-
 rentur rogavit, ne simul cum Eretriensibus perirent.
 Et Athenienses, Aeschinis sequentes consilium, Oro-

οὔτοι μὲν διαβάντες ἐς Ὀρωπὸν, ἔσωζον σφέας αὐ-
 101 τούς. Οἱ δὲ Πέρσαι πλέοντες κατέσχον τὰς νέας τῆς
 Ἐρετρικῆς χώρας κατὰ Ταμύνας καὶ Χοιοέας καὶ Αἰ-
 γίλια. κατασχόντες δὲ ταῦτα τὰ χωρία, αὐτίκα ἵπ-
 πους τε ἐξεβάλλοντο, καὶ παρεσκευάζοντο ὡς προσσι-
 σόμενοι τοῖσι ἐχθροῖσι. οἱ δὲ Ἐρετρίεες ἐπέξελθεῖν μὲν 5
 καὶ μάχεσθαι οὐκ ἐποίηοντο βουλὴν· εἴ πως δὲ διαθυ-
 λάξαιεν τὰ τεῖχρα, τούτου σφί ἐμελε πέρι, ἐπεὶ τε
 ἐνίκα μὴ ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν. προσβολῆς δὲ γινομένης
 καυτεοῆς πρὸς τὸ τεῖχος, ἐπιπτον ἐπὶ ἕξ ἡμέρας πολ-
 λοὶ μὲν ἀμφοτέρων τῇ δὲ ἐβδόμῃ Εὐφροβός τε ὁ Ἄλκι- 10
 μάχου, καὶ Φίλαγρος ὁ Κυνέου, ἄνδρες τῶν ἀστῶν
 δόκιμοι, προδιδούσι τοῖσι Πέρσησι. οἱ δὲ, ἐσελθόντες ἐς
 τὴν πόλιν, τοῦτο μὲν, τὰ ἰσὰ συλήσαντες ἐνέπρησαν,
 ἀποτιννύμενοι τῶν ἐν Σάρδισι κατακαυθέντων ἰσῶν τοῦ-

pum transvecti, periculum evaserunt. (101.) *Persae*, navibus ad Tamynas et Choereas et Aegilia ditionis *Eretriensium* adpulsis, locis hisce potiti, protinus equis e navibus expositis, ad adgrediendum hostem sese compararunt. Eretrienses vero de egrediendo et committenda pugna non cogitabant; sed muros, si possent, defendere, hoc unum illis curae erat, quandoquidem vicerat sententia non relinquentiam esse urbem. Quum autem acriter oppugnaretur murus, intra sex dies multi ab utraque parte perierunt: septimo vero die Euphorbus Alcimachi filius et Philagrus Cyneae, spectati inter cives viri, Persis *Eretriam* prodiderunt. Et hi, urbem ingressi, templa spoliarunt incenderuntque, poenam hanc repe-

15 το δὲ, τοὺς ἀνθρώπους ἠνδραποδίσαντο, κατὰ τὰς Δα-
ρείου ἐντολάς.

Χειρωσάμενοι δὲ τὴν Ἐρέτριαν, καὶ ἐπισχόντες ὀλί- 102
γας ἡμέρας, ἔπλεον εἰς τὴν Ἀττικὴν, κατέρχοντες τε
πολλὸν, καὶ δοκέοντες ταῦτ' αὐτοὺς Ἀθηναίους ποιήσειν
τὰ καὶ τοὺς Ἐρετριέας ἐποίησαν. καὶ, ἦν γὰρ ὁ Μαρα-
5 θῶν ἐπιτηδεώτατον χωρίον τῆς Ἀττικῆς ἐνιππεῦσαι,
καὶ ἀγχοτάτω τῆς Ἐρετρίας, εἰς τοῦτό σφι κατηγέετο
Ἴππῆς ὁ Πεισιστράτεω. Ἀθηναῖοι δὲ, ὡς ἐπύθοντο 103
ταῦτα, ἐβοήθειον καὶ αὐτοὶ εἰς τὸν Μαραθῶνα. ἦγον δὲ
σφεας στρατηγοὶ δέκα· τῶν ὁ δέκατος ἦν Μιλτιάδης,
τοῦ τὸν πατέρα Κίμωνα, τὸν Στησαγόρευω, κατέλαβε
5 Φυγεῖν ἐξ Ἀθηνῶν Πεισίστρατον τὸν Ἴπποκράτεω. καὶ
αὐτῷ, Φεύγοντι, ὀλυμπιάδα ἀνελέσθαι τεθρίππῳ συνέ-

tentes ob templa Sardibus cremata; homines autem,
ut iusserat Darius, in servitutem abstraxerunt.

(102.) Subactâ Eretriâ, *Persae*, paucorum dierum
interpositâ morâ, in *Atticam* navigarunt, magnas
in angustias adducentes Athenienses, cogitantesque
eodem modo cum illis agere atque cum Eretriensibus
egissent. Quumque *Marathon* esset totius Atticae
maxime opportunus equitibus locus, et proximus ab
Eretria, in hunc campum illos deduxit *Hippias*,
Pisistrati filius. (103.) Qua re cognita, *Athenien-*
ses etiam ipsi *Marathona* obviam hostibus egressi
sunt. Duxerunt autem illos decem imperatores; quo-
rum decimus *Miltiades* erat, is cuius patri *Cimo-*
ni, Stesagorae filio, acciderat, ut a Pisistrato, Hip-
pocratis filio, Athenis in exsilium pelleretur. Eidem-
que contigerat, ut exsul victoriam Olympiae repor-

βῆ καὶ ταύτην μὲν τὴν νίκην ἀνελόμενον μιν, τῷ αὐτῷ
 ἐξενείκασθαι τῷ ὁμομητρίῳ ἀδελφεῷ Μιλτιάδῃ. μετὰ
 δὲ, τῇ ὑστέρῃ ὀλυμπιάδι τῆσι αὐτῆσι ἵπποισι νικῶν,
 παραδίδοι Πεισιστράτῳ ἀνακηρυχθῆναι· καὶ τὴν νίκην 10
 παρῆς τούτῳ, κατῆλθε ἐπὶ τὰ ἑαυτοῦ ὑπόσπονδος. καί
 μιν, ἀνελόμενον τῆσι αὐτῆσι ἵπποισι ἄλλην ὀλυμπιάδα,
 κατέλαβε ἀποθανεῖν ὑπὸ τῶν Πεισιστράτου παίδων,
 οὐκέτι περιεόντος αὐτοῦ Πεισιστράτου· κτείνουσι δὲ οὐ-
 τοί μιν κατὰ τὸ πρυτανήϊον, νυκτὸς ὑπέϊσαντες ἄνδρας. 15
 τέθαπται δὲ Κίμων πρὸ τοῦ ἄστεος, πέρην τῆς Διακί-
 λης καλεομένης ὁδοῦ· καταντίον δ' αὐτοῦ αἱ ἵπποι τεθά-
 φονται αὐταί, αἱ τρεῖς ὀλυμπιάδας ἀνελόμεναι. Ἐποίη-
 σαν δὲ καὶ ἄλλαι ἵπποι ἤδη τῷ αὐτῷ τούτῳ, Εὐαγόρεω Λά-
 κωνος· πλέω δὲ τουτέων, οὐδαμαί. Ὁ μὲν δὲ πρῆσβύ- 20

taret quadrigarum curriculo; quem eundem hono-
 rem iam ante eum frater ipsius uterinus Miltiades
 erat consecutus. Deinde vero, sequenti Olympiade,
 quum eisdem equis idem *Cimon* vicisset, Pisistrato
 concessit, ut is victor renunciaretur; et ob victoriam
 huic concessam, ex pactione cum illo in patria
 est restitutus. Postremo idem, quum eisdem equis
 aliam rursus victoriam reportasset Olympicam, obiit
 interfectus a filiis Pisistrati, ipso Pisistrato non am-
 pli in vivis agente: interfecerunt illum enim hi
 prope prytaneum, noctu hominibus quibusdam ad
 hoc subornatis. Sepultus autem est *Cimon* ante ur-
 bem, ultra viam quae Per Cavum vocatur; et ex ad-
 verso sepulti sunt hi equi eiusdem, qui tres olympi-
 cas retulerunt victorias. Praestiterunt quidem idem
 hoc alii etiam equi, Evagorae Lacedaemonii; sed,

486, 97.

τερος τῶν παίδων τῷ Κίμωνι Στησαγόρης ἦν τῆνικαῦτα
 παρὰ τῷ πατρὶ Μιλτιάδῃ τρεφόμενος ἐν τῇ Χερσονή-
 σω· ὁ δὲ νεώτερος παρ' αὐτῷ Κίμωνι ἐν Ἀθήνησι, τού-
 νομα ἔχων ἀπὸ τοῦ οἰκιστέω τῆς Χερσονήσου Μιλτιά-
 δεω, Μιλτιάδης. Οὗτος δὴ ὦν τότε ὁ Μιλτιάδης, ἦκων 104
 ἐκ τῆς Χερσονήσου, καὶ ἐκπεφευγὼς διπλόον θάνατον,
 ἐστρατήγεε Ἀθηναίων. ἅμα μὲν γάρ, οἱ Φοίνικες αὐτὸν
 οἱ ἐπιδιώξαντες μέχρι Ἰμβρου, περὶ πολλοῦ ἐποιεῦντο
 5 λαβεῖν τε καὶ ἀναγαγεῖν παρὰ βασιλῆα· ἅμα δέ, ἐκ-
 φυγόντα τε τούτους, καὶ ἀπικόμενον ἐς τὴν ἐωυτοῦ, δο-
 κέοντά τε εἶναι ἐν σωτηρίῃ, ἤδη τὸ ἐνθεῦτέν μιν οἱ ἐχ-
 θροὶ ὑποδεξάμενοι, καὶ ὑπὸ δικαστήριον αὐτὸν ἀγα-
 γόντες, ἐδίωξαν τυραννίδος τῆς ἐν Χερσονήσῳ. ἀποφυ-
 10 γὼν δὲ καὶ τούτους, στρατηγὸς οὕτω Ἀθηναίων ἀπε-
 δέχθη, αἰρεθεὶς ὑπὸ τοῦ δήμου.

praeter hos, nulli. Filiorum igitur Cimonis natu
 maior, *Stesagoras*, per id tempus apud patrum
 Miltiadem in Chersoneso educabatur: natu minor
 autem apud Cimone Athenis erat, cui nomen fuit
Miltiades, de patris Miltiadis nomine, conditoris
 Chersonesi. (104.) Hic igitur tunc *Miltiades*, quum
 nuper e Chersoneso advenisset, duplicemque effugis-
 set mortem, imperator fuit Atheniensium. Simul
 enim et Phoenices, usque ad Imbrum illum perse-
 cuti, studiose operam dederant, ut caperent eum et
 ad regem abducerent: et, postquam hos effugit, do-
 mumque rediit, iam protinus eundem exceperant
 adversarii, et in iudicium vocatum, reum egerant
 tyrannidis in Chersoneso exercitae. At hoc quoque
 liberatus periculo, ita demum imperator creatus est
 Atheniensium, populi suffragiis electus.

- 105 Καὶ πρῶτα μὲν, ἔόντες ἔτι ἐν τῷ ἄστει οἱ στρατη-
 γοὶ, ἀποπέμπουσι εἰς Σπάρτην κήρυκα Φειδιππίδην,
 Ἀθηναῖον μὲν ἄνδρα, ἄλλως δὲ ἡμεροδρόμον τε καὶ τοῦτο
 μελετῶντα. τῷ δὲ, ὡς αὐτός τε ἔλεγε Φειδιππίδης καὶ
 Ἀθηναίοισι ἀπήγγελε, περὶ τὸ Παρθένιον οὔρου, τὸ ὑπὲρ 5
 Τεγέης, ὃ Πᾶν περιπίπτει. βῶσαντα δὲ τὸ οὔνομα τοῦ
 Φειδιππίδου τὸν Πᾶνα, Ἀθηναίοισι κελεῦσαι ἀπαγ-
 γεῖλαι, διότι ἑαυτοῦ οὐδεμίαν ἐπιμέλειαν ποιεῦνται,
 ἔντος εὔνου Ἀθηναίοισι, καὶ πολλαχῆ γενομένου ἤδη
 σφίσι χρησίμου, τὰ δ' ἔτι καὶ ἐσομένου. Καὶ ταῦτα 10
 μὲν Ἀθηναῖοι, καταστάντων σφίσι εὐ ἤδη τῶν πραγμά-
 των, πιστεύσαντες εἶναι ἀληθέα, ἰδρύσαντο ὑπὸ τῆ
 ἀκροπόλι Πανὸς ἱεῖον, καὶ αὐτὸν ἀπὸ ταύτης τῆς ἀγ-
 γελίης Φυσίσι ἐπέτεισι καὶ λαμπάδι ἱλάσκονται.
- 106 Τότε δὲ πεμφθεὶς ὑπὸ τῶν στρατηγῶν ὁ Φειδιππίδης

(105.) Ac primum quidem, quum adhuc in urbe
 essent imperatores, *Spartam* miserunt praeconem
Phidippidem, civem quidem Atheniensem, caete-
 rum *hemerodromum*, et hoc negotium exercentem.
 Cui, ut quidem ipse deinde narravit *Phidippides*,
 Atheniensibusque renunciavit, circa *Parthenium*
 montem, qui supra *Tegeam* est, deus *Pan* obviam
 est factus; compellatoque nominatim *Phidippide*,
 iussit eum *renunciare Atheniensibus*, nullam illos
 sui curam gerere, quum tamen bene cupiat *Athe-*
niensibus, ac iam saepe de illis bene meritus fue-
 rit, et posthac etiam bene sit meriturus. Haec certe
 Athenienses vere ita accidisse persuasi, deinde, quum
 iam res eorum recte fuissent compositae, templum
Pani infra arcem statuerunt, eumque inde ab illo

487, 27.

οὗτος, ὅτε πέρ οἱ ἔφη καὶ τὸν Πᾶνα φανῆναι, δευτε-
 ραῖος ἐκ τοῦ Ἀθηναίων ἄστυς ἦν ἐν Σπάρτῃ. ἀπικόμε-
 νος δὲ ἐπὶ τοὺς ἀρχοντας ἔλεγε, „ὦ Λακεδαιμόνιοι,
 5 „ Ἀθηναῖοι ὑμέων δέονται, σφίσι βοηθῆσαι, καὶ μὴ πε-
 „ ριθεῖν πόλιν ἀρχαιοτάτην ἐν τοῖσι Ἑλλῃσι δουλοσύνη
 „ περιπεσοῦσαν πρὸς ἀνδρῶν βαρβάρων. καὶ γὰρ Ἐρέ-
 „ τριά τε νῦν ἡνδραπόδισται, καὶ πόλι λογίμη ἢ Ἑλ-
 „ λὰς γέγονε ἀσθενεστέρα.“ Ὁ μὲν δὴ σφι τὰ ἐντεταλ-
 10 μένα ἀπήγγελε. τοῖσι δὲ ἕαδε μὲν βοηθῆειν Ἀθηναίοισι,
 ἀδύνατα δὲ σφι ἦν τὸ παραυτίκα ποιῆειν ταῦτα, οὐ
 βουλομένοισι λύειν τὸν νόμον. ἦν γὰρ ἰσταμένου τοῦ μη-
 νὸς εἰνάτη· εἰνάτη δὲ οὐκ ἐξελεύσεσθαι ἔφασαν, μὴ οὐ
 πλήρης ἐόντος τοῦ κύκλου. οὔτοι μὲν νυν τὴν πανσέλη-
 15 νον ἔμενον.

nuncio annuis sacrificiis et lampade placant. (106.)
 Tunc vero missus ab imperatoribus *Phidippides* hic,
 quo tempore is Panem sibi adparuisse narravit, po-
 stridie eius diei quo Athenis erat profectus *Spartam*
 pervenit; ubi adiens magistratus, haec apud eos ver-
 ba fecit: *Lacedaemonii! Petunt a vobis Athenienses,*
ut auxilio illis veniatis; neque patiamini, ut anti-
quissima inter Graecos civitas in servitutem abri-
piatur a barbaris. Nam et Eretria nunc sub iugum
est missa, et insigni civitate imminuta est Grae-
cia. Haec ubi illis ex mandato dixit, placuit quidem
 Spartanis auxilia mittere Atheniensibus: sed id con-
 festim facere non potuerunt, quum nollent contra
 legem agere. Erat enim nonus dies mensis: *nono au-*
tem die, et priusquam plena esset luna, se non
egressuros, aiebant. Novilunium igitur hi exspecta-
 bant.

107 Τοῖσι δὲ βαρβάροισι κατηγέετο Ἰππίης ὁ Πεισι-
 στραίου ἐς τὸν Μαραθῶνα, τῆς παροικομένης νυκτὸς
 ὄψιν ἰδὼν ἐν τῷ ὕπνῳ τοιήνδε. ἐδόκει ὁ Ἰππίης τῇ μη-
 τρὶ τῇ ἑαυτοῦ συνευνηθῆναι· συνεβάλετο ἂν ἐκ τοῦ ὄνει-
 ρου, κατελθὼν ἐς τὰς Ἀθήνας, καὶ ἀνασώσάμενος τὴν 5
 ἀρχὴν, τελευτήσειν ἐν τῇ ἑαυτοῦ γηραίᾳ. ἐκ μὲν θῆ τῆς
 ὄψιος συνεβάλετο ταῦτα. Τότε δὲ κατηγεόμενος, τοῦτο
 μὲν, τὰ ἀνδράποδα τὰ ἐξ Ἐρετριῆς ἀπέβησε ἐς τὴν νῆ-
 σον τὴν Στυρέαν, καλεομένην δὲ Αἰγίλειαν· τοῦτο δὲ,
 καταγομένας ἐς τὸν Μαραθῶνα τὰς νέας ὥρμιζε αὐτός, 10
 ἐκβάνας τε ἐς γῆν τοὺς βαρβάρους διέτασσε. καὶ οἱ
 ταῦτα διέποντι ἐπῆλθε πταρεῖν τε καὶ βῆξαι μεζόνως
 ἢ ὡς ἐώθεε. οἷα δὲ οἱ πρεσβυτέρω ἐόντι, τῶν ὀδόντων
 οἱ πλεῦνες ἐσειόντο· τουτέων ἂν ἓνα τῶν ὀδόντων ἐκβάλ-
 λει ὑπὸ βίης βήξας. ἐκπεσόντος δὲ ἐς τὴν ψάμμον 15

(107.) *Hippias*, Pisistrati filio, qui barbaris viam in campum *Marathona* praeivit, superiori nocte per somnum tale visum erat oblatum. Visus sibi erat sua cum matre concumbere: quo ex insomnio collegerat, Athenas se esse rediturum, et in patria recepto regno senem vitâ excessurum. In hunc modum *Hippias* somnium suum erat interpretatus. Tunc vero, ducis officio fungens, partim Eretriensia mancipia in Styrcorum insula, cui Aegilia nomen, deposuit; partim naves, quae ad Marathona adpulerant, in statione locavit, et barbaros in terram egressos ordinavit. Quae dum administrat, accidit ei ut vehementius, quam solitus erat, et sternutaret et tussiret. Quumque eidem, quippe aetate iam proveciori, plures labarent dentes, harum dentium unam, dum tussit, propter violentiam

488, 57.

αὐτοῦ, ἐποιέετο πολλὴν σπουδὴν ἐξευρεῖν· ὡς δὲ οὐκ ἐφαίνετό οἱ ὁ ὄδων, ἀναστενάξας, εἶπε πρὸς τοὺς παραστάτας· „Ἡ γῆ ἥδε οὐκ ἡμετέρη ἐστὶ, οὐδέ μιν δυνησόμεθα ὑποχειρίην ποιήσασθαι· ὁκόσον δέ τι μοι
20 „μέρος μετῆν, ὁ ὄδων μετέχει.“ Ἰππίης μὲν δὴ ταύτη τὴν ὄψιν συνεβάλετο ἐξεληλυθέναι.

Ἀθηναίοισι δὲ τεταγμένοισι ἐν τεμένει Ἡρακλέος, 108 ἐπῆλθον βοηθέοντες Πλαταιέες πανδημί. καὶ γὰρ καὶ ἐδεδώκεσαν σφέας αὐτοὺς τοῖσι Ἀθηναίοισι οἱ Πλαταιέες, καὶ πόνους ὑπὲρ αὐτέων οἱ Ἀθηναῖοι συχνούς ἤδη 5 ἀναιρέατο· ἔδοσαν δὲ ᾧδε. πιεζύμενοι ὑπὸ Θηβαίων οἱ Πλαταιέες, ἐδίδοσαν πρῶτα παρατυχοῦσι Κλεομένει τε τῷ Ἀναξανδρίδῃ καὶ Λακεδαιμονίοισι σφέας αὐτούς. οἱ δὲ, οὐ δεκόμενοι, ἔλεγόν σφι τάδε· „Ἡμεῖς

eiecit. Quae quum in arenam cecidisset, magnum adhibuit studium ut eam reperiret: postquam vero nusquam dens comparuit, edito gemitu ait adstantibus: *Terra haec non est nostra, neque eam poterimus in nostram redigere potestatem: nam, quidquid eius ad me pertinebat, id dens mea obtinet.* Nempe in hoc *Hippias* existiisse visionem suam existimavit.

(108.) *Atheniensibus*, quum in campo *Herculi* sacro locum cepissent, praesidio advenere *Plataeenses* frequenti manu ex universo populo collectâ. Tradiderant enim sese Atheniensibus Plataeenses, et frequentes labores pro illis Athenienses sustinuerant. Tradiderant se autem hoc modo. Bello a Thebanis pressi Plataeenses, primum Cleomeni, Anaxandridae filio, et Lacedaemoniis se tradiderunt, qui

ἢ μὲν ἑκάστῳ τε οἰκόμεν, καὶ ὑμῖν τοιήδε τις γένοιτ'
 ἢ ἀν' ἐπικουρίῃ ψυχῇ· Θθαίητε γὰρ ἀν' ἀπολλάκις ἐξαι- 10
 ἢ δραποδισθέντες ἢ τινα πυτέσθαι ἡμέων. συμβουλεύο-
 ἢ μεν δὲ ὑμῖν δοῦναι ὑμέας αὐτοὺς Ἀθηναίοισι, πλησιο-
 ἢ χῶροισί τε ἀνδράσι, καὶ τιμωρέειν ἐοῦσι οὐ κακοῖσι.“
 Ταῦτα συνεβούλευον οἱ Λακεδαιμόνιοι, οὐ κατὰ εὐνοίην
 οὕτω τῶν Πλαταιέων, ὡς βουλόμενοι τοὺς Ἀθηναίους 15
 ἔχειν πόρους, συνεστεῶτας Βοιωτοῖσι. Λακεδαιμόνιοι
 μὲν νυν Πλαταιεῦσι ταῦτα συνεβούλευον· οἱ δὲ οὐκ
 ἠπίστησαν, ἀλλ' Ἀθηναίων ἰσὰ ποιούντων τοῖσι δώδεκα
 θεαῖσι, ἰκέται ἰζόμενοι ἐπὶ τὸν βωμὸν, ἐδίδοσαν σφέας
 αὐτοῦς. Θηβαῖοι δὲ πυθόμενοι ταῦτα, ἐστρατεύοντο 20
 ἐπὶ τοῦς Πλαταιέας· Ἀθηναῖοι δὲ σφι ἐβοήθεον. μελ-
 λόντων δὲ συνάπτειν μάχην, Κορίνθιοι οὐ περιεῖδον· πα-

forte in illis locis aderant. At illi, non recipientes eos,
 dixere: *Nos nimis procul a vobis habitamus, et frigidum vobis tale auxilium foret: plus semel enim fieri posset, ut in servitutem prius abstraheremini, quam nostrum quisquam fando audiret. Quare suademus vobis, ut Atheniensibus vos tradatis, qui vobis sunt finitimi, ad tutandum non invalidi.* Haec Plataeensibus suaserunt Lacedaemonii, non tam quod illis bene vellent, quam quod cuperent laboribus fatigari Athenienses, bellis cum Boeotis gerendis. Consilium autem Lacedaemoniorum sequentes Plataeenses, quo tempore duodecim diis sacra faciebant Athenienses, supplices ad aram consederunt, seque illis tradiderunt. Quo cognito, Thebani arma intulerunt Plataeensibus; et Athenienses auxilio illis venire. Sed quum in eo essent ut conscrerent

ρατυχόντες δὲ, καὶ καταλλάξαντες, ἐπιτρεψάντων ἀμφοτέρων, οὕρισαν τὴν χώραν ἐπὶ τοῖσδε· εἴαν Θηβαίους
 25 Βοιωτῶν τοὺς μὴ βουλομένους εἰς Βοιωτοὺς τελέειν. Κορινθῖοι μὲν δὴ ταῦτα γνόντες ἀπαλλάσσοντο. Ἀθηναίοισι δὲ ἀπιστοῖσι ἐπέθηκαντο Βοιωτοί· ἐπίεμνοι δὲ, ἐσσώθησαν τῇ μάχῃ. ὑπερβάντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς οἱ Κορινθῖοι ἔθηκαν Πλαταιεῦσι εἶναι οὕρους, τούτους ὑπερ-
 30 βάντες, τὸν Ἄσωπὸν αὐτὸν ἐποιήσαντο οὗρον Θηβαίοισι πρὸς Πλαταιέας εἶναι καὶ Ὑσιᾶς. Ἔδωσαν μὲν δὴ οἱ Πλαταιέες σφέας αὐτοὺς Ἀθηναίοισι τρῶπῳ τῷ εἰρημένῳ ἦκον δὲ τότε εἰς Μαραθῶνα βοηθέοντες.

Τοῖσι δὲ Ἀθηναίων στρατηγοῖσι ἐγίνοντο δίχα αἱ γνώ- 109
 μαι· τῶν μὲν, οὐκ ἐόντων συμβάλλειν· ὀλίγους γὰρ

pugnam, id fieri non passi sunt Corinthii: hi enim, quum forte adessent, arbitrio eorum rem permittentibus utrisque, pacem conciliarunt, fines regionis ita constituentes, ut *Thebani eos ex Boeotis, qui Boeotorum communi nollent adtribui, nil impedirent.* Hoc constituto, Corinthii abierunt. Athenienses vero, domum redeuntes, ex improvise adgressi sunt Boeoti: sed commissa pugna superati sunt. Quo facto Athenienses, fines Plataeensibus a Corinthiis constitutos transgredientes, ipsum Asopum et Hysias fines inter Thebanos et Plataeenses statuerunt. Plataeenses igitur, postquam praedicto modo Atheniensibus sese tradidissent, nunc eis ad Marathonem auxilio venerunt.

(109.) Imperatorum autem Atheniensium bifariam divisae erant sententiae; nolentibus aliis, ut praelio confligeretur; *nimis enim exiguum esse ipsorum*

εἶναι, στρατιῇ τῇ Μήδων συμβαλέειν· “ τῶν δὲ, καὶ
 Μιλτιάδεω, κελεύοντων. ὡς δὲ δίχα τε ἐγίνοντο, καὶ
 ἐνίκα ἢ χείρων τῶν γνωμέων, ἐνθαῦτα, ἦν γὰρ ἐνδέκα- 5
 τος Ψηφιδόφορος ὁ τῶ κυάμω λαχῶν Ἀθηναίων πολε-
 μαρχεῖν· τὸ παλαιὸν γὰρ Ἀθηναῖοι ὁμόψηφοι τὸν πο-
 λέμαρχον ἐποιεῦντο τοῖσι στρατηγόισι· ἦν δὲ τότε πο-
 λέμαρχος Καλλίμαχος Ἀφιδναῖος· πρὸς τοῦτον ἐλθὼν
 Μιλτιάδης, ἔλεγε τάδε· „ Ἐν σοὶ νῦν, Καλλίμαχε, 10
 „ ἔστι ἢ καταδουλώσαι Ἀθήνας, ἢ ἐλευθέρας ποιήσαν-
 „ τα, μνημόσυνα λιπέσθαι ἐς τὸν ἅπαντα ἀνθρώπων
 „ βίον, οἷα οὐδὲ Ἄρμόδιός τε καὶ Ἀριστογείτων λείπου-
 „ σι. νῦν γὰρ δὴ, ἐξ οὗ ἐγένοντο Ἀθηναῖοι, ἐς κίνδυνον
 „ ἤκουσι μέγιστον. καὶ, ἦν μὲν γε ὑποκύψωσι τοῖσι 15
 „ Μήδοισι, δέδοκται τὰ πείσσονται παραδεδομένοι Ἰπ-

numerum, quam ut cum Medorum exercitu congrederentur; aliis vero, et in his Miltiade, confligendum censentibus. Ita quum dissentirent, quumque in eo esset ut peior vinceret sententia; tunc undecimus supererat qui suffragium ferret, is qui fabâ polemarchus electus erat Atheniensium: antiquitus enim polemarcho aequale cum imperatoribus ius suffragii ferendi tribuerant Athenienses. Erat autem tunc polemarchus Callimachus Aphidnaeus; quem conveniens Miltiades, his verbis est adlocutus: In te nunc situm est, Callimache, utrum in servitutum redigere velis Athenas, an, liberatâ patriâ, memoriam tui in omne aevum relinquere, qualem ne Harmodius quidem et Aristogiton reliquerunt. Numquam enim, ex quo exstiterunt Athenienses, in tantum adducti sunt periculum, in quanto nunc

490, 16.

„πίη ἢ δὲ περιγένηται αὐτὴ ἡ πόλις, οἷή τέ ἐστι πρῶ-
 „τη τῶν Ἑλληνίδων πολιῶν γενέσθαι. Κῶς ᾧν δὴ ταῦ-
 „τα οἶα τέ ἐστι γενέσθαι, καὶ κῶς ἐς σέ τι τουτέων
 20 „ἀνήκει τῶν πραγμάτων τὸ κῦρος ἔχειν, νῦν ἔρχομαι
 „Φράσων. ἡμέων τῶν στρατηγῶν, ἐόντων δέκα, δίχα
 „γίνονται αἰ γνῶμαι· τῶν μὲν, κελευόντων συμβαλέειν,
 „τῶν δὲ, οὐ συμβαλέειν. ἢ μὲν νυν μὴ συμβάλωμεν,
 „ἔλπομαι τινα στάσιν μεγάλην ἐμπεσοῦσαν διασει-
 25 „σειν τὰ Ἀθηναίων Φρονήματα, ὥστε μηδίσαι· ἢ δὲ
 „συμβάλωμεν, πρὶν τι καὶ σαθρὸν Ἀθηναίων μετεξετέ-
 „ρσισι ἐγγενέσθαι, θεῶν τὰ ἴσα νεμόντων, οἰοί τε εἰμὲν
 „περιγενέσθαι τῇ συμβολῇ. Ταῦτα ᾧν πάντα ἐς σέ
 „νῦν τείνει, καὶ ἐκ σέο ἀρτῆται. ἢ γὰρ σὺ γνώμη τῇ

versantur. In quo si Medis succumbunt, decretum est quid eis sit patiendum, Hippiae deditis: sin superior discesserit haec civitas, probabile est primam eam futuram esse Graecarum civitatum. Quo pacto igitur fieri hoc possit, et quo pacto a te pendeat harum rerum summa, nunc tibi dicam. Sententiae imperatorum, qui decem sumus numero, in duas divisae sunt partes; aliis confligendum censentibus, aliis non confligendum. Iam, si praelium non commiserimus, persuasum fere habeo magna exstitura dissidia, quae animos disturbent Atheniensium, eosque ad Medorum trahant partes. Sin praelium commiserimus priusquam putre consilium animos subeat nonnullorum Atheniensium, probabile fit mihi, ut, diis aequa tribuentibus, superiores discedamus. Haec igitur omnia ad te nunc spectant, et ex te pen-
Herod. T. III. P. I. H

- „ἐμῇ προσθῆ, ἔστι τοι πατρίς τε ἐλευθέρη, καὶ πόλις 30
 „πρώτη τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι: ἦν δὲ τὴν τῶν ἀποσπευδόν-
 „των τὴν συμβολὴν ἔλη, ὑπάοξει τοι τῶν ἐγὼ κατέλε-
 110 „ξα ἀγαθῶν τὰ ἐναντία.“ Ταῦτα λέγων ὁ Μιλτιά-
 δης, προσκτᾶται τὸν Καλλίμαχον. προσγενομένης δὲ
 τοῦ πολεμάρχου τῆς γνώμης, ἐκεκύρωτο συμβάλλειν.
 Μετὰ δὲ, οἱ στρατηγοὶ, τῶν ἢ γνώμη ἔφερε συμβάλ-
 λειν, ὡς ἐκάστου αὐτῶν ἐγένετο πρυτανική τῆς ἡμέρας, 5
 Μιλτιάδῃ παρεδίδουσαν· ὁ δὲ, δεκόμενος, οὐ τι καὶ συμ-
 βολὴν ἐποιεέτο, πρὶν γε δὴ αὐτοῦ πρυτανική ἐγένετο.
 111 Ὡς δὲ ἐς ἐκείνον περιῆλθε, ἐνθαῦτα δὴ ἐτάσσοντο ὧδε
 Ἀθηναῖοι ὡς συμβαλέοντες. τοῦ μὲν δεξιοῦ κέρεος ἠγέε-

CIX. 31. τὴν ante τῶν ἀποσπ. ex coniect. qui articulus vulgo aberat. Alii mox συμβουλήν, loco συμβολήν.

dent. Etenim si tu meae accesseris sententiae, ha-
bebis liberam patriam, et civitatem primam uni-
versae Graeciae: sin his suffragatus fueris, qui
dissuadent praelium; erit tibi contrarium eorum,
quae memoravi, commodorum. (110.) His dictis
Miltiades in suam sententiam Callimachum traxit: et
accedente polemarchi suffragio decretum est, ut prae-
lio confligeretur. Post haec, qui ex imperatoribus
confligendum censuerant, hi, ut cuiusque dies ad-
erat, quo penes eum summa esset imperii, ita vicem
suam Miltiadi tradiderunt. At ille quamvis acciperet,
non tamen prius commisit praelium quam legitimus
ipsius dies adesset.

(111.) Quo die igitur *Miltiadis* vices erant admi-
 nistrandae imperii summae, *in aciem educti* sunt
Athenienses, tali modo instructi. Dextro cornu praee-

το ὁ πολέμαρχος Καλλίμαχος· ὁ γὰρ νόμος τότε εἶχε
 5 οὕτω τοῖσι Ἀθηναίοισι, τὸν πολέμαρχον ἔχειν κέρας τὸ
 δεξιόν. ἠγεομένου δὲ τούτου, ἐξεδέκοντο ὡς ἀοιθόμεοντο
 αἱ Φυλαὶ, ἐχόμεναι ἀλληλέων· τελευταῖοι δὲ ἐτάσσον-
 το, ἔχοντες τὸ εὐώνυμον κέρας, Πλαταιεῖες. Ἀπὸ ταύ-
 τῆς γὰρ σφι τῆς μάχης, Φυσίας Ἀθηναίων ἀναγόντων
 10 καὶ πανηγύριαις τὰς ἐν τῆσι πεντετηρίσι γινομένηαι, κα-
 τεύχεται ὁ κήρυξ ὁ Ἀθηναῖος „ἀμα τε Ἀθηναίοισι, λέγων,
 γίνεσθαι τὰ ἀγαθὰ καὶ Πλαταιεῦσι.“ Τότε δὲ, τασ-
 σομένων τῶν Ἀθηναίων ἐν τῷ Μαραθῶνι, ἐγένετο τοῖονδε
 τι. τὸ στρατόπεδον ἐξισούμενον τῷ Μηδικῷ στρατοπέ-
 15 δῶ, τὸ μὲν αὐτοῦ μέσον ἐγένετο ἐπὶ τάξιαις ὀλίγαις,
 καὶ ταύτῃ ἦν ἀσθενέστατον τὸ στρατόπεδον· τὸ δὲ κέρας
 ἐκάτερον ἔρρωτο πλήθει. Ὡς δὲ σφι διετέτακτο, καὶ 112

erat polemarchus Callimachus: obtinebat tunc enim
 lex apud Athenienses, ut polemarchus dextrum cor-
 nu teneret. Ab hoc igitur principio deinde collocatae
 erant continuo tenore singulae tribus Atheniensium,
 pro cuiusque numero: postremi vero, in laevō cornu,
Plataeenses stabant. Inde enim ab hac pugna usu
 receptum est, ut, quando solennia sacra peragunt
 Athenienses, quae quinto quoque anno celebrantur,
 praeco Atheniensis solennes preces ita praeceat, ut
*fausta omnia precetur Atheniensibus simul et Pla-
 taeensibus*. Tunc vero, quum acies Atheniensium ad
 Marathonem sic esset instructa ut frons fronti exerci-
 tus Medici exaequaretur, accidit, ut in medio ordines
 haud sane frequentes starent, et ea parte debilior esset
 acies; sed ut utrumque cornu densioribus ordinibus
 firmaretur. (112.) Acie ita ordinata, quum caesae

τὰ σφάγια ἐγένετο καλά, ἐθαῦτα ὡς ἀπείθησαν οἱ Ἀθηναῖοι, δρόμῳ ἵεντο εἰς τοὺς βαρβάρους. ἦσαν δὲ στάδιοι οὐκ ἐλάσσονες τὸ μεταίχμιον αὐτέων, ἢ ἑκτῶ. οἱ δὲ Πέρσαι, ὀρέωντες δρόμῳ ἐπιόντας, παρεσκευάζοντο 5 ὡς δεξόμενοι· μανίην τε τοῖσι Ἀθηναίοισι ἐπέθερον, καὶ πάγχυ ὀλεθρίην, ὀρέωντες αὐτοὺς ἐόντας ὀλίγους, καὶ τούτους δρόμῳ ἐπειγομένους, οὔτε ἵππου ὑπαρχούσης σφι, οὔτε τόξευμάτων. ταῦτα μὲν νυν οἱ βαρβάροι κατεΐκαζον. Ἀθηναῖοι δὲ, ἐπεὶ τε ἀθρόοι προσέμιζαν τοῖσι 10 βαρβάροισι, ἐμάχοντο ἀξίως λόγου. πρῶτοι μὲν γὰρ Ἑλλήνων πάντων, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, δρόμῳ εἰς πολεμίουσ ἐχορήσαντο, πρῶτοι δὲ αἰέσχοντο ἐσθῆτά τε Μηδικὴν ὀρέωντες, καὶ τοὺς ἀνδρας ταύτην ἐσθῆμένους· τέως δὲ ἦν τοῖσι Ἑλλήσι καὶ τὸ οὐνομα τὸ Μήδων φόβος ἀκοῦ- 15

hostiae prospera omnia nunciassent, ibi tunc Athenienses, ut *signum* datum est pugnae, cursu in hostes contenderunt. Erat autem inter duas acies interiectum intervallum haud minus quam octo stadiorum. Tum vero *Persae*, ubi cursu adversus se irruentes hostes viderunt, ad excipiendos illos se compararunt; *furere* dicentes *Athenienses*, et in propriam ruere perniciem; qui ita cursu contenderent, quum numero essent pauci, neque vel equitatum vel sagittarios haberent. De his igitur ita iudicabant *Persae*. At *Athenienses*, postquam confertis ordinibus ad manus venissent hostium, pugnam ediderunt memoratu dignam. Quippe primi omnium Graecorum, quos novimus, cursu in hostes impetum fecerunt: et primi sustinuerunt, Medicam vestem et eam indutos adspicere viros; quum ante illum diem vel nomen

491, 71.

σαι. Μαχομένων δὲ ἐν τῷ Μαραθῶνι, χρόνος ἐγένετο 113
 πολλός. καὶ τὸ μὲν μέσον τοῦ στρατοπέδου ἐνίκων οἱ
 Βάρβαροι, τῇ Πέρσαι τε αὐτοὶ καὶ Σάκαι ἐτετάχατο
 κατὰ τοῦτο μὲν δὴ ἐνίκων οἱ Βάρβαροι, καὶ ῥήξαντες,
 ἢ ἐδίωκον ἐς τὴν μεσόγαιαν. τὸ δὲ κέρασ ἐκάτερον ἐνίκων
 Ἀθηναῖοί τε καὶ Πλαταιεῖες. νικῶντες δὲ, τὸ μὲν τε-
 τραμμένον τῶν βαρβάρων Φεύγειν ἔων· τοῖσι δὲ τὸ μέ-
 σον ῥήξασι αὐτέων, συναγαγόντες τὰ κέραα ἀμφοτέρα,
 ἐμάχοντο, καὶ ἐνίκων Ἀθηναῖοι. Φεύγουσι δὲ τοῖσι Πέρ-
 10 σῆσι εἶποντο κόπτοντες, ἐς ὃ ἐπὶ τὴν θάλασσαν ἀπικό-
 μενοι, πῦρ τε αἶτεον, καὶ ἐπελαμβάνοντο τῶν νέων.

Καὶ τοῦτο μὲν, ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ ὁ πολέμαρχος 114
 Καλλίμαχος διαφθείρεται, ἀνὴρ γενόμενος ἀγαθός· ἀπὸ

Medorum Graecis, ubi audirent, terrorem incussisset. (113.) Satis autem longi temporis haec ad Marathonem pugna fuit. Et in medio quidem aciei vicerunt barbari, ubi Persae ipsi et Sacae locati erant; qui hac parte victores, perrupta acie, versus mediterranea persecuti sunt fugientes. At in utroque cornu penes Athenienses et Plataeenses victoria stetit. Et hi quidem, postquam vicerunt, omissis hisce ex barbaris quos in fugam verterant, utrumque cornu contrahentes, illos sunt adgressi qui mediam perruperant aciem; et de his quoque victoriam Athenienses reportarunt. Tunc vero in fugam effusos Persas caedentes persecuti sunt; donec ad mare delati, ignem poposcerunt, ipsasque naves sunt adorti.

(114.) In hoc discrimine et alii multi perierunt nobiles Athenienses; et *Callimachus* polemarchus, postquam forlitter pugnasset, interfectus est; unus

δ' ἔθανε τῶν στρατηγῶν Στησίλεως ὁ Θρασύλεω· τοῦ-
 το δὲ, Κυναίγειρος ὁ Εὐφορίωνος ἐνθαῦτα, ἐπιλαβόμε-
 νος τῶν ἀφλάστων νηὸς, τὴν χεῖρα ἀποκοπεῖς πελέκει, 5
 πίπτει· τοῦτο δὲ, ἄλλοι Ἀθηναίων πολλοὶ τε καὶ ὄνο-
 115 μαστοί. Ἑπτὰ μὲν δὴ τῶν νεῶν ἐπεκράτησαν τρόπῳ
 τοιούτῳ Ἀθηναῖοι. τῆσι δὲ λοιπῆσι οἱ βάροβαροι ἐξανα-
 κρουσάμενοι, καὶ ἀναλαβόντες ἐκ τῆς νήσου, ἐν τῇ ἔλι-
 πον, τὰ ἐξ Ἐρετριῆς ἀνδράποδα, περιέπλων Σούνιον,
 βουλόμενοι φθῆναι τοὺς Ἀθηναίους ἀπικόμενοι ἐς τὸ
 ἄστν. αἰτίη δὲ ἔσχε ἐν Ἀθηναίοισι ἐξ Ἀλκμαιωνιδέων
 μηχανῆς αὐτοὺς ταῦτα ἐπινοηθῆναι· τούτους γὰρ συνθε-
 μένους τοῖσι Πέρσησι ἀναδέξαι ἀσπίδα, εὐῶσι ἤδη ἐν
 116 τῆσι νηυσί. Οὗτοι μὲν δὴ περιέπλων Σούνιον. Ἀθηναῖοι
 δὲ ὡς ποδῶν εἶχον, τάχιστα ἐβόηθεν ἐς τὸ ἄστν. καὶ,
 ἐφθησάν τε ἀπικόμενοι πρὶν ἢ τοὺς βαροβάροους ἤκειν.

item ex imperatoribus, *Stesilaus* Thrasyilai filius. Ibi-
 demque *Cynaegirus*, Euphorionis filius, quum aplu-
 stre navis barbarorum manu tenuisset, securi amputa-
 ta manu cecidit. (115.) Caeterum septem navibus ista
 ratione potiti sunt Athenienses. Reliquis autem navi-
 bus barbari, in puppim remigantes, adsumtis ex insula
 mancipiis Eretriensibus, in qua relicta erant; Sunium
 circumnavigarunt, ad urbem prius pervenire stu-
 dentes quam rediissent Athenienses. Et pervulgata
 est apud Athenienses fama, cepisse illos hoc consi-
 lium ex *Alcmaeonidarum* artificio; hos enim ex
 composito clypeum Persis, quum iam in navibus
 essent, sustulisse. (116.) At, dum *Sunium* Persae
 circumnavigant, Athenienses, quantum pedibus va-
 luere in urbem retro currentes, prius adfuere quam

492,100.

καὶ ἐστρατοπεδεύσαντο ἀπιγμένοι ἐξ Ἡρακλήϊου τοῦ
 5 ἐν Μαραθῶνι ἐν ἄλλῃ Ἡρακλήϊῳ τῷ ἐν Κυνοσάργει.
 οἱ δὲ βάρβαροι τῆσι νηυσὶ ὑπεραιωρηθέντες Φαλήρου,
 τοῦτο γὰρ ἦν ἐπίνειον τότε τῶν Ἀθηναίων, ὑπὲρ τούτου
 ἀνακωχέυσαντες τὰς νῆας, ἀπέπλων ὀπίσω ἐς τὴν
 Ἀσίην. Ἐν ταύτῃ τῇ ἐν Μαραθῶνι μάχῃ ἀπέθανον 117
 τῶν βαρβάρων κατὰ ἑξακισχιλίους καὶ τετρακοσίους
 ἄνδρας· Ἀθηναίων δὲ, ἑκατὸν ἐννεήκοντα καὶ δύο. ἔπε-
 σον μὲν ἀμφοτέρων τοσοῦτοι. Συνήνεικε δὲ αὐτόθι Θῶ-
 5 μα γενέσθαι τοιόνδε· Ἀθηναῖον ἄνδρα Ἐπίζηλον τὸν Κου-
 φαγόρεω ἐν τῇ συστάσει μαχόμενόν τε καὶ ἄνδρα γινώ-
 μενον ἀγαθόν, τῶν ὀμμάτων στερηθῆναι, οὔτε πληγέν-
 τα οὐδὲν τοῦ σώματος, οὔτε βληθέντα· καὶ τὸ λοιπὸν
 τῆς ζῆς διατελέειν ἀπὸ τούτου τοῦ χρόνου ἔοντα τυ-
 10 φλόν. λέγειν δὲ αὐτὸν περὶ τοῦ πάθεος ἤκουσα τοιόνδε

Persae venirent: et, quemadmodum ad Marathonem
 in agro Herculi sacro castra habuerant, sic et nunc
 in alio Heracleo, quod in Cynosarge est, locum ca-
 stris ceperunt. Barbari vero, postquam naves ante
Phalerum, qui portus tunc erat Atheniensium, in
 alto aliquamdiu tenuissent, retro in Asiam naviga-
 runt. (117.) Ex Persis ceciderunt in Marathonia
 pugna circiter sex millia et quadringenti; Athenien-
 sium vero centum nonaginta duo. Hic fuit occisorum
 numerus. Acciderat autem ibi res mira huiusmodi.
 Epizelus, civis Atheniensis, Cuphagorae filius, stans
 in acie, fortiterque pugnans, oculorum usu privatus
 est, nulla corporis parte nec cominus percussus, nec
 eminus ictus: et ab hoc tempore per reliquam vitam
 caecus permansit. Memorant autem, ipsum de hac

τινὰ λόγον. ἀνδρα οἱ δοκέειν ὀπλίτην ἀντιστῆναι μέγαν, τοῦ τὸ γένειον τὴν ἀσπίδα πάσαν σκιάζειν· τὸ δὲ Φάσμα τοῦτο ἑαυτὸν μὲν παρεξελθεῖν, τὸν δὲ ἑαυτοῦ παραστάτην ἀποκτεῖναι. ταῦτα μὲν δὴ Ἐπίζηλον ἐπυθόμην λέγειν.

- 118 Δᾶτις δὲ πορευόμενος ἅμα τῶ στρατῶ ἐς τὴν Ἀσίην, ἐπεὶ τε ἐγένετο ἐν Μυκόνῳ, εἶδε ὄψιν ἐν τῷ ὕπνῳ. καὶ ἥτις μὲν ἦν ἡ ὄψις, οὐ λέγεται· ὁ δὲ, ὡς ἡμέρη τάχιστα ἐπέλαμψε, ζήτησιν ἐποιέετο τῶν νεῶν. εὐρῶν δὲ ἐν Φοινίσσῃ νηὶ ἄγαλμα Ἀπόλλωνος κεχρυσωμένον, ἐπυθάνετο ὁκόθεν σεσυλημένον εἶη· πυθόμενος δὲ ἐξ οὗ ἦν ἰροῦ, ἐπλεε τῇ ἑαυτοῦ νηὶ ἐς Δῆλον. καὶ, ἀπίκατο γὰρ τηνικαῦτα οἱ Δῆλιοι ὀπίσω ἐς τὴν νῆσον, κατατίθεται τε ἐς τὸ ἰρὸν τὸ ἄγαλμα, καὶ ἐντέλλεται τοῖσι Δηλίοισι ἀπαγαγεῖν τὸ ἄγαλμα ἐς Δῆλιον τὸ Θη- 5 10

calamitate haec narrasse: visum esse ei virum armatum contra ipsum stare, cuius barbam totum texisse clypeum; illud autem spectrum praeteriisse ipsum, et virum sibi proximum stantem interfecisse. Haec Epizelum solitum esse narrare audiui.

(118.) *Datis*, cum exercitu in Asiam profectus, postquam Myconum pervenit, per somnum vidit visionem; quae quidem qualis fuerit non memoratur: sed ille, simul atque illuxit, perquisitionem instituit navium. Et quum in Phoenicia navi *simulacrum* invenisset *Apollinis* inauratum, percontatus est unde raptum esset: utque audivit quonam ex templo esset, ipse sua navi Delum est profectus, et ibi (iam enim in insulam reversi erant Delii) simulacrum in templo deposuit, Deliisque imperavit ut

493, 29.

βαίων· τὸ δ' ἔστι ἐπὶ Θαλάσση, Χαλκίδος καταντίον.
 Δᾶτις μὲν δὴ ταῦτα ἐντειλάμενος ἀπέπλεε. τὸν δὲ ἀν-
 δριάντα τοῦτον Δήλιοι οὐκ ἀπήγαγον, ἀλλὰ μιν δι'
 ἐτέων εἴκοσι Θηβαῖοι αὐτοὶ ἐκ Φεοπροπίου ἐκομίσαντο
 ἐπὶ Δήλιον. Τοὺς δὲ τῶν Ἐρετριέων ἀνδραποδισμένους 119
 Δᾶτις τε καὶ ἌρταΦέρνης, ὡς προσέσχον ἐς τὴν Ἀσίην
 πλείοντες, ἀνήγαγον ἐς Σοῦσα. βασιλεὺς δὲ Δαρεῖος,
 πρὶν μὲν αἰχμαλώτους γενέσθαι τοὺς Ἐρετριέας, ἐνεῖχέ
 5 σφι δεινὸν χόλον, οἷα ἀρξάντων ἀδικίης προτέρων τῶν
 Ἐρετριέων· ἐπεὶ τε δὲ εἶδὲ σφεας ἀπαχθέντας παρ' ἑαυ-
 τὸν, καὶ ὑποχειρίους ἑαυτῶ ἑόντας, ἐποίησε κακὸν ἄλ-
 λο οὐδὲν, ἀλλὰ σφεας τῆς Κισσίης χώρας κατοίκησε
 ἐν σταθμῶ ἑαυτοῦ, τῶ οὐνομά ἐστι Ἄρδερικκα· ἀπὸ
 10 μὲν Σούσων δέκα καὶ διηκοσίους σταδίους ἀπέχοντι,
 τεσσεράκοντα δὲ ἀπὸ τοῦ Φρέατος, τὸ παρέχεται τρι-

in *Delium* Thebanorum, quod est ad mare adversus Chalcidem, illud transportarent. Datis quidem, dato hoc mandato, retro navigavit: at statuum istam Delii non transmiserunt; sed post viginti demum annos ipsi Thebani, oraculi iussu, Delium illam deportarunt. (119.) *Eretrienses* vero in servitutem abreptos Datis et Artaphernes, postquam in Asiam adpulerant, *Susa* abduxerunt. Rex autem *Darius*, quum Eretrien-sibus, priusquam capti essent, vehementer fuisset iratus, quippe qui primi auctores fuerant iniuriarum; nunc eosdem, ubi ad se abductos et sua in pote-state vidit, nullo alio malo adfecit, sed sedes illis in terra *Cissia* adsignavit, in una suarum mansionum quae *Ardericca* vocatur. Abest illa decem et ducenta stadia a Susis, quadraginta vero stadia a *puteo*, qui

Φασίας ιδίας. καὶ γὰρ ἄσφαλτον καὶ ἄλας καὶ ἔλαιον
 ἀρύσσονται ἐξ αὐτοῦ, τῷ πῶ τοιῶδε. ἀντλέεται μὲν κηλο-
 νήϊω, ἀντὶ δὲ γαυλοῦ, ἥμισυ ἀσκοῦ οἱ προσδέδεται·
 ὑποτύψας δὲ τούτῳ, ἀντλέει καὶ ἔπειτα ἐγχείει ἐς δε- 15
 ξαμῆν· ἐκ δὲ ταύτης ἐς ἄλλο διαχεόμενον, τρέπεται
 τριφασίας ὁδοῦς. καὶ ἡ μὲν ἄσφαλτος καὶ οἱ ἄλες
 πήγνυνται παραυτίκα, τὸ δὲ ἔλαιον συνάγουσι ἐν ἀγ-
 γείοις, τὸ οἱ Πέρσαι καλέουσι ραδινάκην· ἔστι δὲ μέ-
 λαν, καὶ ὀσμὴν παρεχόμενον βασιόαν. Ἐπιβαῦτα τοὺς 20
 Ἐρετριέας κατοίκισε βασιλεὺς Δαρειῶς· οἱ καὶ μέχρι
 ἐμὸ εἶχον τὴν χώραν ταύτην, φυλάσσοντες τὴν ἀρχαίην
 120 γλῶσσαν. τὰ μὲν δὴ περὶ Ἐρετριέας ἔσχε οὕτω. Λα-
 κεδαιμονίων δὲ ἦκον ἐς τὰς Ἀθήνας δισχίλιοι μετὰ τὴν
 πανσέλημον, ἔχοντες σπουδὴν πολλὴν καταλαβεῖν οὕτω,

tres diversas rerum exhibet species. Nam et asphaltus et sal et oleum ex illo hauritur, hoc modo. Hauriunt ope tollenonis, cui pro situla adligatus est dimidiatus uter: hunc succutiens haurit homo id quod intus est, idque in cisternam infundit; ex qua rursus in aliud receptaculum derivatur haec materia; atque ita triplicem in formam convertitur. Et *asphaltus* quidem et *sal* protinus concresecunt; *oleum* vero, quod *rhadinacen* Persae vocant, in vas colligunt: est autem illud nigrum, et gravem spirans odorem. Illum igitur locum Eretriensibus habitandum rex tribuit: habitantque eandem regionem ad meam usque aetatem, pristinam linguam servantes. Et haec sunt quidem, quae ad Eretrienses spectant. (120.) *Lacedaemoniorum* vero duo millia *Athenas* venerunt post plenilunium: et hi quidem, rem adhuc integram

ὥστε τριταῖοι ἐκ Σπάρτης ἐγένοντο ἐν τῇ Ἀττικῇ. ὕστε-
 5 ροὶ δὲ ἀπικόμενοι τῆς συμβολῆς, ἰμείροντο ὅμως θεή-
 σασθαι τοὺς Μήδους. ἐλθόντες δὲ εἰς τὸν Μαροθῶνα,
 ἐθέησαντο· μετὰ δὲ, αἰνέοντες Ἀθηναίους καὶ τὸ ἔργον
 αὐτέων, ἀπαλλάσσοντο ὀπίσω.

Θῶμα δέ μοι, καὶ οὐκ ἐνδέχομαι τὸν λόγον, Ἀλκ- 121
 μαιωνίδας ἂν κοτε ἀναδέξαι Πέρσησι ἐκ συνθήματος
 ἀσπίδα, βουλομένους ὑπὸ βαρβάροισι τε εἶναι Ἀθη-
 ναίους καὶ ὑπὸ Ἰππῆι· οἵτινες μᾶλλον, ἢ ὁμοίως Καλ-
 5 λῆ τῷ Φαινίππου, Ἰππονίκου δὲ πατρὶ, Οαίνονται μι-
 σοσύρανοι ἔοντες. Καλλίης τε γὰρ μοῦνος Ἀθηναίων
 ἀπάντων ἐτόλμα, ὅπως Πεισίστρατος ἐκπέσοι ἐκ τῶν
 Ἀθηνέων, τὰ χρήματα αὐτοῦ κηρυσσόμενα ὑπὸ τοῦ δη-
 μοσίου ὠνεέσθαι, καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἐχθίστα εἰς αὐτὸν

deprehensuri, tanta usi sunt celeritate, ut tertio die,
 quam Sparta discesserant, in Attica fuerint. Sed,
 quum peracto iam praelio advenissent, cupidi tamen
 erant Medos videndi. Itaque, Marathonem profecti,
 spectarunt: deinde, collaudatis Atheniensibus et re
 ab his praeclare gesta, domum redierunt.

(121.) Quod vero de *Alcmaeonidis* narrant, id
 miror equidem; nec mihi persuaderi patior, um-
 quam illos Persis ex composito clypeum subluros
 fuisse, quasi voluissent ut sub barbaris et sub Hip-
 pia essent Athenienses. Quippe satis constat, fuisse
 illos magis aut certe pariter *inimicos tyrannorum*
 atque Callias fuerat, Phacnippi filius, Hipponici pa-
 ter. *Callias* enim, quoties Pisistratus Athenis pulsus
 est, unus omnium Atheniensium ausus erat bona eius
 per publicum praeconem venumdata emere, omnia-

- 122 πάντα ἐμηχανᾶτο. Καλλίεω δὲ τούτου ἄξιον πολλα-
 χοῦ μνήμην ἐστὶ πάντα τιὰ ἔχειν. τοῦτο μὲν γὰρ, τὰ
 προλελεγμένα, ὡς ἀνὴρ ἄκρος ἐλευθερῶν τὴν πατρίδα
 τοῦτο δὲ, τὰ ἐν Ὀλυμπίῃ ἐποίησε, ἵππῳ νικήσας, τε-
 θρίππῳ δὲ δεύτερος γενόμενος, Πύθια δὲ πρότερον ἀνε- 5
 λόμενος, ἐΦανερώθη ἐς τοὺς Ἕλληνας πάντας μεγίστη-
 σι δαπάνησι τοῦτο δὲ, κατὰ τὰς ἐαυτοῦ θυγατέρας,
 εἰσάσας τρεῖς, οἷός τις ἀνὴρ ἐγίνετο. ἐπεὶ γὰρ ἐγένον-
 το γάμου ὠραῖαι, ἔδωκέ σφι δωρεὴν μεγαλοπρεπεστά-
 την, ἐκείνησί τε ἐχαρίσατο· ἐκ γὰρ πάντων τῶν Ἀθη- 10
 ναίων, τὸν ἐκάστη ἐβέλοι ἀνδρα ἐαυτῇ ἐκλέξασθαι,
 123 ἔδωκε τούτῳ τῷ ἀνδρὶ. Καὶ οἱ Ἀλκμαιωνίδαι ὁμοίως,
 ἢ οὐδὲν ἥσσον τούτου, ἔσαν μισοτύραννοι. θῶμα ᾧ μοι,
 καὶ οὐ προσίεμαι τὴν διαβολὴν, τούτους γε ἀναδέξαι

que alia in illum inimicissima machinatus erat.
 (122.) Dignus est autem hic *Callias*, cuius crebro
 a quibuslibet honorifica mentio fiat; quum ob hoc
 ipsum, quod dixi, tamquam vir acerrime libertati
 studens patriae; tum ob id quod Olympiae fecit,
 ubi equorum cursu victor, quadrigarum autem cur-
 riculo secundas ferens, reportatâ etiam prius Pythi-
 câ victoriâ, in universos Graecos munificentissimum
 se praestitit; denique ob singularem indulgentiam
 qua adversus tres filias suas usus est: quibus, post-
 quam nubiles fuerunt, non modo dotem dedit magni-
 ficentissimam, sed et hoc eisdem gratificatus est, ut
 unicuique ex illis potestatem daret, maritum sibi,
 quem ipsa vellet, seligendi. (123.) Atque eodem
 modo, certe haud minus, tyrannos oderunt *Alcmaeo-
 nidae*. Quare miror, nec admitto calumniam, hos

495, 86.

ἀσπίδα, οἷτινες ἔφευγόν τε τὸν πάντα χρόνον τοὺς τυραν-
 5 νους, ἐκ μηχανῆς τε τῆς τούτων ἐξέλιπον οἱ Πεισιστρα-
 τίδαί τὴν τυραννίδα. καὶ οὕτω τὰς Ἀθήνας οὗτοι ἔσαν
 οἱ ἐλευθερώσαντες πολλῶ μᾶλλον ἢ περὶ Ἄρμόδιός τε καὶ
 Ἀριστογείτων, ὡς ἐγὼ κρίνω. οἱ μὲν γὰρ ἐξηγρίωσαν
 τοὺς ὑπολοίπους Πεισιστρατιδῶν, Ἴππαρχον ἀποκτεί-
 10 ναντες, οὐδέ τι μᾶλλον ἔπαυσαν τοὺς λοιποὺς τυραν-
 νεύοντας· Ἀλκμαιωνίδαί δὲ ἐμφανέως ἐλευθέρωσαν, εἰ
 δὴ οὗτοί γε ἀληθῆως ἔσαν οἱ τὴν Πυθίην ἀναπείσαντες
 προσημαίνειν Λακεδαιμονίοισι ἐλευθεροῦν τὰς Ἀθήνας,
 ὡς μοι πρότερον δεδήλωται. Ἀλλὰ γὰρ ἴσως τι ἐπι- 124
 μεμφομένοι Ἀθηναίων τῶ δήμῳ προεδίδσαν τὴν πατρί-
 δα; Οὐ μὲν ἂν ἦσαν σφεων ἄλλοι δοκιμώτεροι ἐν γε
 Ἀθηναίοισι ἄνδρες, οὐδ' οἱ μᾶλλον ἐτετιμέατο. οὕτω οὐδὲ
 5 λόγος αἰρέει, ἀναδεχθῆναι ἕκ γε ἂν τούτων ἀσπίδα ἐπὶ

tales viros scutum sustulisse; qui constanter fugerant
 tyrannos, et quorum operâ tyrannide exuti erant
 Pisistratidae. Fuereque adeo hi, me iudice, multo
 magis liberatores Athenarum, quam Harmodius et
 Aristogiton: illi enim occiso Hipparcho exacerbarunt
 reliquos ex Pisistratidis, neque finem fecerunt illo-
 rum tyrannidi; Alcmaeonidae vero manifeste li-
 berarunt Athenas, si quidem vere hi fuerunt qui
 Pythiae persuasere, ut Lacedaemonios iuberet libe-
 rare Athenas, quemadmodum supra expositum est.
 (124.) At fortasse, quod succenserent quadam de
 causa populo Atheniensium, eo prodiderint pa-
 triam? Atqui nulli erant viri Athenis magis spectati,
 magisque honorati, quam hi ipsi. Itaque nulla ratio-
 ne probabile est, sublatum esse ab his quidem viris

τοιούτω λόγῳ. Ἄνεδέχθη μὲν γὰρ ἀσπίς· καὶ τοῦτο οὐκ ἔστι ἄλλως εἰπεῖν· ἐγένετο γὰρ· ὃς μὲν τοι ἦν ὁ ἀναδέξας, οὐκ ἔχω προσωτέρῳ εἰπεῖν τουτέων.

- 125 Οἱ δὲ Ἀλκμαιωνίδαι ἔσαν μὲν καὶ τὰ ἀνέκαθεν λαμπροὶ ἐν τῆσι Ἀθήνησι· ἀπὸ δὲ Ἀλκμαίῳνος, καὶ αὐτῆς Μεγακλέος, ἐγένοντο καὶ κάρτα λαμπροί. τοῦτο μὲν γὰρ, Ἀλκμαίῳν ὁ Μεγακλέος τοῖσι ἐκ Σαρδίων Λυδοῖσι παρὰ Κροίσου ἀπικνεομένοισι ἐπὶ τὸ χρηστήριον τὸ ἐν Δελφοῖσι, συμπρήκτωρ τε ἐγένετο καὶ 5 συνελάμβανε προθύμως. καί μιν Κροῖσος πυθόμενος τῶν Λυδῶν, τῶν ἐς τὰ χρηστήρια Φοιτεόντων, ἑαυτὸν εὖ ποιεῖν, μεταπέμπεται ἐς Σάρδεις· ἀπικόμενον δὲ δωρεέται χρυσῶν, τὸν ἂν δύνηται τῷ ἑαυτοῦ σώματι ἐξε- 10 νείκασθαι ἐσάπαξ. ὁ δὲ Ἀλκμαίῳν πρὸς τὴν δωρεήν, εὐῶσαν τοιαύτην, τοιαύδε ἐπιτηδεύσας προσέφερε. ἐνδύς

scutum tali de caussa. Caeterum sublatum utique scutum est: id quidem negari non potest; factum est enim: quis vero sit qui illud sustulerit, non valeo ulterius, quam dixi, declarare.

(125.) Fuit autem Athenis iam antiquitus illustris *Alcmaeonidarum familia*: nam inde ab Alcmaeone ipso, et dein a Megacle, exstiterē in hac domo nobilissimi viri. Statim, *Alcmaeon*, Megaclis filius, adiutor fuerat Lydorum qui a Croeso Sardibus ad consulendum oraculum Delphicum missi sunt, studioseque illis operam navaverat suam. Cuius in se merita postquam *Croesus* ex Lydis Delphos missis cognosset, Sardes eum ad se invitavit; et, postquam advenit, tanto auri pondere eundem donavit, quantum suo corpore asportare semel posset. Tunc *Alcmaeon* ad

κιβῶνα μέγαν, καὶ κόλπον πολὺν καταλιπόμενος τοῦ
 κιβῶνος, κοβόρους τοὺς εὕρισκε εὐρυτάτους ἔοντας ὑπο-
 15 θησάμενος, ἤϊε ἐς τὸν θησαυρὸν ἐς τὸν οἱ κατηγέοντο.
 ἐσπεσὼν δὲ ἐς σωρὸν ψήγματος, πρῶτα μὲν παρῆσαξε
 παρὰ τὰς κνήμας τοῦ χρυσοῦ ὅσον ἐχώρεον οἱ κόβοροι·
 μετὰ δὲ, τὸν κόλπον πάντα πλησάμενος χρυσοῦ, καὶ ἐς
 τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς διαπάτας τοῦ ψήγματος, καὶ
 20 ἄλλο λαβὼν ἐς τὸ στόμα, ἐξῆϊε ἐκ τοῦ θησαυροῦ,
 ἔλκων μὲν μόγισ τοὺς κοβόρους, παντὶ δέ τε αἰκῶς
 μᾶλλον ἢ ἀνθρώπῳ τοῦ τό τε στόμα ἐβέβυστο, καὶ
 πάντα ἐξόγκωτο. ἰδόντα δὲ τὸν Κροῖσον γέλωσ ἐσῆλθε·
 καὶ οἱ πάντα τε ἐκεῖνα διδοῖ, καὶ πρὸς, ἕτερα δωρεῖται,
 25 οὐκ ἐλάσσω ἐκείνων. Οὕτω μὲν ἐπλούτησε ἡ οἰκίη αὕτη
 μεγάλως· καὶ ὁ Ἀλκμαίων οὕτως οὕτω τεθροιστο Ζή-
 σης, Ὀλυμπιάδα ἀναιρέεται. Μετὰ δὲ, γειεῖ δευ- 126

accipiendum hoc tale donum in hunc modum compa-
 ratus accessit. Grandi indutus tunica, in qua amplius
 erat sinus relictus, et cothurnis quos repererat am-
 plissimis calceatus, in thesaurum intravit, in quem
 ducebatur. Ibi quum in acervum ramentorum auri
 incidisset, primum circa crura, quantum auri capie-
 bant cothurni, infersit; deinde repleto toto sinu, et
 comâ ramentis conspersâ, denique aliis in os sum-
 tis, thesauro egressus est, aegre trahens cothurnos,
 et cuius alii quam homini similior; cuius et obtu-
 ratum os, et omnia turgida erant. Quem ita conspi-
 ciens *Croesus*, risum non tenuit; donavit autem non
 his modo, sed alia etiam adiecit, his non inferiora.
 Ita magnis divitiis aucta haec domus est: idemque
Alcmaeon, equos alens quadrigis iungendos, Olym-

τέρη ὕστερον, Κλεισθένης μιν ὁ Σικυῶνος τύραννος ἐξήκεισε, ὥστε πολλῶ ὀνομαστοτέραν γενέσθαι ἐν τοῖσι Ἑλλήσι ἢ πρότερον ἦν. Κλεισθένει γὰρ τῷ Ἀριστωνύμου, τοῦ Μύρωνος, τοῦ Ἀνδρέω, γίνεται θυγάτηρ τῇ σύνομα ἦν 5 Ἀγαρίστη. ταύτην ἠθέλησε, Ἑλλήνων πάντων ἐξευρῶν τὸν ἀριστον, τούτῳ γυναῖκα προσθεῖναι. Ὀλυμπίων ὦν ἑόντων, καὶ νικῶν ἐν αὐτοῖσι τεθρίππῳ ὁ Κλεισθένης, κήρυγμα ἐποίησατο, ὅστις Ἑλλήνων ἑαυτὸν ἀξιοῖ Κλεισθένης γαμβρὸν γενέσθαι, ἤκειν ἐς ἐξηκοστὴν ἡμέραν, 10 ἢ καὶ πρότερον, ἐς Σικυῶνα· ὡς κυρώσοντος Κλεισθένης τὸν γάμον ἐν ἑαυτῷ, ἀπὸ τῆς ἐξηκοστῆς ἀρξαμένου ἡμέρας.“ Ἐνθαῦτά Ἑλλήνων ὅσοι σφίσι τε αὐτοῖσι ἔσαν καὶ πάτρῃ ἐξωγκωμένοι, ἐφοίτεον μνηστῆρες· τοῖσι

picam retulit victoriam. (126.) Deinde vero, pro-
xime sequente aetate, eandem familiam *Clisthenes*,
Sicyonis tyrannus, ita extulit, ut multo etiam splen-
didior inter Graecos evaderet, quam antea fuerat.
Clisthenes ille, Aristonymi filius, Myronis nepos,
Andreae pronepos, quum esset ei filia, nomine *Agar-
riste*, in matrimonium hanc dare decreverat iuveni
quem reperisset Graecorum omnium praestantissi-
mum. Quumque essent ludi Olympici, in quibus
curriculo quadrigarum vicit *Clisthenes*, nunciari per
praeconem iussit, ut *quisquis Graecorum dignum
sese iudicaret qui gener fieret Clisthenis, is ad
sexagesimum diem, aut etiam ante id tempus,
Sicyone adesset: exacto enim anno, inde ab illo se-
xagesimo die, ratas filiae nuptias habiturum Cli-
sthenem*. Tunc igitur convenere proci, quotquot e
Graecis et sua ipsorum et patriae praestantia super-

497, 48.

35 Κλεισθένης καὶ δρόμον καὶ παλαίστην ποιησάμενος ἐπ'
 αὐτῷ τούτῳ εἶχε. Ἀπὸ μὲν δὴ Ἰταλίας ἦλθε Σμινδ. 127
 ρίδης ὁ Ἴπποκράτεος Συβαρίτης, ὃς ἐπὶ πλεῖστον δὴ
 χλιδῆς εἰς ἀνὴρ ἀπίκετο· (ἢ δὲ Σύβαρις ἤμαζε τοῦτον
 τὸν χρόνον μάλιστα) καὶ Σιρίτης Δάμασος, Ἀμύριος
 5 τοῦ σοφοῦ λεγομένου παῖς. οὗτοι μὲν ἀπὸ Ἰταλίας ἦλ-
 θον. Ἐκ δὲ τοῦ κόλπου τοῦ Ἰονίου, Ἀμφίμνηστος Ἐπι-
 στρόφου Ἐπιδάμνιος· οὗτος δὲ ἐκ τοῦ Ἰονίου κόλπου.
 Αἰτωλὸς δὲ ἦλθε, Τιτόρμου τοῦ ὑπερφύντος τε Ἑλλη-
 νας ἰσχυί, καὶ Φυγόντος ἀνθρώπους ἐς τὰς ἐσχατίας
 10 τῆς Αἰτωλίδος χώρας, τούτου τοῦ Τιτόρμου ἀδελφοῦ
 Μάλης. Ἀπὸ δὲ Πελοποννήσου, Φεῖδανος τοῦ Ἀργείων
 τυράννου παῖς Λεωκῆδης, Φεῖδανος δὲ τοῦ τὰ μέτρα
 ποιήσαντος Πελοποννησίοισι, καὶ ὑβρίσαντος μέγιστα
 δὴ Ἑλλήνων ἀπάντων, ὃς ἐξαναστήσας τοὺς Ἡλείων

biebant: hisque Clisthenes et curriculum et palae-
 stram, quibus inter se certarent, parata habebat.
 (127.) Ex Italia advenit Smindyrides, Hippocratis
 filius, Sybarita, homo unus omnium luxuriosissimus:
 (florebat autem tunc maxime Sybaris:) item Damasus
 Sirites, Amyridis illius filius, qui Sapiens nomina-
 batur. Hi ex Italia advenerunt. Ex sinu vero Ionio
 Amphimnestus, Epistrophii filius, Epidamnus. Ex Ae-
 tolia Males, frater Titormi illius, qui, quum corporis
 robore Graecos omnes superaret, hominum fugiens
 commercium in extrema Aetolicae terrae se recepit.
 Ex Peloponneso Leocedes, Phidonis filius, Argivo-
 rum tyranni; Phidonis illius, qui mensuras Pelopon-
 nesiis constituit, et longe Graecorum omnium inso-
 lentissimus, sedibus suis pepulit agonotheas Eleorum,

ἀγωνοθέτας, αὐτὸς τὸν ἐν Ὀλυμπίῃ ἀγῶνα ἔθηκε· τοῦ- 15
 του τε δὴ πάϊς· καὶ Ἀμιάντος Λυκούργου, Ἀρκὰς ἐκ
 Τραπεζοῦντος· καὶ Ἀζὴν ἐκ Παιίου πόλιος Λαοάνης,
 Εὐφορίωνος τοῦ δεξαμένου τε, ὡς λόγος ἐν Ἀρκαδίῃ λέ-
 γεται, τοὺς Διοσκούρους οἰκίισι, καὶ ἀπὸ τούτου ξεινο-
 δοκέοντες πάντας ἀνθρώπους· καὶ Ἡλεῖος Ὀνομαστός 20
 Ἀγαίου. οὗτοι μὲν δὴ ἐξ αὐτῆς Πελοποννήσου ἦλθον.
 Ἐκ δὲ Ἀθηνέων ἀπίκοντο Μεγακλῆς τε ὁ Ἀλκμαίω-
 νος, τούτου τοῦ παρὰ Κροῖσον ἀπικομένου, καὶ ἄλλος
 Ἴπποκλείδης Τισάνδρου, πλούτω καὶ εἰδέει προφέρων
 Ἀθηναίων. ἀπὸ δὲ Ἐρετρίης, ἀνθεύσης τοῦτον τὸν χρό- 25
 νον, Λυσανίης· οὗτος δὲ ἀπ' Εὐβοίης μούνος. ἐκ δὲ Θεσ-
 σαλίης ἦλθε τῶν Σκοπαδέων Διακτορίδης Κρανώνιος·
 ἐκ δὲ Μολοσσῶν, Ἄλκων. Τοσοῦτοι μὲν ἐγένοντο οἱ
 128 μνηστῆρες. Ἀπικομένων δὲ τούτων ἐς τὴν προειρημέ-

ipseque arbitri munus in Olympico certamine sibi
 adrogavit. Adfuerunt item ex Peloponneso Amiantus,
 Lycurgi filius, Arcas ex Trapezunte; Laphanes ex
 Paeo, Azaniae oppido, filius Euphorionis illius, qui,
 ut in Arcadia fama est, Dioscuros hospitio exceperat,
 et ab illo tempore cunctis peregre venientibus ho-
 spitium praebuit: denique Eleus Onomastus, Agaci
 filius. Isti igitur ex Peloponneso adfuere. Athenis
 vero venire, *Megacles*, *Alcmaeonis* huius filius,
 qui apud Croesum fuerat, et Hippocleides Tisandri,
 divitiis et corporis formâ excellens inter Athenienses.
 Ex Eretria, quae per id tempus florebat, Lysanias;
 hic unus ex Euboea. E Thessalia adfuit Diactorides
 Cranonius, de Scopadarum familia: e Molossis vero,
 Alcon. Tot numero *proci* fuere. (128.) Qui post-

498, 79.

νην ἡμέρην, ὃ Κλεισθένης πρῶτα μὲν τὰς πάτρας τε αὐτέων ἀνεπύθετο, καὶ γένος ἐκάστου· μετὰ δὲ, κατέχων ἐνιαυτὸν, διεπειροῶτο αὐτέων τῆς τε ἀνδραγαθίης, 5 καὶ τῆς ὀργῆς, καὶ παιδεύσιός τε, καὶ τρόπου· καὶ ἐνὶ ἐκάστῳ ἰὼν ἐς συνουσίην καὶ συνάπασι, καὶ ἐς γυμνασιαί τε ἐξαγινέων ὅσοι ἔσαν αὐτέων νεώτεροι· καὶ, τό γε μέγιστον, ἐν τῇ συνεστίῃ διεπειροῶτο. ὅσον γὰρ κατεῖχε χρόνον αὐτοῦς, τοῦτον πάντα ἐποίεε, καὶ ἅμα 10 ἐξείνιζε μεγαλοπρεπέως. Καὶ δὴ κου μάλιστα τῶν μνηστήρων ἠρέσκοντο οἱ ἀπ' Ἀθηέων ἀπιγμένοι, καὶ τουτέων μᾶλλον Ἰπποκλείδης ὁ Τισάνδρου καὶ κατ' ἀνδραγαθίην ἐκρίνετο, καὶ ὅτι τὸ ἀνέκαθε τοῖσι ἐν Κορίνθῳ Κυψελίδησι ἦν προσήκων. Ὡς δὲ ἡ κυρίη ἐγένετο τῶν 129 ἡμερέων, τῆς τε κατακλίσιος τοῦ γάμου, καὶ ἐκθά-

quam ad praedictum diem *Sicyone* convenerant, *Clisthenes* primum patrias eorum sciscitatus est, et genus cuiusque: deinde, per anni spatium eos retinens, pertentavit eorundem fortitudinem, et animi impetum, et culturam ingenii, et mores; modo cum singulis congregiendi, modo cum universis; et, qui ex illis iuniores erant, hos in gymnasia ducens: maxime vero inter epulas eos pertentabat. Per totum enim tempus, quo illos apud se detinuit, ista omnia faciebat, simulque magnificis epulis eos excipiebat. Placere ei autem fere prae caeteris hi qui Athenis advenerant; et ex his magis ei probabatur *Hippoclydes*, *Tisandri* filius, quum ob fortitudinem, tum quod generis propinquitate *Cypselidas* Corinthios adtingebat. (129.) Ubi statutus adfuit dies, quo celebrarentur nuptiae, declararetque *Clisthenes* quem

σῖος αὐτοῦ Κλεισθένης, τὸν κρίνοι ἐκ πάντων, θύσας
 βοῦς ἑκατὸν ὁ Κλεισθένης, εὐώχεε αὐτοὺς τε τοὺς μνη- 5
 στῆρας καὶ τοὺς Σικυωνίους πάντας. ὡς δὲ ἀπὸ δείπνου
 ἐγένοντο, οἱ μνηστῆρες ἔσιν εἶχον ἀμφὶ τε μουσικῇ καὶ
 τῷ λεγομένῳ ἐς τὸ μέσον. προϊούσης δὲ τῆς πόσιος, κα-
 τέχων πολλὸν τοὺς ἄλλους ὁ Ἴπποκλείδης, ἐκέλευέ οἱ
 τὸν αὐλητὴν αὐλῆσαι ἐμμέλειαν· πειθομένου δὲ τοῦ αὐ-
 λητέω, ὄρχησατο. καὶ κως ἐαυτῷ μὲν ἀρεστῶς ὄρχετο· 10
 ὁ δὲ Κλεισθένης ὀρέων, ὅλον τὸ πρῆγμα ὑπόπτει. με-
 τὰ δὲ, ἐπισχῶν ὁ Ἴπποκλείδης χρόνον, ἐκέλευέ τινα
 τράπεζαν ἐσενεῖλαι. ἐσελθούσης δὲ τῆς τραπέζης, πρῶ-
 τα μὲν ἐπ' αὐτῆς ὄρχησατο Λακωνικὰ σχημάτια· με-
 τὰ δὲ, ἄλλα Ἀττικά· τὸ τρίτον δὲ, τὴν κεφαλὴν ἐρεί- 15
 σας ἐπὶ τὴν τράπεζαν, τοῖσι σκέλεσι ἐχειρονόμησε.
 Κλεισθένης δὲ, τὰ μὲν πρῶτα καὶ τὰ δεύτερα ὄρχεομέ-

prae caeteris probaret; tum ille, mactatis centum
 bobus, et ipsos procos et cunctos Sicyonios lautis
 excepit epulis. Peractâ coenâ, proci et canendo et
 esrmonibus in medio propositis inter se contende-
 bant. Procedente vero computatione, *Hippoclidēs*,
 inhibens maxime caeteros, tibicinem iussit cantum
 canere ad saltationem adcommodatum; eoque obse-
 quente saltare instituit. Et saltabat quidem placens
 sibi: sed spectanti *Clistheni* tota res displicebat.
 Deinde, brevi interposita mora, mensam sibi inferri
 Hippoclidēs iussit: quae ubi illata est, conscensâ
 mensâ primum Laconicos saltavit modulos; deinde
 alios Atticos; postremo, caput in mensam innixus,
 cruribus gesticulabatur. Et *Clisthenes*, quum ad pri-
 mam et secundam saltationem, abominatus quidem

498, 9.

νου ἀποστυγέων γαμβρῶν ἂν οἱ ἐτι γενέσθαι Ἴπποκλεί-
 δεα διὰ τὴν τε ἔρχησιν καὶ τὴν ἀναιδείην, κατεῖχε ἑω-
 20 τὸν, οὐ βουλόμενος ἐκραγῆναι ἐς αὐτόν· ὡς δὲ εἶδε τοῖσι
 σκέλεσι χειρονομήσαντα, οὐκέτι κατέχειν δυνάμενος,
 εἶπε· „ὦ παῖ Τισάνδρου, ἀπορχήσαό γε μὴν τὸν γά-
 „μον.“ ὁ δὲ Ἴπποκλείδης ὑπολαβὼν εἶπε· „Οὐ Φρον-
 „τὶς Ἴπποκλείδῃ.“ Ἀπὸ τούτου μὲν τοῦτο οὐνομάζεται.
 Κλεισθένης δὲ σιγὴν ποιησάμενος, ἔλεξε ἐς μέσον τάδε· 130
 „Ἄνδρες, παιδὸς τῆς ἐμῆς μνηστῆρες, ἐγὼ καὶ πάν-
 „τας ὑμέας ἐπαινέω, καὶ πᾶσιν ὑμῖν, εἰ οἷόν τε εἶη,
 „χαριζοίμην ἂν, μὴτ' ἓνα ὑμέων ἐξαίρετον ἀποκρίνω,
 5 „μὴτε τοὺς λοιποὺς ἀποδοκιμάζων. ἀλλ', οὐ γὰρ οἶά
 „τέ ἐστι, μῆς πέρι παρθένου βουλευόντα, πᾶσι κατὰ
 „νόον ποιέειν· τοῖσι μὲν ὑμέων ἀπελαυνομένοισι τοῦδε
 „τοῦ γάμου, τάλαντον ἀργυρίου ἐκάστῳ δωρεὴν δίδωμι

generum sibi adsciscere immodestum hunc saltato-
 rem, tamen continisset sese nec erumpere in eum
 voluisset, nunc se ultra continere non sustinens, ait:
O fili Tisandri, saltando nuptias tu quidem perdi-
disti. At ille respondens, *Nil curat,* inquit, *Hippo-*
clides. Et hinc ortum cepit hoc proverbium. (130.)
 Tum vero *Clisthenes*, imperato silentio, haec in
 medio omnium verba fecit: *Viri, filiae proci meae!*
Ego cunctos vos laudo; et omnibus, si fieri pos-
set, gratificarem; neque e vobis unum prae caete-
ris seligerem, posthabitis aliis. At, quoniam fieri
non potest, ut, quum de una virgine deliberem,
omnium votis simul satisfaciam; eis e vestro nu-
mero, qui his nuptiis excidunt, talentum argenti
dono do unicuique, quod et dignati estis filiam

„τῆς ἀξιώσιος εἵνεκα τῆς ἐς ἐμεῦ γῆμαι, καὶ τῆς ἐξ
 „οἴκου ἀποδημίας· τῶ δὲ Ἀλκμαίονος Μεγακλείϊ ἐγ- 10
 „γυῶ παῖδα τὴν ἐμὴν Ἀγαρίστην, νόμοισι τοῖσι Ἀθη-
 „ναίων.“ Φαμένου δὲ ἐγγυᾶσθαι Μεγακλέος, ἐκεκῦ-

131 ρωτο ὁ γάμος Κλεισθένει. Ἄμφι μὲν κρισίος τῶν μνη-
 στῆρων τοσαῦτα ἐγένετο, καὶ οὕτω Ἀλκμαϊονίδαι ἐβῶ-
 σθησαν ἀνά τὴν Ἑλλάδα. Τούτέων δὲ συνοικησάντων,
 γίνεται Κλεισθένης τε ὁ τὰς Φυλὰς καὶ τὴν δημοκρα-
 τίην Ἀθηναίοισι καταστήσας, ἔχων τὸ ὄνομα ἀπὸ τοῦ 5
 μητροπάτορος τοῦ Σικυωνίου· οὗτός τε δὴ γίνεται Με-
 γακλείϊ, καὶ Ἴπποκράτης. ἐκ δὲ Ἴπποκράτεος, Μεγα-
 κλέης τε ἄλλος, καὶ Ἀγαρίστη ἄλλη, ἀπὸ τῆς Κλει-
 σθένεος Ἀγαρίστης ἔχουσα τὸ ὄνομα· ἢ συνοικήσασά
 τε Ξανθίππῳ τῷ Ἀρίφρονος, καὶ ἔγκυος ἐοῦσα, εἶδε 10

*meam in matrimonium petere, et domibus vestris
 peregre abfuisit: Megacli vero, Alcmaeonis filio,
 meam filiam Agaristen despondeo ex Athenien-
 sium legibus. Quumque Megacles dixisset, accipere
 se conditionem, ratum matrimonium Clisthenes ha-
 buit. (131.) Ita, quod ad iudicium procorum spe-
 ctat, gesta res est; atque ita factum est, ut Alcmaeo-
 nidae per universam Graeciam celebrarentur. Ex isto
 autem matrimonio natus Megacli est Clisthenes ille,
 qui decem tribus et democratiam Atheniensibus con-
 stituit; cui nomen impositum erat de avi materni no-
 mine Sicyonii: praeterque hunc ex eodem matrimo-
 nio procreatus est Hippocrates. Hippocrati vero na-
 tus est alius Megacles et alia Agariste, quae a Cli-
 sthenis Agariste nomen invenit. Haec est Agariste,
 quae, postquam Xanthippo nupsit, Ariphronis filio,*

499, 40.

ἔψιν ἐν τῷ ὕπνῳ, ἐδόκει δὲ λέοντα τεκεῖν· καὶ μετ' ὀλίγας ἡμέρας τίκει Περικλέα Ξανθίππῳ.

ΜΕΤΑ δὲ τὸ ἐν Μαραθῶνι τραῦμα γενόμενον, Μιλ- 132
τιάδης, καὶ πρότερον εὐδοκιμέων παρὰ Ἀθηναίοισι,
τότε μᾶλλον αὐξέτο. αἰτήσας δὲ νέας ἐβδομήκοντα
καὶ στρατιήν τε καὶ χρήματα τοὺς Ἀθηναίους, οὐ Φρά-
5 σας σοι ἐπ' ἣν ἐπιστρατεύεται χώραν, ἀλλὰ Φᾶς αὐ-
τοὺς καταπλουτιεῖν, ἣν οἱ ἔπωνται· ἐπὶ γὰρ χώραν
τοιαύτην δὴ τινα ἄξειν, ὅθεν χρυσὸν εὐπετέως ἀφθονον
οἴσονται· λέγων τοιαῦτα, αἴτεε τὰς νέας. Ἀθηναῖοι δὲ
τούτοισι ἐπαρθέντες, παρέδσαν. Παραλαβῶν δὲ ὁ 133
Μιλτιάδης τὴν στρατιήν, ἔπλεε ἐπὶ Πάρον, πρόφασιν
ἔχων ὡς οἱ Πάριοι ὑπῆρξαν πρότεροι στρατευόμενοι τριή-
ρεϊ ἐς Μαραθῶνα ἅμα τῷ Πέρσῃ. τοῦτο μὲν δὴ πρό-

CXXXIII. 3. τριήρεϊ. *Alii τριήρεσι, triremibus.*

et gravida facta est, per somnum sibi visa erat leonem peperisse, ac paucis interiectis diebus *Periclem* Xanthippo peperit.

(132.) Post cladem Persis ad Marathonem illatam *Miltiades*, quum iam ante magna in existimatione fuisset apud Athenienses, maiore etiam fuit auctoritate. Itaque, quum petiisset ab illis septuaginta naves et exercitum atque pecuniam, celans quidem terram contra quam ducturus esset, sed, *ditaturum se eos*, dicens, *si ipsum sequerentur; in eiusmodi enim terram se eos ducturum, unde affatim auri deportaturi essent*: haec quum ille dicens naves petiisset, Athenienses spe erecti instructas ei naves dederunt. (133.) Et *Miltiades*, accepto exercitu, *Parum* navigavit, caussam praetexens quod Parii Persam ad Marathonem navi triremi essent

σχημα λόγου ἦν· ἀτάο τινα καὶ ἔγκοτον εἶχε τοῖσι 5
 Παρίοισι διὰ Λυσαγόρεα τὸν Τισίω, ἔοντα γένος
 Πάριον, διαβαλόντα μιν πρὸς Ὑδάρονα τὸν Πέρσῃν.
 Ἀπικόμενος δὲ εἰς τὴν ἔπλεε ὁ Μιλτιάδης τῇ στρατιῇ,
 ἐπολιόρουε Παρίους, κατειλημένους ἐντὸς τείχεος· καὶ
 ἐσπέμπων κήρυκα, αἷτεε ἑκατὸν τάλαντα, Φάς, ἣν 10
 μή οἱ δῶσι, οὐκ ἀπαναστήσειν τὴν στρατιήν, πρὶν ἢ
 ἐξέλῃ σφέας. Οἱ δὲ Πάριοι, ὅπως μὲν τι δώσουσι Μιλ-
 τιάδῃ ἀργυρίου, οὐδὲν διενοεῦντο· οἱ δὲ, ὅπως διαφυλά-
 ξουσι τὴν πόλιν, τοῦτο ἐμηχανῶντο· ἄλλα τε ἐπιφρα-
 ζόμενοι, καὶ, τῇ μάλιστα ἔσκε ἑκάστωτε ἐπίμαχον τοῦ 15
 τείχεος, τοῦτο ἅμα νυκτὶ ἐξήροτο διπλήσιον τοῦ ἀρ-
 134 χαίου. Ἐς μὲν δὴ τοσοῦτο τοῦ λόγου οἱ πάντες Ἑλ-
 ληνες λέγουσι· τὸ ἐνβεῦτεν δὲ αὐτοῖ Παρίοι γενέσθαι

secuti, adeoque priores arma intulissent Atheniensibus. Hoc quidem colore utebatur orationis: caeterum infensus etiam erat Pariis propter Lysagoram Tisiae filium, genere Parium, qui eum apud Hydarnen Persam accusaverat. Postquam ad insulam, quam petierat, cum exercitu pervenit *Miltiades*, oppugnavit *Parios*, intra murum compulsos: missoque in urbem praecone centum postulavit talenta, dicens, *nisi ea sibi darent, non se abducturum exercitum, quin vi cepisset urbem*. At Parii, de danda Miltiadi pecunia minime cogitantes, omnibus modis operam dabant ut urbem defenderent: quem in finem quum alia excogitabant, tum, ut quaeque pars muri expugnata facilius videbatur, ita eam noctu duplo altior, quam prius erat, excitabant. (134.) Hactenus quidem Graeci omnes in commemoranda hac re con-

500, 68.

ᾧδε λέγουσι. Μιλτιάδῃ ἀπορέοντι ἐλθεῖν εἰς λόγους
 αἰχμάλωτον γυναῖκα, εὐῶσαν μὲν Παρίην γένος, οὐ-
 5 νομα δέ οἱ εἶναι Τιμοῦν· εἶναι δὲ ὑποζάκορον τῶν χθο-
 νίων Θεῶν. ταύτην ἐλθοῦσαν εἰς ὄψιν Μιλτιάδεω, συμ-
 βουλευσαί οἱ, εἰ περὶ πολλοῦ ποιέεται Πάρον ἐλεῖν,
 τὰ ἂν αὐτῇ ὑποθῆται, ταῦτα ποιέειν. μετὰ δὲ, τὴν
 μὲν ὑποθέσθαι· τὸν δὲ, ἀπικόμενον ἐπὶ τὸν κολωνόν τὸν
 10 πρὸ τῆς πόλιος ἑόντα, τὸ ἔρκος Θεσμοφόρου Δήμητρος
 ὑπερβορέειν, οὐ δυνάμενον τὰς Θύρας ἀνοῖξαι· ὑπερβορόν-
 τα δὲ, ἰέναι ἐπὶ τὸ μέγαρον, ὅ τι δὴ ποιήσονται ἐντός,
 εἴ τε κινήσονται τι τῶν ἀκινήτων, εἴ τε ὅ τι δὴ ποτε πρή-
 ζοντα. πρὸς τῆσι Θύρησί τε γενέσθαι, καὶ πρόκα τε
 15 Φρίκης αὐτὸν ὑπελθούσης, ὀπίσω τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἴσθαι·

sentiunt: deinde vero sic peractam rem esse *Parii* narrant. *Miltiadi*, de incepti exitu dubitanti, in colloquium venisse mulierem captivam, genere *Pariam*, cui *Timo* nomen fuisse: fuisse vero ministram templi *Inferarum Dearum*. Hanc, postquam in conspectum venisset *Miltiadis*, consilium ei dedisse, ut, si utique magni faceret capere *Parum*, exsequeretur quae ipsa illi esset indicatura. Deinde, auditis mulieris huius praeceptis, *Miltiadem* in tumultum, qui ante urbem est, se contulisse, et maceriem transsiliisse templo *Cereris Legiferae* circumductam, quum fores aperire non potuisset: tum, transscensa hac macerie, ad ipsam aedem deae accessisse, nescio quid intus facturum, sive quod movere aliquid voluisset quod movere nefas esset, sive aliud quidpiam facturum, quidquid tandem id fuerit. Quum vero iam ad fores esset, subito horrore correptum, per eandem

καταβρώσκοντα δὲ τὴν αἱματιῆν, τὸν μηρὸν σπασθῆναι·
 135 οἱ δὲ, αὐτὸν τὸ γόνυ προσπταῖσαι λέγουσι. Μιλτιά-
 δης μὲν νυν Ολαύρωι ἔχων, ἀπέπλεε ὀπίσω, οὔτε χρή-
 ματα Ἀθηναίοισι ἄγων, οὔτε Πάρον προσκτησάμενος,
 ἀλλὰ πολιορκήσας τε ἕξ καὶ εἴκοσι ἡμέρας, καὶ δηϊώ-
 σασ τὴν νῆσον. Πάριοι δὲ, πυθόμενοι ὡς ἡ ὑποζάκορος 5
 τῶν Θεῶν Τιμῶ Μιλτιάδῃ κατηγήσατο, βουλόμενοί μιν
 ἀντὶ τούτων τιμωρήσασθαι, Θεοπρόπους πέμπουσι εἰς
 Δελφοὺς, ὡς σφίσι ἡσυχίῃ τῆς πολιορκίης ἔσχε. ἔπεμ-
 πον δὲ ἐπειρησομένους εἰ καταχρήσονται τὴν ὑποζάκορον
 τῶν Θεῶν, ὡς ἐξηγησαμένην τοῖσι ἐχθροῖσι τῆς πατρίδος 10
 ἄλωσιν, καὶ τὰ εἰς ἔρσενα γόνον ἄρρητα ἰοῦν ἐκθῆνασαν
 Μιλτιάδῃ. ἡ δὲ Πυθίη οὐκ ἔα, Φᾶσα, „οὐ Τιμοῦν
 εἶναι τὴν αἰτίην τούτων, ἀλλὰ, δεῖν γὰρ Μιλτιάδεα

viam, qua venisset, rediisse; et desilientem de macerie luxasse femur, sive (ut alii aiunt) genu impigisse. (135.) Itaque male se habens *Miltiades* retro navigavit, neque opes adferens Atheniensibus, nec subactâ Paro; sed nulla alia re gesta, nisi quod per sex et viginti dies urbem oppugnasset, insulamque devastasset. *Parii*, obsidione liberati, intelligentes *Dearum* ministram *Timo* *Miltiadi* quid faciendum esset indicasse, quum poenam ab illa huius rei causâ sumere vellent, legatos miserunt *Delphos*, qui oraculum consulere, *an ultimo supplicio adscerent Dearum ministram, quae hostibus viam capiendae patriae indicasset; et sacra, quae ad virilem sexum efferri nefas esset, Miltiadi aperuisset.* At negavit *Pythia*, dicens, *non Timo ipsam huius rei esse causam; sed, quum in fatis esset ut vitam*

501, 97.

τελευτᾶν μὴ εὖ, Φανῆναί οἱ τῶν κακῶν κατηγεμόνα.“

- 15 Παροίοισι μὲν δὴ ταῦτα ἢ Πυθίῃ ἔχρησε. Ἀθηναῖοι δὲ 136
 ἐκ Πάρου Μιλτιάδεα ἀπονοστήσαντα ἔσχον ἐν στόμα-
 σι, οἳ τε ἄλλοι, καὶ μάλιστα Ξάνθιππος, ὁ Ἀρίφρο-
 νος· ὃς θανάτου ὑπαγαγὼν ὑπὸ τὸν δῆμον Μιλτιάδεα,
 5 ἐδίδωκε τῆς Ἀθηναίων ἀπάτης εἶνεκεν. Μιλτιάδης δὲ,
 αὐτὸς μὲν παρῶν, οὐκ ἀπελογέετο· ἦν γὰρ ἀδύνατος,
 ὥστε σηπομένου τοῦ μηροῦ. προκειμένου δὲ αὐτοῦ ἐν
 κλίνῃ, ὑπεραπολογέοντο οἱ φίλοι, τῆς μάχης τε τῆς ἐν
 Μαραθῶνι γενομένης πολλὰ ἐπιμεμνημένοι, καὶ τὴν Λή-
 10 μνου αἴρεσιν· ὡς ἔλῶν Λῆμόν τε καὶ τισάμενος τοὺς
 Πελασγούς, παρέδωκε Ἀθηναίοισι. Προσγενομένου δὲ
 τοῦ δήμου αὐτῷ κατὰ τὴν ἀπόλυσιν τοῦ θανάτου, ζη-
 μιάσαντος δὲ κατὰ τὴν ἀδικίην πεντήκοντα ταλάντοισι,

male finiret Miltiades, hanc ei a diis missam esse ducem malorum. Haec quidem Pythia Paris respondit. (136.) *Miltiadem* autem, Paro reversum, quum alii omnes Athenienses in ore habebant, tum praecaeeteris Xanthippus, Ariphronis filius; qui eum *capitis reum* egit apud populum, ut qui Athenienses dolo malo circumvenisset. Quam ad accusationem *Miltiades* ipse, praesens licet, non respondit: nec enim poterat, femore iam in putredinem abeunte. Sed, dum ille lectulo impositus in medio iacebat, caussam pro eo dixere amici, *pugnae Marathoniae* multam mentionem facientes; et *Lemni* ab illo *captae*, poenaeque de Pelasgis sumtae, et insulae Atheniensibus traditae. Favente autem illi populo hactenus, ut capitis crimine eum absolveret, sed tamen propter damnum civitati illatum quingentis multaret

Μιλτιάδης μὲν μετὰ ταῦτα, σφακελίσαντός τε τοῦ
μηροῦ καὶ σαπέντος, τελευτᾷ· τὰ δὲ πενήκοντα τά- 15
λαντα ἐξέτισε ὁ παῖς αὐτοῦ Κίμων.

137 ΛΗΜΝΟΝ δὲ Μιλτιάδης ὁ Κίμωνος ᾧδε ἔσχε.
Πελασγοὶ, ἐπεὶ τε ἐκ τῆς Ἀττικῆς ὑπὸ Ἀθηναίων ἐξε-
βλήθησαν, εἴτε ᾧν δὴ δικαίως, εἴτε ἀδίκως — τοῦτο
γὰρ οὐκ ἔχω Φράσαι, πλὴν τὰ λεγόμενα· ὅτι Ἑκα- 5
ταῖος μὲν ὁ Ἡγησάνδρου ἔφησε ἐν τοῖσι λόγοισι, λέ-
γων „ἀδίκως. ἐπεὶ τε γὰρ ἰδεῖν τοὺς Ἀθηναίους τὴν χώ-
ρην, τὴν σφισι ὑπὸ τὸν Ὑμησσὸν εἴδουσαν ἔδοσαν οἰκῆ-
σαι, μισθὸν τοῦ τείχεος τοῦ περὶ τὴν ἀκρόπολιν κοτε
ἐληλαμένου· ταύτην ᾧς ἰδεῖν τοὺς Ἀθηναίους ἐξεργασ- 10
μένην εὔ, τὴν πρότερον εἶναι κακὴν τε καὶ τοῦ μηδενὸς
αἰξίην, λαβεῖν φόβον τε καὶ ἡμερον τῆς γῆς, καὶ οὕτω

talentis, *Miltiades* quidem haud multo post, carie
exeso putrefactoque femore, vitam finivit; quin-
genta autem illa talenta filius eius *Cimon* persolvit.

(137.) *LEMNO* autem *Miltiades*, *Cimonis* filius,
hoc modo potitus erat. Postquam *Pelagis* ex *Attica*
ab *Atheniensibus* erant eieci, sive iure, sive iniuriâ;
— nam de hoc quidem nil aliud dicere possum, nisi
quae ab aliis memorantur: scilicet, quod *Hecataeus*
Hegesandri filius, hac de re in *Historiis*
suis loquens, dicat, *iniuriâ id esse factum*. Post-
quam enim *Athenienses* regionem illam, quam sub
Hymetto sitam *Pelagis*, pro mercede muri olim
arci *Athenarum* circumducti, dederant habitan-
dam; hanc regionem, ait, postquam bene cultam
vidissent *Athenienses*, quum antea misera fuisset
et nullius pretii, invidiâ fuisse captos et desiderio

502, 25.

ἔξελαύνειν αὐτοὺς οὐδεμίην ἄλλην πρόφασιν προϊσχο-
 μένους τοὺς Ἀθηναίους. “Ὡς δὲ αὐτοὶ Ἀθηναῖοι λέγουσι,
 „δικαίως ἐξέλασαι. κατοικημένους γὰρ τοὺς Πελασ-
 15 γοὺς ὑπὸ τῷ Ὑμησσῶ, ἐνθεῦτεν ὄρμεωμένους, ἀδικέειν
 τάδε. Φοιτῶν γὰρ αἰεὶ τὰς σφετέρας θυγατέρας τε καὶ
 τοὺς παῖδας ἐπ’ ὕδωρ ἐπὶ τὴν Ἐννεάκρουνον· οὐ γὰρ εἶναι
 τοῦτον τὸν χρόνον σφίσι κω οὐδὲ τοῖσι ἄλλοισι Ἑλλη-
 σι οἰκέτας. ὅπως δὲ ἔλθοιεν αὐταί, τοὺς Πελασγοὺς
 20 ὑπὸ ὕβριός τε καὶ ὀλιγαρχίης βιάσθαι σφεας. καὶ ταῦ-
 τα μέντοι σφίσι οὐκ ἀποχοῶν ποιέειν, ἀλλὰ τέλος καὶ
 ἐπιβουλεύοντας ἐπιχειρήσειν Φανῆναι ἐπ’ αὐτοφώρῳ.
 ἑαυτοὺς δὲ γενέσθαι τισούτω ἐκείνων ἀνδρας ἀμείνονας,
 ὅσω παρεὸν αὐτοῖσι ἀποκτεῖναι τοὺς Πελασγοὺς, ἐπεὶ

*huius terrae; atque ita Athenienses, nullam aliam
 iuris speciem prae se ferentes, illos eiecisse. Ipsi
 autem Athenienses contendunt, iure a se eictos
 Pelasgos esse. Postquam enim adsignatae illis sub
 Hymetto sedes fuissent: inde eosdem facto impetu
 iniuriam ipsis hanc solitos esse inferre. Quum filiae
 puerique Atheniensium aquae hauriendae causa
 ad fontem, cui Enneacrunos nomen, egredi con-
 suessent; quandoquidem per id tempus nec Athe-
 niensibus nec aliis Graecis servi fuissent; Pelas-
 gos, quoties Atticae puellae ad fontem venissent,
 per contumeliam contemtumque vim eis intulisse.
 Et ne hoc quidem habuisse satis, sed postremo
 etiam ipso facto deprehensos fuisse de invadendis
 Athenis consilia agitantes. Sese autem tanto me-
 liores homines, quam illos, fuisse; quod, quum in-
 terficere Pelasgos fas sibi fuisset, quippe quos insi-*

σΦεας ἔλαβον ἐπιβουλεύοντας, οὐκ ἔβελῆσαι, ἀλλὰ 25
 σΦι προειπεῖν ἐκ τῆς γῆς ἐξιέναι. τοὺς δὲ, οὕτω δὴ ἐκ-
 χωρήσαντας, ἀλλὰ τε σχεῖν χωρία καὶ δὴ καὶ Λῆ-
 μνον.“ Ἐκεῖνα μὲν δὴ Ἐκαταῖος ἔλεξε, ταῦτα δὲ Ἄθη-
 138 ναῖοι λέγουσι. — Οἱ δὲ Πελασγοὶ οὗτοι, Λῆμνον τότε
 νεμόμενοι, καὶ βουλόμενοι τοὺς Ἀθηναίους τιμωρῆσασθαι,
 εὖ τε ἐξεπιστάμενοι τὰς Ἀθηναίων ὄρτας, πεντηκοντέρους
 στησάμενοι, ἐλόχησαν Ἀρτέμιδι ἐν Βραυρωῶνι ἀγούσας
 ὄρτην τὰς τῶν Ἀθηναίων γυναῖκας. ἐνβέυτεν δὲ ἀρπάσαν- 5
 τες τουτέων πολλὰς, οἴχοντο ἀποπλέοντες· καὶ σΦεας
 ἐς Λῆμνον ἀγαγόντες, παλλακὰς εἶχον. Ὡς δὲ τέκνων
 αὐταὶ αἱ γυναῖκες ὑπεπλήσθησαν, γλῶσσαν τε τὴν
 Ἀπτικὴν καὶ τρόπους τῶν Ἀθηναίων ἐδίδασκον τοὺς παῖ-
 10 δας. οἱ δὲ αὐτε συμμίσγεσθαι τοῖσι ἐκ τῶν Πελασγί-

diantes sibi deprehendissent, nolissent id facere; tantum edixissent eis, ut terrâ egrederentur. Atque illos, Atticâ ita egressos, quum alia loca, tum vero et Lemnum occupasse. Ista igitur Hecataeus scripsit, haec vero Athenienses memorant. — (138.) Hi igitur *Pelagî*, quum Lemnum incolerent, cupientes ulcisci Athenienses, et bene cognita habentes festa Atheniensium, idoneo loco collocatis quinquaginta-remorum navibus insidias struxere mulieribus Atticis, Braurone festum Dianae celebrantibus: earumque complures, vi raptas, Lemnum duxere, et pellicum loco habuere. Quae postquam liberos pepererunt, Atticum sermonem moresque Atticos docuere pueros. Hi vero deinde nec consuescere cum pueris ex Pelasgicis mulieribus natis voluerunt, et, quoties eorum aliquis ab istis pulsabatur, omnes

δων γυναικῶν παισὶ ἤθελον, εἴ τε τύπτοιτό τις αὐτέων
 ὑπ' ἐκείνων τινός, ἐβοήθειόν τε πάντες, καὶ ἐτιμώρουν
 ἀλλήλοισι· καὶ δὴ καὶ ἄρχειν τε τῶν παιδῶν οἱ παῖδες
 ἐδικαίειν, καὶ πολλὸν ἐπεκράτεον. Μαβόντες δὲ ταῦτα
 15 οἱ Πελασγοὶ, ἑαυτοῖσι λόγους ἐδίδουσαν· καὶ σοῖσι βου-
 λευομένοισι, δεινὸν τι ἐσέδυνε, εἰ δὴ διαγινώσκοιεν σοῖ-
 σι τε βοηθεῖν οἱ παῖδες πρὸς τῶν κουριδιέων γυναικῶν
 τοὺς παῖδας, καὶ τουτέων αὐτίκα ἄρχειν πειρώατο, τί
 δὴ ἀνδρωθέντες δῆθεν ποιήσουσι. ἐνθαῦτα ἔδοξέ σοι κτεί-
 20 νειν τοὺς παῖδας τοὺς ἐκ τῶν Ἀττικέων γυναικῶν. ποιῶ-
 σι δὴ ταῦτα· προσαπολλύουσι δὲ σοφῶν καὶ τὰς μητέ-
 ρας. Ἀπὸ τούτου δὲ τοῦ ἔργου, καὶ τοῦ προτέρου τού-
 των, τὸ ἐργάσαντο αἱ γυναῖκες, τοὺς ἅμα Θόαντι
 ἀνδρας σοφετέρους ἀποκτείνασαι, νενόμισται ἀνὰ τὴν
 25 Ἑλλάδα, τὰ σχέτλια ἔργα πάντα, Λήμνια καλέε-

huic suppetias veniebant, et sibi mutuo ferebant
 opem: atque etiam dominari in illos hi pueri in
 animum induxerant, multoque alteris praevalabant.
 Quod ubi *Pelasgi* intellexere, non negligendam eam
 rem putarunt; deliberantesque incessit metus, quid-
 nam facturi hi pueri essent quando adulti forent, qui
 iam nunc constitutum habeant sibi invicem praesto
 esse contra legitimarum uxorū pueros, atque his
 velint dominari. Itaque interficere decreverunt pue-
 ros ex Atticis mulieribus natos: idque etiam fecere,
 simulque cum his matres eorūdem occiderunt. At-
 que ab hoc facinore, et ab eo quod olim mulieres
Lemniae patrauerant, maritos suos simul cum Thoan-
 te occidentes, usu receptum per universam Grae-
 ciam est, ut *nefaria* facinora *Lemnia* adpellentur.

139 σθαί. Ἀποκτείνασι δὲ τοῖσι Πελασγοῖσι τοὺς σφετέρους παῖδάς τε καὶ γυναῖκας, οὔτε γῆ καρπὸν ἔφερε, οὔτε γυναῖκες τε καὶ ποῖμναι ὁμοίως ἔτικτον καὶ πρὸ τοῦ. πιεζόμενοι δὲ λιμῶ τε καὶ ἀπαιδίῃ, ἐς Δελφοὺς ἔπεμπον, λύσιν τινὰ αἰτησόμενοι τῶν παρεόντων κακῶν. 5
 Ἡ δὲ Πυθίη σφέας ἐκέλευε Ἀθηναίοισι δίκας δίδόναι ταύτας τὰς ἀν' αὐτοῖ Ἀθηναῖοι δικάσωσι. ἤλθόν τε δὴ ἐς τὰς Ἀθήνας οἱ Πελασγοὶ, καὶ δίκας ἐπαγγέλλοντο βουλόμενοι δίδόναι παντὸς τοῦ ἀδικήματος. Ἀθηναῖοι δὲ ἐν τῷ πρυτανεῖῳ κλίνῃ στοάσαντες, ὡς εἶχον κάλλι- 10 στα, καὶ τράπεζαν ἐπιπλήν ἀγαθῶν πάντων παραθέντες, ἐκέλευον τοὺς Πελασγοὺς τὴν χώραν σφίσι παραδίδόναι οὕτω ἔχουσαν. οἱ δὲ Πελασγοὶ ὑπολαβόντες, εἶπαν· „Ἐπεὶ ἀν' βορρῆ ἀνέμῳ αὐτήμερὸν νηῦς „ἐξάνυση ἐκ τῆς ὑμετέρης ἐς τὴν ἡμετέραν, τότε παρα- 15


(139.) Postquam pueros uxoresque *Pelasgi* interfecerant, nec terra illis fructum edebat, neque uxores et greges pepererunt ut antea. Itaque et fame pressi et orbitate, Delphos miserunt, levamen aliquod precantes malorum. Tum *Pythia* iussit eos *satisfactionem dare Atheniensibus quamcumque illi postulassent*: et Athenas *Pelasgi* venere, nunciantes se satisfacturos esse pro omni iniuria. *Athenienses* vero, strato lecto in prytaneo, quam pulcerrime potuerant, et adpositâ mensâ bonis rebus omnibus repletâ, *Pelasgos* iusserunt *terram suam ipsis tradere ita comparatam*. Quibus *Pelasgi* responderunt: *Tunc vobis eam trademus, quum vento borea navis e vestra terra eodem die in nostram pervenerit*. Hoc dixere, putantes nulla ratione fieri id posse.

„δώσομεν.“ τοῦτο εἶπαν, ἐπιστάμενοι τοῦτο εἶναι ἀδύ-
 νατον γενέσθαι ἢ γὰρ Ἀττικὴ πρὸς νότον κέεται πολ-
 λὸν τῆς Λήμνου. Τότε μὲν τσαῦτα. ἔτεσι δὲ κάθιστα 140
 πολλοῖσι ὕστερον τούτων, ὡς ἡ Χερσονήσος ἢ ἐν Ἐλ-
 λησπόντῳ ἐγένετο ὑπ’ Ἀθηναίοισι, Μιλτιάδης ὁ Κιμῶ-
 νος, ἐτησιέων ἀνέμων κατεστηκέντων, νηὶ καταλύσας ἐξ
 5 Ἐλαιουῦντος τοῦ ἐν Χερσονήσῳ εἰς Λῆμνον, προηγόρευε
 ἐξίεναι ἐκ τῆς νήσου τοῖσι Πελασγοῖσι, ἀναμιμνήσκων
 σφέας τὸ χρηστήριον τὸ οὐδαμᾶ ἠλπίσαν σφίσι οἱ Πε-
 λασγοὶ ἐπιτελέεσθαι. Ἡφαιστιέες μὲν νυν ἐπέειθοντο·
 Μυριναῖοι δὲ, οὐ συγγνωσκόμενοι εἶναι τὴν Χερσονήσον
 10 Ἀττικὴν, ἐπολιορκέοντο, ἐς ὃ καὶ αὐτοὶ παρέστησαν.
 οὕτω δὴ τὴν Λῆμνον ἔσχον Ἀθηναῖοί τε καὶ Μιλτιάδης.

ἩΡΟΔΟΤΟΥ ἹΣΤΟΡΙΩΝ ἘΚΤΗ.

Attica enim terra procul a Lemno meridiem versus sita est. (140.) Et tunc quidem haec hactenus acta erant. Bene multis vero post annis, quum *Chersonesus* ad Hellespontum in ditione esset Atheniensium, *Miltiades* Cimonis filius flantibus etesiis ventis navi ex Elaeunte Chersonesi *Lemnum* profectus, *Pelagis* edixit, ut *insulâ excederent*; in memoriam eis revocans oraculum, quod numquam impletum iri sibi persuaserant. Et Hephæstienses quidem paruerunt imperio: Myrinaei vero, Chersonesum negantes esse Atticam, oppugnabantur, donec et ipsi in deditionem venerunt. Atque ita *Lemnum* Atenuere thenienses et *Miltiades*.

FINIS LIBRI SEXTI
HISTORIARUM HERODOTI.



ἩΡΟΔΟΤΟΥ

ἹΣΤΟΡΙΩΝ ἙΒΔΟΜΗ.

ΠΟΛΥΜΝΙΑ.

ἘΠΕΙ ΔΕ ἡ ἀγγελίη ἀπίκετο περὶ τῆς μάχης τῆς ἐν Μαραθῶνι γενομένης παρὰ βασιλῆα Δαρεῖον τὸν Ὑστάσπεος, καὶ πρὶν μεγάλως κεχαραγμένον τοῖσι Ἀθηναίοισι διὰ τὴν ἐς Σάρδις ἐσβολὴν, καὶ δὴ καὶ τότε πολλῶ τε δεινότερα ἐποίηε, καὶ μᾶλλον ὠρμητο στρα- 5 τεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. Καὶ αὐτίκα μὲν ἐπηγγέλ-

HERODOTI HISTORIARUM

LIBER SEPTIMUS.

POLYMNIA.

POSTquam pugnae nuncius ad Marathonem pugnae ad *Darium Hystaspis* est perlatus, quum iam antea Atheniensibus propter incursionem adversus Sardes vehementer iratus rex fuisset, nunc id, quod acciderat, multo etiam gravius tulit, multoque magis ad *bellum Graeciae inferendum* incensus est. Ac

505, 9.

λετο, πέμπων ἀγγέλους κατὰ πόλιν, ἐτοιμάζειν στρα-
τιήν, πολλῶ πλέω ἐπιτάσων ἐκάστοισι ἢ πρότερον πα-
ρεῖχον, καὶ νέας τε, καὶ ἵππους, καὶ σῖτον, καὶ πλοῖα.

- 10 τούτων δὲ περιαγγελομένων, ἡ Ἀσίη ἐδονέετο ἐπὶ τρία
ἔτεα, καταλεγομένων τε τῶν ἀρίστων, ὡς ἐπὶ τὴν Ἑλ-
λάδα στρατευσομένων, καὶ παρασκευαζομένων. Τετάρ-
τῳ δὲ ἔτει Αἰγύπτιοι, ὑπὸ Καμβύσειω δουλωθέντες,
ἀπέστησαν ἀπὸ Περσέων. ἐνθαῦτα δὴ καὶ μᾶλλον ὄρ-
15 μητο καὶ ἐπ' ἀμφοτέρους στρατεύεσθαι. Στελλομένου 2
δὲ Δαρείου ἐπ' Αἴγυπτον καὶ Ἀθήνας, τῶν παιδῶν αὐ-
τοῦ στάσις ἐγένετο μεγάλη περὶ τῆς ἡγεμονίης· ὡς δεῖ
μιν, ἀποδέξαντα βασιλῆα, κατὰ τὸν Περσέων νόμον,
5 οὕτω στρατεύεσθαι. Ἔσαν γὰρ Δαρείω, καὶ πρότερον
ἢ βασιλεῦσαι, γεγονότες τρεῖς παῖδες ἐκ τῆς προτέρης

statim quidem, missis per singulas civitates legatis,
edixit ut exercitum compararent, (multo maiorem
numerum cuique civitati, atque antea contulerant,
imperans) et naves et equos et frumentum et minora
navigia. Quibus circummissis nunciis, commota per
tres annos Asia est; dum, ut ad bellum adversus
Graeciam gerendum, conscribuntur fortissimi qui-
que, et ad id bellum se comparant. Quarto vero
anno *Aegyptii*, a Cambyse subacti, *defecerunt* a
Persis: quo facto etiam magis ad arma utrisque in-
ferenda concitatus est. (2.) Dum vero ad expedi-
tionem adversus Aegyptum et Athenas se *Darius*
comparabat, ortum est *inter filios* ipsius ingens de
principatu *contentio*. Etenim ex lege Persarum de-
bet rex, priusquam in bellum proficiscatur, succes-
sorem nominare regni. Erant autem *Dario*, prius-

γυναικὸς, Γωβρύεω θυγατρὸς· καὶ βασιλεύσαντι, ἐξ
 Ἀτόσσης τῆς Κύρου ἕτεροι τέσσερες. τῶν μὲν δὴ προτέ-
 ρων ἐπρέσβευε Ἀρταβαζάνης· τῶν δὲ ἐπιγενομένων,
 Ξέρξης. εὐόντες δὲ μητρὸς οὐ τῆς αὐτῆς, ἐστασίαζον· ὁ 10
 μὲν Ἀρταβαζάνης, κατότι πρεσβύτατός τε εἶη παντὸς
 τοῦ γόνου, καὶ ὅτι νομιζόμενα εἶη πρὸς πάντων ἀνθρώ-
 πων, τὸν πρεσβύτατον τὴν ἀρχὴν ἔχειν· Ξέρξης δὲ, ὡς
 Ἀτόσσης τε παῖς εἶη, τῆς Κύρου θυγατρὸς, καὶ ὅτι
 Κύρος εἶη ὁ κτησάμενος τοῖσι Πέρσησι τὴν ἐλευθερίην. 15
 3 Δαρείου δὲ οὐκ ἀποδεικνυμένου καὶ γνώμην, ἐτύγχανε
 κατὰ ταῦτὸ τοῦτοισι καὶ Δημάργητος, ὁ Ἀρίστωνος,
 ἀναβεβηκὼς εἰς Σοῦσα, ἐστειρημένος τε τῆς ἐν Σπάρτῃ
 βασιλείης, καὶ Φυγὴν ἐπιβαλὼν ἑαυτῶ ἐκ Λακεδαί-
 μονος. οὗτος ἂν ἦο πυθόμενος τῶν Δαρείου παίδων τὴν 5
 διαφορὴν, ἐλθὼν, ὡς ἡ Φάτις μιν ἔχει, Ξέρξη συνεβού-

quam ad regnum promoveretur, tres filii nati ex
 priore uxore, Gobryae filia; et, ex quo rex factus est,
 alii quatuor ex Atossa, Cyri filia. Priorum natu ma-
 ximus erat *Artabazanes*; posteriorum *Xerxes*. Hi
 igitur, non eadem matre nati, de principatu inter se
 contendebant: *Artabazanes* dictitans, se *maxi-
 mum natu esse omnium; et apud omnes populos
 receptum esse, ut filius natu maximus in regnum
 succedat patri. Xerxes* vero, esse se *filium Atos-
 sae, Cyri filiae; Cyrum autem adquisivisse Persis
 libertatem.* (3.) Sententiam suam *Darius* nondum
 aperuerat, quum forte per idem tempus Susa advenit
Demaratus, Aristonis filius, qui, postquam regno
 Spartanorum privatus est, voluntarium sibi ipse ex-
 silium imposuerat. Hic vir, cognito filiorum *Darii*

λευε λέγειν πρὸς τοῖσι ἔλεγε ἔπεσι, ὡς „αὐτὸς μὲν
 γένοιτο Δαρείῳ ἤδη βασιλεύοντι, καὶ ἔχοντι τὸ Περσέων
 κράτος· Ἀρταβαζάνης δὲ, ἔτι ἰδιώτῃ εἶντι Δαρείῳ. οὐκ-
 10 ων οὐτ' εἰκὸς εἶη, οὔτε δίκαιον, ἄλλον τιὰ τὸ γέρας
 ἔχειν πρὸ ἑωυτοῦ· ἐπεὶ γε καὶ ἐν Σπάρτῃ, ἔφη ὁ Δη-
 μάροτος ὑποτιθέμενος, οὕτω νομίζεσθαι, ἣν οἱ μὲν προ-
 γεγονότες ἕωσι πρὶν ἢ τὸν πατέρα σφέων βασιλεῦσαι,
 ὁ δὲ βασιλεύοντι ὀψίγονος ἐπιγένηται, τοῦ ἐπιγενομέ-
 15 νου τὴν ἐκδέξιν τῆς βασιληΐης γίνεσθαι.“ Χρησαμένου
 δὲ Ξέρξεω τῇ Δημαρήτου ὑποθήκῃ, γνούς ὁ Δαρεῖος ὡς
 λέγοι δίκαια, βασιλῆά μιν ἀπέδεξε. δοκεῖ δέ μοι,
 καὶ ἄνευ ταύτης τῆς ὑποθήκης βασιλεῦσαι ἂν Ξέρξης·
 ἢ γὰρ Ἀτοσσα εἶχε τὸ πᾶν κράτος. Ἀποδέξας δὲ βα- 4
 σιλῆα Πέρσης Δαρεῖος Ξέρξεα, ὄρηκτο στρατεῦεσθαι.

dissidio, conveniens (ut quidem fama est) *Xerxes*,
 suasit ei, ut caeteris, quae ille pro sua causa dice-
 bat, haec adderet: *natum se esse Dario iam re-*
gnanti, et Persarum tenenti imperium; Artaba-
zanem vero, privato etiam tum patri: itaque nec
conveniens nec iustum esse, ut alius prae ipso
istam accipiat dignitatem. Nam et Spartaе (et
hoc illi Demaratus suggessit) hanc legem obtinere,
si alii nati sint priusquam rex fuisset pater, alius
autem post hos quidem, sed regnante patre, natus
sit, ut hic post natus in regnum succedat. Quo
Demarati monito quum Xerxes uteretur, agnoscens
Darius aqua illum dicere, regem illum nominavit.
 Videtur autem mihi Xerxes etiam absque hoc mo-
 nito regnum fuisse adepturus; nam omnia apud Da-
 rium poterat Atossa. (4.) *Darius*, postquam regem

ἀλλὰ γὰρ, μετὰ ταῦτά τε καὶ Αἰγύπτου ἀπόστασιν
 τῷ ὑστέρῳ ἔτει, παρασκευαζόμενον συνήνεκε αὐτὸν Δα-
 ρεῖον, βασιλεύσαντα τὰ πάντα ἕξ τε καὶ τριήκοντα 5
 ἔτεα, ἀποθανεῖν· οὐδέ οἱ ἐξεγέμετο οὔτε τοὺς ἀπεστεῶ-
 τας Αἰγυπτίους οὔτε Ἀθηναίους τιμωρῆσασθαι. Ἀποθα-
 νόντος δὲ Δαρείου, ἡ βασιληΐη ἀνεχώρησε εἰς τὸν παῖδα
 τὸν ἐκείνου Ξέρξεα.

- 5 Ὁ τοίνυν Ξέρξης ἐπὶ μὲν τὴν Ἑλλάδα οὐδαμῶς
 πρόθυμος ἦν κατ' ἀρχὰς στρατεύεσθαι, ἐπὶ δὲ Αἴγυ-
 πτον ἐποίεετο τὴν στρατιῆς ἀγερσιν. παρεῶν δὲ καὶ δυ-
 νάμενος παρ' αὐτῷ μέγιστον Περσέων Μαροδόνιος ὁ Γω-
 βρούεω, ὃς ἦν Ξέρξη μὲν ἀνεψιὸς, Δαρείου δὲ ἀδελ- 5
 Φεῆς παῖς, τοιοῦτου λόγου εἶχετο, λέγων· „Δέσποτα,
 „οὐκ οἰκός ἐστι Ἀθηναίους, ἐργασαμένους πολλὰ ἤδη

Persarum nominasset Xerxem, iam in eo erat ut belli faceret initium. At enim, proximo ab his rebus et ab Aegypti defectione anno accidit, ut idem Darius in medio belli adparatu e vita discederet, postquam annos omnino regnasset sex et triginta: neque ei contigit aut de rebellantibus Aegyptiis aut de Atheniensibus sumere poenam. *Mortuo igitur Dario*, regnum suscepit *Xerxes*, Darii filius.

(5.) *XERXES* ad bellum quidem Gracciae inferendum initio neutquam inclinabat; sed contra *Aegyptum* copias contraxit. Quem conveniens *Mardonius* Gobryae filius, consobrinus Xerxis, Darii ex sorore nepos, qui apud ipsum plurimum omnium Persarum valebat auctoritate, talem exorsus est sermonem: *Domine, aequum non est, ut Athenienses, qui multis iam malis Persas adfecerunt, non dent*

507, 67.

„κακὰ Πέρσας, μὴ οὐ δοῦναι δίκας τῶν ἐποίησαν. ἀλ-
 „λὰ τὸ μὲν νῦν ταῦτα πρῆσσοις τὰ περ ἐν χερσὶ ἔχεις”
 10 „ἡμερώσας δὲ Αἴγυπτον τὴν ἐξυβρίσασαν, στρατηλά-
 „ττε ἐπὶ τὰς Ἀθήνας, ἵνα λόγος τέ σε ἔχη πρὸς ἀν-
 „θρώπων ἀγαθός, καὶ τις ὕστερον φυλάσσηται ἐπὶ
 „γῆν τὴν σὴν στρατεύεσθαι.“ Οὗτος μὲν οἱ ὁ λόγος ἦν
 τιμαρῶς· τοῦ δὲ λόγου παρενθήκην ποιέεσκετο τήνδε, ὡς
 15 „ἡ Εὐρώπη περικαλλῆς χώρα, καὶ δένδρα παντοῖα
 φέρει τὰ ἡμέρα, ἀρετὴν τε ἀκη, βασιλείῃ τε μούνω
 θνητῶν ἀξίη ἐκτῆσθαι.“ Ταῦτα δὲ ἔλεγε, οἷα νεωτέ- 6
 ρων ἔργων ἐπιθυμητῆς ἑὼν, καὶ θέλων αὐτὸς τῆς Ἑλ-
 λάδος ὑπαρχος εἶναι. χρόνῳ δὲ κατεργάσατό τε καὶ
 ἀνέπεισε Ξέρξεα, ὥστε ποιέειν ταῦτα· συνέλαβε γάρ
 5 καὶ ἄλλα οἱ σύμμαχα γενόμενα εἰς τὸ πείθεσθαι Ξέρ-

poenas factorum. At nunc quidem tu peragas haec,
quae in manibus habes: domitâ vero Aegypti in-
solentiâ, adversus Athenas duc exercitum; quo et
bonam famam adquiras apud homines, et posthac
caveat quisque tuae terrae arma inferre. Et haec
quidem oratio ad exigendam poenam pertinebat; sed
medio sermoni alium interserebat huiusmodi: Eu-
ropam terram esse pulcerrimam, arborum omnis
generis frugiferarum feracem, summae bonitatis,
et dignam quae prae mortalibus omnibus a solo
Rege possideatur. (6.) Haec ille dicebat, quod
novarum rerum cupidus esset, et Graeciae vellet esse
praefectus. Procedente vero tempore id quod volue-
rat, confecit; et Xerxi, ut rem adgrederetur, persua-
sit: accesserant enim alia quoque adiumenta, quae
ad permovendum regem valebant. Partim enim e

Ξεα. τοῦτο μὲν, ἀπὸ τῆς Θεσσαλίας παρὰ τῶν Ἀλευα-
 δέων ἀπιγμένοι ἄγγελοι ἐπεκαλέοντο βασιλῆα, πᾶσαν
 προθυμίην παρεχόμενοι, ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα· οἱ δὲ Ἀλευά-
 δαι οὗτοι ἔσαν Θεσσαλίας βασιλῆες. τοῦτο δὲ, Πεισι-
 στρατιδέων οἱ ἀναβεβηκότες εἰς Σοῦσα, τῶν τε αὐτέων 10
 λόγων ἐχόμενοι τῶν καὶ οἱ Ἀλευάδαι, καὶ δὴ τι πρὸς
 τούτοις ἐτι πλέον προσορέγοντό οἱ, ἔχοντες Ὀνομάκρι-
 τον, ἄνδρα Ἀθηναῖον, χρησμολόγον τε καὶ διαθέτην χρησ-
 μῶν τῶν Μουσαίου. ἀναβεβήκεσαν γὰρ τὴν ἔχθρην προ-
 καταλυσάμενοι· ἐξηλάσθη γὰρ ὑπὸ Ἰππάρχου τοῦ Πει- 15
 σιστράτου ὁ Ὀνομάκριτος ἐξ Ἀθηνέων, ἐπ' αὐτοφώρῳ
 αἰλῶς ὑπὸ Λάσου τοῦ Ἑρμιονέος ἐμποιέων εἰς τὰ Μου-
 σαίου χρησμὸν, ὡς αἱ ἐπὶ Λήμνου ἐπικείμεναι νῆσοι
 ἀφανιζοῖατο κατὰ τῆς θαλάσσης. διὸ ἐξήλασέ μιν ὁ
 Ἰππάρχος, πρότερον χρεώμενος τὰ μάλιστα. Τότε δὲ 20

Thessalia advenerant ab Aleuadis legati, invitantes
 regem ut adversus Graeciam duceret, et promptam ei
 operam pollicentes. Erant autem hi *Aleuadae*, Thes-
 saliae reges. Partim vero *Pisistratidae*, Susa pro-
 fecti, non modo eisdem utebantur sermonibus quibus
 Aleuadae, sed praeterea aliquanto magis regi concili-
 abantur eo, quod *Onomacritum* secum haberent
 Atheniensem, fatidicum virum, qui etiam *Musaei* vati-
 cinia digessit. Adscenderant hi autem, in gratiam
 cum illo reversi: nam Athenis pulsus *Onomacritus*
 fuerat ab Hipparcho, Pisistrati filio, eo quod de-
 prehensus a *Laso* Hermionis filio erat, quum *Mu-
 saei* vaticiniis hoc insereret, *extinctum iri insulas
 Lemnum versus sitas, mari hauriendas*. Hanc ob
 caussam in exsilium eum miserat Hipparchus, quum

συναναβαῖς, ὅπως ἀπίκοιτο ἐς ὄψιν τὴν βασιλῆος, λε-
 γόντων τῶν Πεισιστρατιδῶν περὶ αὐτοῦ σεμνοὺς λόγους,
 κατέλεγε τῶν χρησμῶν· εἰ μὲν τι ἐνέοι σφάλμα Φέρον
 τῷ βαρβάρῳ, τῶν μὲν ἔλεγε οὐδέν· ὁ δὲ τὰ εὐτυχέστα-
 25 τα ἐκλεγόμενος, ἔλεγε τὸν τε Ἑλλήσποντον ὡς ζευχθῆ-
 ναι χρεὸν εἴη ὑπ' ἀνδρὸς Πέρσῃ, τὴν τε ἔλασιν ἐξηγεό-
 μενος. οὗτός τε δὴ χρησμῶδῶν προσεφέρετο, καὶ οἱ τε
 Πεισιστρατίδαι καὶ οἱ Ἀλευάδαι γνώμας ἀποδεικνύμε-
 νοι. Ὡς δὲ ἀνεγνώσθη Ξέρξης στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν 7
 Ἑλλάδα, ἐνθαῦτα δευτέρῳ μὲν ἔτει μετὰ τὸν θάνατον
 τὸν Δαρείου, πρῶτα στρατηίην ποιέεται ἐπὶ τοὺς ἀπε-
 στεῶτας. τούτους μὲν νυν καταστρεψάμενος, καὶ Αἴ-
 5 γυπτον πᾶσαν πολλὸν δουλοτέρην ποιήσας ἢ ἐπὶ Δα-
 ρείου ἦν, ἐπιτρέπει Ἀχαιμένει, ἀδελφεῷ μὲν ἑαυτοῦ,

eodem antea familiarissime usus fuisset. Nunc ille si-
 mul Susa profectus, quoties in regis venit conspectum,
 multa de eo honorifice praedicantibus Pisistratidis,
 recitabat regi partem vaticiniorum; ita quidem, ut si
 quod inesset quod cladem praediceret barbaro, illud
 silentio praeteriret; ea vero sola seligeret, quae res
 faustissimas nunciarent; in his illud maxime, de
Hellesponto per virum Persam iungendo, et de
expeditione in Graeciam suscipienda. Sic igitur
 ille vaticiniis agebat cum rege; Pisistratidae vero et
 Aleuadae sententias suas exponendo. (7.) Postquam
 persuasus est *Xerxes* arma Graeciae inferre, tum
 vero, altero ab obitu Darii anno, primum adversus
 rebelles duxit exercitum. Quibus domitis, *Aegyptum*,
 graviolem in servitutem redactam, quam in
 qua sub Dario fuerat; *Achaemeni* tradidit admini-

Δαρείου δὲ παιδί. Ἀχαιμένεα μὲν νυν ἐπιτροπεύοντα Αἰγύπτου, χρόνῳ μετέπειτα ἐφόνευσε Ἰνάρος ἢ Ψαμμιτίχου, ἀνὴρ Λίβυς.

- 8 Ξέρξης δὲ μετὰ Αἰγύπτου ἄλωσιν, ὡς ἔμελλε εἰς χεῖρας ἄξεσθαι τὸ στράτευμα τὸ ἐπὶ τὰς Ἀθήνας, σύλλογον ἐπίκλητον Περσέων τῶν ἀρίστων ἐποιεῖτο, ἵνα γνώμας τε πύθῃται σφέων, καὶ αὐτὸς ἐν πᾶσι εἴπῃ
- (1) τὰ θελεῖ. Ὡς δὲ συνελέχθησαν, ἔλεξε Ξέρξης τάδε 5
 „ Ἄνδρες Πέρσαι, οὐτ' αὐτὸς κατηγήσομαι νόμον τάνδε
 „ ἐν ὑμῖν τίθεις, παραδεξάμενός τε αὐτῶ χρήσομαι. ὡς
 „ γὰρ ἐγὼ πυνθάνομαι τῶν πρεσβυτέρων, οὐδαμᾶ καὶ
 „ ἠτρεμήσαμεν, ἐπεὶ τε παρελάβομεν τὴν ἡγεμονίην τήν-
 „ δε παρὰ Μήδων, Κύρου κατελόντος Ἀστυάγεα· ἀλ- 10
 „ λά θεός τε οὕτω ἄγει, καὶ αὐτοῖσι ἡμῖν πολλὰ ἐπέ-

strandam, fratri suo, Darii filio. Eundem vero Achae-
 menem, Aegypti praefectum, interiecto tempore in-
 terfecit Inaros, vir Afer, Psammitichi filius.

(8.) Pacatâ Aegypto, Xerxes, quum in eo esset
 ut exercitum cogeret adversus Athenas ducendum,
 conventum convocavit *primariorum Persarum*,
 sententias illorum sciscitaturus; et in medio omnium
 ipse, quae vellet, expositurus. (8. 1.) Qui ut con-
 venire, haec apud eos verba rex fecit. *Viri Per-
 sae! Non ego primus hunc apud vos morem in-
 troduco, sed utar a maioribus accepto. Ut enim a
 maioribus natu audio, numquam adhuc otiosi se-
 dimus, ex quo hoc imperium a Medis in nos trans-
 latum est, postquam Astyagem Cyrus devicit; sed
 Deus ita nos ducit, et multa nobis, ductum eius
 sequentibus, prospere cedunt. Iam Cyri quidem et*

509, 25.

„ πουσι συμφέρεται ἐπὶ τὸ ἄμεινον. Τὰ μὲν νυν Κῦρός
 „ τε καὶ Καμβύσης πατὴρ τε ἐμὸς Δαρεῖος κατεργά-
 „ σαντο καὶ προσεκτήσαντο ἔθνη, ἐπισταμένοισι εὖ οὐκ
 15 „ ἂν τις λέγοι. Ἐγὼ δὲ, ἐπεὶ τε παρέλαβον τὸν θρό-
 „ νον, τοῦτο ἐφρόντιζον, ὅπως μὴ λείψομαι τῶν πρότε-
 „ ρον γενομένων ἐν τιμῇ τῆδε, μηδὲ ἐλάσσω προσκτῆ-
 „ σομαι δύναμιν Πέρσης. Φροντίζω δὲ εὐρίσκω ἅμα μὲν
 „ κῦδος ἡμῖν τε προσγιγόμενον, χῶρην τε τῆς νῦν ἐκτῆ-
 20 „ μεθα οὐκ ἐλάσσονα οὐδὲ φλαυροτέραν, παμφορωτέ-
 „ ρην τε ἅμα δὲ τιμαρῖν τε καὶ τίσιν γινομένην. διὸ
 „ ὑμέας νῦν ἐγὼ συνέλεξα, ἵνα τὸ νοέω πρήσσειν, ὑπερ-
 „ θέωμαι ὑμῖν. Μέλλω, ζεύξας τὸν Ἑλλήσποντον, 8
 „ ἐλαῖν στρατὸν διὰ τῆς Εὐρώπης ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, ἵνα ⁽²⁾
 25 „ Ἀθηναίους τιμωρήσομαι, ὅσα δὴ πεποιήκασι Πέρσας

*Cambysis et patris mei Darii res gestas, et quos illi
 populos Persis adquisiverint, quid opus est ut
 apud bene gnaros commemorem? Ego vero, ex
 quo hanc sedem accepi, in hoc meam curam in-
 tendo, ne his, qui ante me in hac dignitate fuere,
 sim inferior, neque minorem Persis potentiam
 adquiram. Atque hoc ipsum dum curo, reperio
 viam et gloriâ nos augendi, et terrâ non minore
 nec deteriore quam haec, quam possidemus, atque
 etiam feraciorē, simul vero ullionem et poenas
 sumendi de his qui eas commeruerunt. Itaque vos
 convocavi, ut, quae agere constitui, vobiscum com-
 municem. (8. 2.) Ponte iuncturus sum Hellespon-
 tum, et exercitum per Europam ducturus in Grae-
 ciam, quo ab Atheniensibus poenas repetam ma-
 lorum omnium, quibus Persas et patrem meum*

„τε καὶ πατέρα τὸν ἐμὸν. Ὡρατε μὲν νυν καὶ Δα-
 „ρεῖον ἰθύοντα στρατεύεσθαι ἐπὶ τοὺς ἀνδρας τούτους.
 „ἀλλ' ὁ μὲν τετελεύτηκε, καὶ οὐκ ἐξεγένετό οἱ τιμω-
 „ρήσασθαι· ἐγὼ δὲ ὑπὲρ τε ἐκείνου καὶ τῶν ἄλλων
 „Περσέων οὐ πρότερον παύσομαι, πρὶν ἢ ἔλω τε καὶ 30
 „πυρῶσω τὰς Ἀθήνας· οἳ γε ἐμὲ καὶ πατέρα τὸν ἐμὸν
 „ὑπῆρξαν ἀδίκᾳ ποιεῦντες. πρῶτα μὲν, ἐς Σάρδις ἐλ-
 „θόντες ἅμα Ἀρισταγόρῃ τῷ Μιλησίῳ, δούλῳ δὲ ἡμε-
 „τέρῳ, ἀπικόμενοι ἐνέπησαν τὰ τε ἄλσεα καὶ τὰ
 „ἱρά· δεύτερα δὲ, ἡμέας οἷα ἔρξαν ἐς τὴν σφετέρην 35
 „ἀποβάνας, ὅτε Δαΐτις τε καὶ Ἀρταφέρνης ἐστρατή-
 8 „γεον, τὰ ἐπίστασθέ' ἴου πάντες. Τούτων μέντοι εἴνε-
 (3) „κα ἀνάρτημαι ἐπ' αὐτοὺς στρατεύεσθαι. ἀγαθὰ δὲ ἐν
 „αὐτοῖσι τοσαύδε ἀνευρίσκω λογιζόμενος, εἰ τούτους τε

*adfecerunt. Vidistis iam Darium quoque expedi-
 tionem parare adversus hos homines. At ille e vi-
 tā excessit, nec ei contigit capere poenas: ego
 vero, illius caussā reliquorumque Persarum, non
 prius sum quieturus, quam Athenas subactas igne
 cremavero; hos homines, qui priores me patrem-
 que meum iniuriis lacessiverunt; primum quidem,
 incursione Sardes factā cum Aristagora Milesio,
 servo nostro, et sacris lucis templisque crematis:
 deinde vero, qualia sunt, quibus nos acceperunt,
 quum Dati et Artapherne ducibus terram illorum
 sumus ingressi! quae satis nostis omnes. (8. 3.)
 Igitur his quidem de caussis bellum illis inferre
 constitui. Simul vero, rem recte meum reputans,
 maxima in hoc ipso commoda reperio, si et hosce
 et eorum vicinos, qui Pelopis Phrygis terram in-*

40 „καὶ τοὺς τούτοις πλησιοχώρους καταστρεψόμεθα, οἱ
 „Πέλοπος τοῦ Φρυγὸς νέμονται χώραν. γῆν τὴν Πε-
 „σίδα ἀποδέξομεν τῷ Διὸς αἰθέρι ὀμουρέουσιν· οὐ γὰρ
 „δὴ χώραν γε οὐδεμίην κατόψεται ὁ ἥλιος ὀμουρον ἐοῦ-
 „σαν τῇ ἡμετέρῃ, ἀλλὰ σφεας πάσας ἐγὼ ἄμα ὑμῖν
 45 „μίαν χώραν θήσω, διὰ πάσης διεξελθὼν τῆς Εὐρώπης.
 „πυνθάνομαι γὰρ ὧδε ἔχειν· οὔτε τινὰ πόλιν ἀνδρῶν
 „οὐδεμίην, οὔτε ἔθνος οὐδὲν ἀνθρώπων ὑπολείπεσθαι,
 „τὸ ἡμῖν οἶόν τε ἔσται ἐλθεῖν ἐς μάχην, τούτων τῶν
 „κατέλεξα, ὑπεξαρημένων. οὕτω οἳ τε ἡμῖν αἴτιοι
 50 „ἔξουσι δούλιον ζυγόν, οἳ τε ἀναίτιοι. Ὑμεῖς δ' ἂν 8
 „μοι, τάδε ποιέοντες, χαρίζοισθε. ἐπεὰν ὑμῖν σημήνω (4)
 „τὸν χρόνον, ἐς τὸν ἴκειν δεῖ, προθύμως πάντα τινὰ
 „ὑμέων χρήσει παρεῖναι· ὅς ἂν δὲ ἔχων ἴκη παρε-

*colunt, subegerimus. Sic enim terram Persicam
 aetheri Iovis faciemus conterminam: nec enim
 aliam ullam terram sol adspiciet, quae nostrae sit
 finitima; sed ego vobiscum, universâ peragratâ
 Europâ, ex omnibus terris unam faciam. Quippe
 ita se rem habere reperio, nullam inter homines
 civitatem, nullum populum inter mortales reli-
 quum esse, qui adversus nos in aciem progredi
 possit, quando hos quos dixi subegerimus. Ita et
 his, qui male de nobis meruerunt, et insontibus
 pariter, servile iugum impositum fuerit. (8. 4.)
 Vos vero, hoc si feceritis, gratum mihi fecerit-
 tis: quum tempus vobis indicavero, quo conve-
 nire oporteat, promte unumquemque vestrûm ad-
 esse oportebit. Quisquis vero cum exercitu adve-
 nerit optime instructo, eum ego muneribus do-*

„σκευασμένον στρατὸν κάλλιστα, δώσω οἱ δῶρα τὰ
 „τιμιώτατα νομίζεται εἶναι ἐν ἡμετέρου. ποιητέα μὲν νυν 55
 „ταῦτά ἐστι οὕτω. Ἴνα δὲ μὴ ἰδιοβουλεύειν ὑμῖν δο-
 „κέω, τίθημι τὸ πρῆγμα ἐς μέσον, γνώμην κελεύων
 „ὑμέων τὸν βουλόμενον ἀποφαίνεσθαι.“ Ταῦτα εἶπας
 ἐπαύετο.

- 9 Μετ' αὐτὸν δὲ Μαρδόνιος ἔλεγε· „ὦ δέσποτα, οὐ
 „μόνον εἰς τῶν γενομένων Περσέων ἀριστος, ἀλλὰ καὶ
 „τῶν ἐσομένων· ὅς τὰ τε ἄλλα λέγων ἐπῖκεο ἀριστα
 „καὶ ἀληθέστατα, καὶ Ἴωνας τοὺς ἐν τῇ Εὐρώπῃ κα-
 „τοιχημένους οὐκ εἰσείς καταγελάσαι ἡμῶν, ἐόντας 5
 „ἀναξίους. καὶ γὰρ δεινὸν ἂν εἴη πρῆγμα, εἰ Σάκας
 „μὲν καὶ Ἰνδοὺς καὶ Αἰθίοπας τε καὶ Ἀσσυρίους, ἄλλα
 „τε ἔθνεα πολλὰ καὶ μεγάλα, ἀδικήσαντα Πέρσας
 „οὐδὲν, ἀλλὰ δύναμιν προσκτᾶσθαι βουλόμενοι κατα-

nabo, quae apud nos honorificentissima habentur. Haec igitur ita facienda sunt. Ne vero vobis videar meum unius sequi velle consilium, in medium vobis hanc rem propono; iubeoque ut, quisquis vestrum voluerit, suam promat sententiam.
 * His dictis Xerxes finem fecit loquendi.

(9.) Post illum Mardonius, talem sermonem est exorsus. Domine! tu Persarum omnium, qui et fuerunt et futuri sunt, praestantissimus es: qui et alia praeclara verissimaeque commemorasti, et Ionas Europam habitantes, indignos homines, non passurus es irridere nobis. Etenim mira atque misera res esset, quum Sacas et Indos et Aethiops et Assyrios, et alios multos magnosque populos, non quod iniuriam Persis intulissent,

- 10 „στρεψάμενοι δούλους ἔχομεν· Ἕλληνας δὲ, ὑπάρξαν-
 „τας αἰδικίης, οὐ τιμωρησόμεθα. τί δείσαντες; κοίην
 „πλήθεος συστροφὴν; κοίην δὲ χρημάτων δύναμιν; Τῶν 9
 „ἐπιστάμεθα μὲν τὴν μάχην, ἐπιστάμεθα δὲ τὴν δύνα- (1)
 „μιν, εὐῶσαν ἀσθενέα· ἔχομεν δὲ αὐτέων παῖδας κατα-
 15 „στρεψάμενοι, τούτους οἱ ἐν τῇ ἡμετέρῃ κατοικημένοι,
 „Ἴωνές τε καὶ Αἰολέες καὶ Δωριέες καλέονται. Ἐπει-
 „ρήθην δὲ καὶ αὐτὸς ἤδη ἐπελαύνων ἐπὶ τοὺς ἀνδρας
 „τούτους, ὑπὸ πατρὸς τοῦ σοῦ κελευσθείς· καὶ μοι μέ-
 „χρι Μακεδονίης ἐλάσαντι, καὶ ὀλίγον ἀπολιπόντι ἐς
 20 „αὐτὰς Ἀθήνας ἀπικέσθαι, οὐδεὶς ἀντιώθη ἐς μάχην.
 „Καὶ τοι γε εἰώθασι Ἕλληνες, ὡς πυνθάνομαι, ἀβου- 9
 „λότατα πολέμους ἴστασθαι, ὑπὸ τε ἀγνωμοσύνης καὶ (2)
 „σκαιότητος. ἐπεὰν γὰρ ἀλλήλοισι πόλεμον προεἰπω-

sed quod nos nostram augere voluimus potentiam, subegerimus servosque habeamus; si Graecos, qui iniuriis nos lacessiverunt, impune abire pateremur: quid tandem metuentes? quemnam multitudinis concursum? quam pecuniarum vim? (9. 1.) Novimus sane illorum pugnae genus; novimus etiam quam imbecilles sint vires: filiosque eorum subactos habemus, hos qui in nostra terra sedes habent, et Iones et Aeolenses et Dorienses nominantur. Atque etiam ipse ego periculum horum hominum feci, adversus illos a patre tuo missus: ubi, quum usque in Macedoniam duxissem exercitum, et prope modum ad ipsas pervenissem Athenas, nemo mihi in aciem occurrit. (9. 2.) Quamquam caeteroquin quidem consuerunt (ut audio) Graeci inconsultissime bella sua administrare, stolidi et

„σι, ἐξευρόντες τὸ κάλλιστον χωρίον καὶ λειότατον, ἐς
 „τοῦτο κατιόντες μάχονται ὥστε σὺν κακῷ μεγάλῳ 25
 „οὐδὲ λέγω ἀρχὴν, ἐξώλεες γὰρ δὴ γίνονται. τοὺς χροῖν,
 „έοντας ὁμογλώσσους, κήρυξί τε διαχρεωμένους καὶ ἀγ-
 „γέλοισι, καταλαμβάνειν τὰς διαφορὰς, καὶ παντὶ
 „μᾶλλον ἢ μάχησι· εἰ δὲ πάντως ἔδεε πολεμέειν πρὸς 30
 „ἀλλήλους, ἐξευρίσκειν χροῖν τῇ ἐκάτεροί εἰσι δυσχει-
 „ρωτότατοι, καὶ ταύτῃ πειροῦν. τῶπῳ τοίνυν οὐ χρηστῶ
 „Ἕλληνας διαχρεώμενοι, ἐμέο ἐλάσαντος μέχρι Μα-
 „κεδονίης γῆς, οὐκ ἦλθον ἐς τούτου λόγον ὥστε μάχε-
 9 „σθαι. Σοὶ δὲ δὴ μέλλει τίς, ὃ βασιλεῦ, ἀντιώσε- 35
 (3) „σθαι πόλεμον προσφέρειν, ἄγοντι καὶ πλήθος τὸ ἐκ

pervicaci quadam confidentiâ. Postquam enim sibi invicem bellum indixerunt, pulcerrimam et apertissimam quaerunt planitiem, in quam descendant manus conserturi: quo fit ut etiam victores magno cum detrimento discedant; de victis autem ne verbum quidem dico, nam internecone delentur. Quos oportebat, quum sint homines eâdem linguâ utentes, per praecones et nuncios, et alia quavis ratione potius, quam praelio, lites suas componere: sin omnino praelio sibi decernendum putant, oportebat locum pugnae capere, in quo utrique superato essent difficillimi, et ibi belli fortunam tentare. Quamvis igitur tam perniciose ratione belli gerendi utantur Graeci, tamen, quum ego usque in Macedoniam duxissem exercitum, non induxerunt in animum ut in aciem contra me descenderent. (9. 3.) Tibi vero, Rex, quis ausu-

„τῆς Ἀσίας καὶ νέας τὰς ἀπάσας; ὡς μὲν ἐγὼ δοκέω,
 „οὐκ ἐς τοῦτο θράσους ἀνήκει τὰ Ἑλλήνων πρήγματα.
 „εἰ δὲ ἄρα ἐγὼ γε ψευσθεῖν γνῶμη, καὶ ἐκεῖνοι ἐπαρ-
 40 „θέντες ἀβουλίῃ ἔλθοισιν ἡμῖν ἐς μάχην, μάθοισιν ἂν ὡς
 „εἶμεν ἀνθρώπων ἀριστοὶ τὰ πολεμῆια. Ἔστω δ' ὧν
 „μηδὲν ἀπειρήτον· αὐτόματον γὰρ οὐδὲν, ἀλλ' ἀπὸ πεί-
 „ρης πάντα, ἀνθρώποισι Φιλέει γίνεσθαι.“ Μαρδόνιος μὲν
 τοσαῦτα ἐπιλεήνας τὴν Ξέρξεω γνῶμην, ἐπέπαυτο.

Σιωπᾶντων δὲ τῶν ἄλλων Περσέων, καὶ οὐ τολμών- 10
 των γνῶμην ἀποδείκνυσθαι ἀντίην τῇ προκειμένῃ, Ἀρτά-
 βανος ὁ Ὑστάσπεος, πάτωως ἐὼν Ξέρξῃ, τῷ δὴ καὶ
 πίσυνος ἐὼν, ἔλεγε τάδε· „ὦ βασιλεῦ, μὴ λεχθει- (1)
 5 „σέων μὲν γνωμέων ἀντιέων ἀλλήλησι, οὐκ ἔστι τὴν

*rus est in aciem occurrere, multitudinem naves-
 que cunctas ex universa Asia coactas ducenti?
 Equidem ita sentio, eo audaciae non progressu-
 ram esse rem Graecorum. Sin me fefellerit mea
 opinio, si illi vecordiâ elati in aciem adversus nos
 sunt descensuri, didicerint esse nos viros bello
 fortissimos. Quare intentatum nihil relinquamus:
 nam sua sponte nihil fit, sed omnia hominibus
 conando contingunt. In hunc modum postquam
 Xerxis sententiam Mardonius mollivit, dicendi
 finem fecit.*

(10.) Silentium tenentibus caeteris Persis, nec au-
 dentibus sententiam promere contrariam ei quae pro-
 posita erat, *Artabanus* Hystaspis filius, patruus
 Xerxis, eoque fidentior, haec fecit verba. (10. 1.)
*Rex! nisi sententiae dictae fuerint invicem oppo-
 sitae, fieri non potest ut eligatur optima: sed illae*
Herod. T. III. P. I. L

„ἀμείνω αἰρεόμενον ἐλέσθαι, ἀλλὰ δεῖ τῇ εἰρημένῃ χρῆ-
 „σθαι· λεχθραῖσάν δὲ, ἔστι ὡς περ τὸν χρυσὸν τὸν ἀκῆ-
 „ρατον, αὐτὸν μὲν ἐπ' ἑαυτοῦ οὐ διαγινώσκωμεν, ἐπεὶ
 „δὲ παρατρέψωμεν ἄλλῳ χρυσῷ, διαγινώσκωμεν τὸν
 „ἀμείνω. Ἐγὼ δὲ καὶ πατρὶ τῷ σῷ, ἀδελφεῷ δὲ ἐμῷ, 10
 „Δαρείῳ, ἠγόρευον μὴ στρατεύεσθαι ἐπὶ Σκύθας, ἀν-
 „δρας οὐδαμῶτι γῆς ἄστου νέμοντας· ὁ δὲ, ἐλπίζων Σκύ-
 „θας τοὺς νομάδας καταστρέψεσθαι, ἐμοὶ τε οὐκ ἐπέι-
 „θετο, στρατευσάμενός τε, πολλοὺς τε καὶ ἀγαθοὺς
 „τῆς στρατιῆς ἀποβαλὼν ἀπῆλθε. σὺ δὲ, ὦ βασιλεῦ, 15
 „μέλλεις ἐπ' ἀνδρας στρατεύεσθαι πολλὸν ἀμείνονας
 „ἢ Σκύθας· οἱ κατὰ θάλασσαν τε ἀριστοὶ καὶ κατὰ
 „γῆν λέγονται εἶναι. τὸ δὲ αὐτοῖσι ἔνεστι δεινὸν, ἐμέ
 10 „σοι δίκαιόν ἐστι φράζειν. Ζεῦξας Φῆς τὸν Ἑλλήσπον-
 (2) „τον, ἐλαῖν στρατὸν διὰ τῆς Εὐρώπης εἰς τὴν Ἑλλάδα. 20

*si dictae fuerint, tunc demum fieri potest; quem-
 admodum sincerum aurum non per se ipsum di-
 gnoscimus; sed, dum illud (Lydio lapidi) iuxta
 aliud aurum adterimus, ita id quod melius est
 discernimus. Ego vero etiam patri tuo Dario, meo
 fratri, suaseram ne bellum Scythis inferret, homi-
 nibus nusquam urbem incolentibus: at ille, sperans
 se nomades istos Scythas subacturum, mihi non
 paruit; sed, expeditione suscepta, amissis multis
 fortibus viris rediit. Tu vero, Rex, bellum illatu-
 rus es viris multo quam Scythae praestantioribus,
 qui et terra et mari fortissimi esse dicuntur. Quo
 in consilio quodnam insit periculum, aequum est
 ut tibi exponam. (10. 2.) Iuncto, ais, Hellesponto,
 ducturum te esse per Europam exercitum in Grae-*

512, 43.

„καὶ δὴ καὶ συνήνεκε ἢ τοι κατὰ γῆν ἢ καὶ κατὰ θά-
 „λασσαν ἐσσωβῆναι, ἢ καὶ κατ' ἀμφοτέρα. οἱ γὰρ ἀν-
 „δρες λέγονται εἶναι ἄλκιμοι· πάρεστι δὲ καὶ σταθμώ-
 „σασθαι, εἰ στρατιήν γε τοσαύτην σὺν Δάτι καὶ Ἀρ-
 25 „ταΦέρνει ἐλθοῦσαν ἐς τὴν Ἀττικὴν χώραν μῦνοι Ἀθη-
 „ναῖοι διέφθειραν. οὐκ ὦν ἀμφοτέρη σοφίᾳ ἐχώρησε· ἀλλ',
 „ἦν τῆσι νηυσὶ ἐμβάλωσι, καὶ νικήσαντες ναυμαχίᾳ
 „πλέωσι ἐς τὸν Ἑλλήσποντον, καὶ ἔπειτα λύσωσι τὴν
 „γέφυραν, τοῦτο δὴ, βασιλεῦ, γίνεται δεινόν. Ἐγὼ 10
 30 „δὲ οὐδεμιῇ σοφίᾳ οἰκίῃ αὐτὸς ταῦτα συμβάλλομαι. (3)
 „ἀλλ' οἷόν μοι κατεῆμας ὀλίγου ἐδέησε καταλαβεῖν πά-
 „θος, ὅτε πατὴρ σὸς ζεύξας Βόσπορον τὸν Θρηάκιον,
 „γεφυρώσας δὲ ποταμὸν Ἰστρὸν, διέβη ἐπὶ Σκύθας!
 „τότε παντοίοι ἐγένοντο Σκύθαι δεόμενοι Ἰώνων λῦσαι

*ciam. Atqui acciderit etiam, ut vel terra vel mari
 vincamur, aut etiam utrimque. Dicuntur enim
 fortes hi esse viri: ac potest id etiam hinc aesti-
 mari, quod tantas copias, quantae cum Dati et
 Artapherne Graeciam invaserunt, soli Athenien-
 ses perdidierunt. Quod si non utrimque res illis
 successerit; at hoc sane verendum est, ne con-
 scensis navibus, pugna navali superiores, navigent
 in Hellespontum, et pontem dissolvant. (10. 3.)
 Ego vero non mea quadam propria prudentia haec
 ita conicio. Sed qualis tandem fuit illa calamitas,
 quae parum absuit ut nos adfligeret, quum pater
 tuus, iuncto Bosporo Thracico, et ponte super
 Istrum posito, Scytharum in terram transiit! Om-
 nibus modis tunc Scythae Ionas illos, quibus com-
 missa erat custodia pontium Istro impositorum,*

„τὸν πόρον, τοῖσι ἐπιτέτραπτο ἡ Φυλακὴ τῶν γεφυ- 35
 „ρέων τοῦ Ἰστρου. καὶ τότε γε Ἰστιαῖος ὁ Μιλητου
 „τύραννος εἰ ἐπέσπετο τῶν ἄλλων τυράννων τῇ γνώμῃ,
 „μηδὲ ἠντιώθη, διέργαστο ἂν τὰ Περσέων πρήγμα-
 „τα. καὶ τοι καὶ λόγῳ ἀκοῦσαι δεινὸν, ἐπ' ἀνδρὶ γε
 10 „ἐνὶ πάντα τὰ βασιλέος πρήγματα γεγενῆσθαι. Σὺ 40
 (4) „ἂν μὴ βούλευε εἰς κίνδυνον μηδένα τοιοῦτον ἀπικέσθαι,
 „μηδεμιῆς ἀνάγκης εὐσύνης· ἀλλ' ἐμοὶ πείθευ. νῦν μὲν
 „τὸν σύλλογον τόνδε διάλυσον· αὐτίς τε, ὅταν τοι δο-
 „κῆ, προσκεψάμενος ἐπὶ σεωυτοῦ, προαγόρευε τὰ τοι
 „δοκεῖ εἶναι ἀρίστα. τὸ γὰρ εὖ βουλευέσθαι, κέρδος 45
 „μέγιστον εὐρίσκω εἶναι. εἰ γὰρ καὶ ἐναντιωθῆναι τι θέ-
 „λει, βεβούλευται μὲν οὐδὲν ἤσπον εὖ, ἔσσωται δὲ ὑπὸ
 „τῆς τύχης τὸ βούλευμα· ὁ δὲ βούλευσάμενος αἰσχροῶς,

solicitarunt, ut pontem rescinderent. Ubi si Histiaeus, Mileti tyrannus, reliquorum tyrannorum secutus esset sententiam, neque se illi opposuisset, omnino perditae erant res Persarum. Terribile est autem vel fando audire, in unius hominis potestate sitam fuisse universam regis et Persarum salutem. (10. 4.) Tu igitur noli in tantum te periculum, nulla urgente necessitate, coniiicere: sed me audi. Nunc quidem hoc dimitte concilium: et, re diligenter tecum deliberata, deinde rursus, si tibi videtur, propone quae optima tibi videbuntur. Etenim recte consultare reperio maximum esse lucrum. Nam etiam si contra id quod volueris acciderit aliquid, nihilo minus recte consultaveris, fortuna vero superaverit consilium: qui vero turpe consilium cepit, is, si fortuna ei ad-

513, 73.

- „εἴ οἱ ἡ τύχη ἐπίσποιτο, εὐρημα εὐρηκε, ἤσπον δὲ οὐδέν
 50 „οἱ κακῶς βεβούλευται. Ὅραῖς τὰ ὑπερέχοντα ζῶα ὡς 10
 „κεραυνοῖ ὁ Θεὸς, οὐδὲ εἴαν φαντάζεσθαι, τὰ δὲ σμικρὰ (5)
 „οὐδέν μιν κνίξει; ὄραῖς δὲ ὡς ἐς οἰκήματα τὰ μέγιστα
 „αιεῖ, καὶ δένδρεα τὰ τοιαῦτα, ἀποσκήπτει τὰ βέλεα;
 „Φιλέει γὰρ ὁ Θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν.
 55 „οὕτω δὴ καὶ στρατὸς πολλὰς ὑπὸ ὀλίγου διαφθείρεται
 „κατὰ τοιόνδε. ἐπεὰν σφι ὁ Θεὸς φθονήσας φόβον ἐμ-
 „βάλη, ἢ βροντὴν, δι' ὧν ἐφθάρησαν ἀναξίως ἑαυτῶν·
 „οὐ γὰρ εἴαν φρονέειν μέγα ὁ Θεὸς ἄλλον ἢ ἑαυτόν.
 „Ἐπειχθῆναι μὲν νυν πᾶν πρῆγμα, τίκτει σφάλματα, 10
 60 „ἐκ τῶν ζημίαι μεγάλαι φιλέουσι γίνεσθαι· ἐν δὲ τῶ (6)
 „ἐπισχεῖν ἔνεστι ἀγαθὰ, εἰ μὴ παραυτίκα δοκέοντα
 „εἶναι, ἀλλ' ἀνα χρόνον ἐξεύροι τις ἄν. Σοὶ μὲν δὴ

fuerit, lucrum quidem invenerit, nihilo vero minus malum ceperit consilium. (10. 5.) Vides quo pacto eminentia prae caeteris animalia fulmine percussat Deus, nec sinat ea superbire: minutis autem non invidet. Vides etiam ut in maxima semper aedificia et in altissimas arbores tela sua coniecit. Amat enim Deus, eminentia omnia truncare: itaque etiam ingens exercitus eadem ratione perditur ab exiguo. Quando Deus illis metum aut fulmen incutit, indigno modo pereunt: nec enim sinit Deus magnum sapere, praeter se, alium quemquam. (10. 6.) Porro, deproperare rem quamcumque parit errores, e quibus ingentia solent damna existere: in cunctando autem insunt bona, quae si non protinus adparent, certe suo tempore aliquis reperiet. Haec igitur, Rex, tibi suadeo.

- 10 „ταῦτα, ὦ βασιλεῦ, συμβουλεύω. Σὺ δὲ, ὦ παῖ
 (7) „Γωβρύεω Μαρδόνιε, παῦσαι λέγων λόγους ματαίους
 „περὶ Ἑλλήνων, οὐκ ἐόντων ἀξίων Φλαύρωσ ἀκούειν. 65
 „Ἑλληνας γὰρ διαβάλλων, ἐπαίρεις αὐτὸν βασιλῆα
 „στρατεῦεσθαι· αὐτοῦ δὲ τούτου εἵνεκα δοκέεις μοι πᾶ-
 „σαν προθυμίην ἐκτείνειν. μὴ νυν οὕτω γένηται. διαβο-
 „λὴ γὰρ ἐστὶ δεινότατον· ἐν τῇ δύο μὲν εἰσι οἱ ἀδικέον-
 „τες, εἷς δὲ ὁ ἀδικεόμενος. ὁ μὲν γὰρ διαβάλλων ἀδι- 70
 „κέει, οὐ παρεόντος κατηγορέων· ὁ δὲ ἀδικεεί, ἀναπει-
 „θόμενος πρὶν ἢ ἀτρεκέως ἐκμάθη. ὁ δὲ δὴ ἀπεὼν τοῦ
 „λόγου τάδε ἐν αὐτοῖσι ἀδικεῖται, διαβληθεῖς τε ὑπὸ
 „τοῦ ἐτέρου, καὶ νομισθεῖς πρὸς τοῦ ἐτέρου κακὸς εἶναι.
 10 „Ἄλλ', εἰ δὴ δεῖ γε πάντως ἐπὶ τοὺς ἄνδρας τούτους 75
 (6) „στρατεῦεσθαι, Φέρε, βασιλεὺς μὲν αὐτὸς ἐν ἡβῆσι τοῖ-

(10. 7.) *Tu vero, Gobriae fili Mardonie, desine iniuriosa verba iactare in Graecos, qui non merentur male audire. Nam Graecos calumniando, ipsum regem excitas ad bellum suscipiendum: quem in finem tu mihi etiam videris studium omne intendere. At ne ita fiat! Calumnia enim gravissimum malum est: in quo duo sunt qui iniuriam inferunt, unus vero qui patitur iniuriam. Iniuriam enim infert calumniator, dum accusat absentem: infert vero et ille iniuriam, qui sibi persuaderi patitur priusquam rem adcurate comperitam habeat. Qui vero abest quum malitiose accusatur, is duplici adfcitur iniuriâ; primum hoc ipso, quod accusatur ab altero, deinde quod ab altero pravus esse existimatur. (10. 9.) Sed, si omnino oportet bellum huic populo inferre, age,*

514, 3.

„σι Περσέων μενέτω· ἡμέων δὲ ἀμφοτέρων παραβαλ-
 „λομένων τὰ τέκνα, στρατηλάτεις αὐτὸς σὺ, ἐπιλεξά-
 „μενός τε ἄνδρας τοὺς ἐθέλεις, καὶ λαβὼν στρατιὴν ὀκό-
 80 „σιν τινὰ βούλειαι. καὶ ἦν μὲν τῇ σὺ λέγεις ἀναβαίην
 „βασιλεῖ τὰ πρήγματα, κτεινέσθων οἱ ἐμοὶ παῖδες,
 „πρὸς δὲ αὐτοῖσι καὶ ἐγώ· ἦν δὲ τῇ ἐγὼ προλέγω, οἱ
 „σοὶ ταῦτα πασχόντων, σὺν δὲ σφι καὶ σὺ, ἦν ἀπο-
 „νοστήσης. Εἰ δὲ ταῦτα μὲν ὑποδύνειν οὐκ ἐβελήσεις,
 85 „σὺ δὲ πάντως στρατεύμα ἀνάξεις ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα,
 „ἀκούσεσθαί τινά φημι τῶν αὐτοῦ τῆδε ὑπολειπομέ-
 „νων, Μαρδόνιον μέγα τι κακὸν ἐξεργασμένον Πέρσας,
 „ὑπὸ κυνῶν τε καὶ ὀρνίθων διαφορεύμενον, ἢ κου ἐν γῆ
 „τῇ Ἀθηναίων, ἢ σέ γε ἐν τῇ Λακεδαιμονίων, εἰ μὴ
 90 „ἄρα καὶ πρότερον κατ' ὁδὸν, γνόντα ἐπ' οἴους ἄνδρας

rex ipse in sedibus maneat Persarum; sed, in medio depositis nostrum utriusque liberis, tu solus suscipe expeditionem; sumtis tecum quoscumque duces selegeris, et exercitu quantumcumque volueris. Tum, si res ita, ut tu ais, regi successerit, interficiantur mei liberi, et ego cum illis! sin, ut ego praedico, tuis liberis hoc fiat, et tibi ipsi, si quidem redieris! Quod si hanc inire conditionem recusas, et nihilo minus exercitum duxeris adversus Graeciam, audituros esse autumo homines qui hic relictus erunt, Mardonium, ingentis calamitatis auctorem Persis, alicubi in terra Atheniensium aut Lacedaemoniorum, nisi forte prius etiam in itinere, a canibus volucrisque fuisse laceratum, postquam cognovit quinam sint illi viri, contra quos tu regi persuades ut expeditionem suscipiat.

11 „ἀναγινώσκεις στρατεύεσθαι βασιλῆα.“ Ἀρτάβανος
 μὲν ταῦτα ἔλεξε. Ξέρξης δὲ θυμῶθεις ἀμείβεται τοῖσδε·
 „Ἀρτάβανε, πατὴρ εἰς τοῦ ἐμοῦ ἀδελφεός· τοῦτό σε
 „ῥύσεται μηδένα ἄξιον μισθὸν λαβεῖν ἐπέων ματαίων.
 „καὶ τοι ταύτην τὴν ἀτιμίην προστίθημι, εἶντι κακῶ 5
 „τε καὶ ἀθύρῳ, μήτε συστρατεύεσθαι ἐμοί γε ἐπὶ τὴν
 „Ἑλλάδα, αὐτοῦ τε μένειν ἅμα τῆσι γυναίξιν. ἐγὼ δὲ
 „καὶ ἄνευ σέο, ὅσα περ εἶπα, ἐπιτελέα ποιήσω. μὴ
 „γὰρ εἶην ἐκ Δαρείου τοῦ Ὑστάσπεος, τοῦ Ἀρσάμεος,
 „τοῦ Ἀριαράμνεω, τοῦ Τείσπεος, τοῦ Κύρου, τοῦ Καμ- 10
 „βύσεω, τοῦ Τείσπεος, τοῦ Ἀχαιμένεος γεγονώς, μὴ
 „τιμωρησάμενος Ἀθηναίους· εὖ ἐπιστάμενος, ὅτι εἰ ἡμεῖς
 „ἡσυχίην ἄζομεν, ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνοι, ἀλλὰ καὶ μάλα
 „στρατεύσονται ἐπὶ τὴν ἡμετέραν, εἰ χρὴ σταθμώσα-
 „σθαι τοῖσι ὑπαρογμένοισι ἐξ ἐκείνων· οἱ Σάρδις τε ἐνέ- 15

XI. 10. Ἀριαράμνεω. Ἀρμνεω ed. Wess. cum aliis.

(11.) Haec postquam Artabanus dixit, ira accensus Xerxes his verbis respondit: *Artabane, tu es patris mei frater: hoc te tuebitur, ne meritam iniuriosis verbis mercedem accipias. Verumtamen hanc tibi, quum sis ignavus et imbellis, ignominiam infligo, ut meae in Graeciam expeditionis non futurus sis comes, sed hinc cum mulieribus maneat. Ego vero absque te, quaecumque dixi, effecta dabo. Ne enim sim Dario, Hystaspi, Arsame, Ariaramne, Teispe, Cyro, Cambyse, Teispe, Achaeмене prognatus, nisi poenas ab Atheniensibus sumero! bene gnarus, si nos quieverimus, illos non quieturos, sed nostram utique terram bello esse invasuros; quod facile colligi ex his potest, quae ab*

515, 34.

„πρησαν, καὶ ἤλασαν ἐς τὴν Ἀσίην. οὐκ ἔξαναχω-
 „ρέειν οὐδετέροις δυνατῶς ἔχει, ἀλλὰ ποιέειν ἢ παθεῖν
 „προκίεται ἀγών· ἵνα ἢ τάδε πάντα ὑπὸ Ἑλλήσι, ἢ
 „ἐκεῖνα πάντα ὑπὸ Πέρσησι γένηται· τὸ γὰρ μέσον
 20 „οὐδὲν τῆς ἐχθρῆς ἐστί. Καλὸν ὦν προπεπονθότας ἡμέας
 „τιμαρῆειν ἤδη γίνεται, ἵνα καὶ τὸ δεινόν, τὸ πείσομαι,
 „τοῦτο μάθω, ἐλάσας ἐπ' ἀνδρας τούτους, τοὺς γε καὶ
 „Πέλοψ ὁ Φρυξ, ἐὼν πατέρων τῶν ἐμῶν δοῦλος, κα-
 „τεστρέψατο οὕτω, ὡς καὶ ἐς τόδε αὐτοί τε ὠνθρώ-
 25 „ποι καὶ ἢ γῆ αὐτέων ἐπώνυμοι τοῦ καταστρεψαμέ-
 „νου καλέονται.“

Ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτο ἐλέγετο. μετὰ δὲ εὐφρονή τε 12
 ἐγίνετο, καὶ Ξέρξεα ἔκνιζε ἢ Ἀρταβάνου γνάμη. νυκτὶ
 δὲ βουλὴν οἰδοῦς, πάγχυ εὐρισκέ οἱ οὐ πρῆγμα εἶναι

illis coepta sunt fieri, qui exercitu in Asiam tra-
iecto Sardes incenderunt. Quare neutris retrogredi
licet; sed propositum est agendi aut patiendi dis-
crimen, ut aut haec omnia sub Graecorum cadant
potestatem, aut ista sub Persarum: nullum inter
has inimicitias medium relinquitur. Recte igitur
factum fuerit, si iam nunc ultum eamus iniurias
quas priores passi sumus, et ego periculum hoc
experiar quod mihi imminet, adversus hos homi-
nes ducenti, quos quidem Pelops Phryx, servus
patrum nostrorum, ita subegit, ut ad hunc usque
diem et homines ipsi et eorum terra ab eodem, qui
eos subegit, nomen invenerint.

(12.) Hi hucusque sermones sunt habiti. Deinde
 adpetente nocte momordit Xerxem Artabani senten-
 tia. Noctu vero secum ipse deliberans reperit, pror-

στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα· δεδογμένων δὲ οἱ αὐτῆς
 τουτέων, κατύπνωσε. καὶ δὴ κου ἐν τῇ νυκτὶ εἶδε ὄψιν 5
 τοιήνδε, ὡς λέγεται ὑπὸ Περσέων. ἐδόκει ὁ Ξέρξης ἀν-
 δρα οἱ ἐπιστάντα μέγαν τε καὶ εὐειδέα εἰπεῖν· „Μετὰ
 „δὴ βουλευέαι, ᾧ Πέρσαι, στρατεύμα μὴ ἄγειν ἐπὶ
 „τὴν Ἑλλάδα, προείπας ἀλίζειν Πέρσας στρατόν; οὔτε
 „ᾧν μεταβουλεύομενος ποιέεις εὖ, οὔτε ὁ συγγνωσόμε- 10
 „νός τοι πάρα. Ἄλλ', ὥσπερ τῆς ἡμέρης ἐβουλευέσασ
 „ποιέειν, ταύτην ἴθι τῶν ὁδῶν.“ Τὸν μὲν, ταῦτα εἶπαν-
 13 τα, ἐδόκει ὁ Ξέρξης ἀποπτᾶσθαι. Ἡμέρης δὲ ἐπιλαμ-
 ψάτης, ὄνειρου μὲν τούτου λόγον οὐδένα ἐποιέετο, ὁ δὲ
 Περσέων συναλίσας τοὺς καὶ πρότερον συνέλεξε, ἔλεγέ
 σφι τάδε· „Ἄνδρες Πέρσαι, συγγνώμην μοι ἔχετε,
 „ὅτι ἀγχίστροφα βουλευόμαι. Φρενῶν τε γὰρ ἐς τὰ 5

sus sibi necesse non esse adversus Graeciam expedi-
 tionem suscipere: et postquam ita mutavit senten-
 tiam, somno sopitus est. At eadem nocte talem, ut
 quidem Persae narrant, visionem habuit. Videbatur
 Xerxi, adstare ipsi virum magnum et formosum, his
 verbis ipsum adloquentem: *Mutas tu igitur, Per-
 sa, tuum consilium, nec ducturus es exercitum
 in Graeciam, postquam edixisti Persis ut copias
 contrahant. Atqui nec recte facis, quod mutas sen-
 tentiam; nec, qui tibi adsentiat, quisquam est.
 Immo vero, quemadmodum hodie constitutum ha-
 bebas facere, eadem perge viâ.* His ille dictis avolare
 visus est Xerxi. (13.) Ut dies illuxit, rex nullâ hu-
 ius insomnii ratione habitâ, eosdem Persas, quos an-
 tea, convocavit, et in hunc modum eos est adlocu-
 tus: *Viri Persae, date mihi veniam, contrarium*

516, 64.

„ἐμεωυτοῦ πρώτα οὐκ ἀνήκω, καὶ οἱ παρηγορεύμενοι
 „κεῖνα ποίειν, οὐδένα χρόνον μευ ἀπέχονται. ἀκού-
 „σαντι μέντοι μοι τῆς Ἀρταβάνου γνώμης, παραυτίκα
 „μὲν ἡ νεότης ἐπέζεσε, ὥστε αἰεκέστερα ἀπορρίψαι ἔπεα
 10 „ἔς ἄνδρα πρεσβύτερον ἢ χρεόν. νῦν μέντοι συγγνοῦς,
 „χρήσομαι τῇ ἐκείνου γνώμῃ. ὡς ἂν μεταδεδογμένον
 „μοι μὴ στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, ἡσυχοί ἐστε.“
 Πέρσαι μὲν, ὡς ἤκουσαν ταῦτα, κεχαρηκότες προσ-
 εκύνεον. Νυκτὸς δὲ γενομένης, αὐτίς τῷ τούτῳ ὄνειρον τῷ 14
 Ξέρξῃ κατυπνωμένῳ ἔλεγε ἐπιστάν. „ὦ παῖ Δα-
 „ρείου, καὶ δὴ φαίνεαι ἐν Πέρσησί τε ἀπειπάμενος τὴν
 „στρατηλασίην, καὶ τὰ ἐμὰ ἔπεα ἐν οὐδενὶ ποιεύμενος
 5 „λόγῳ, ὡς παρ' οὐδενὸς ἀκούσας. εὔ νῦν τόδ' ἴσθι, ἦν
 „περ μὴ αὐτίκα στρατηλατέης, τάδε τοι ἐξ αὐτέων

superiori consilium capienti. Nam et ego ad id prudentiae culmen, quo tendo, nondum perveni; et, qui ad istud faciendum me excitant, nullo tempore a me discedunt. Atqui postquam Artabani audivi sententiam, statim quidem in me adversus illum ebullivit iuventus, ut indigniora quam oportebat verba in virum natu grandiore conicerem: verumtamen nunc, agnito meo errore, utar illius sententiâ. Scitote igitur abiecisse me belli Graeciae inferendi consilium, et quietem agite. His auditis, Persae laeti regem adorarunt. (14.) Insequente vero nocte idem insomnium dormienti Xerxi iterum adstans dixit: Tu ergo, Darii filii, palam coram Persis abiecisti belli consilium, nullâ meorum verborum ratione habitâ, quasi a nemine audivisses! Probe nunc scito, nisi protinus expeditionem

„ἀνατρήσειν· ὡς καὶ μέγας καὶ πολλὸς ἐγένεο ἐν
 „ὀλίγῳ χρόνῳ; οὕτω καὶ ταπεινὸς ἐπίσω κατὰ τὰ
 15 „χος ἔσειαι.“ Ξέρξης μὲν, περιδεὴς γενόμενος τῇ ὄψει,
 ἀνά τε ἔδραμε ἐκ τῆς κοίτης, καὶ πέμπει ἄγγελον
 ἐπὶ Ἀρτάβανον καλέοντα. ἀπικομένῳ δέ οἱ ἔλεγε
 Ξέρξης τάδε· „Ἀρτάβανε, ἐγὼ τὸ προσαυτικά μὲν
 „οὐκ ἔσωθρόνεον, εἶπας ἐς σέ μάταια ἔπεα χρηστῆς 5
 „εἵνεκα συμβουλίας· μετὰ μέντοι οὐ πολλὸν χρόνον με-
 „τέγων, ἔγνων δὲ ταῦτά μοι ποιητέα ἔοντα τὰ σὺ
 „ὑπέθῃκας. οὐκὼν δυνατὸς τοι εἰμὶ ταῦτα ποιέειν βου-
 „λόμενος· τετραμμένῳ γὰρ δὴ καὶ μετεγνακότη ἐπι-
 „φοιτῶν ὄνειρον φαντάζεται μοι, οὐδαμῶς συνεπαιπέον 10
 „ποιέειν με ταῦτα· νῦν δὲ καὶ διαπειλῆσαν οἴχεται. Εἰ
 „ὦν θεὸς ἐστὶ ὁ ἐπιπέμπων, καὶ οἱ πάντως ἐν ἡδονῇ

hanc susceperis, hoc tibi inde eventurum: quemadmodum brevi tempore magnus ampliusque evasisti, ita brevi rursus humilis eris. (15.) Territus hoc viso Xerxes e lecto prosiliit, nunciumque ad Artabanum misit, qui illum advocaret. Qui ubi adfuit, haec ei Xerxes dixit: *Artabane, ego statim quidem parum prudenter me gesseram, contumeliosa in te verba coniciens boni consilii causâ: brevi post vero mutavi sententiam, agnovique faciendum mihi id quod tu suasisti. Verumtamen hoc ipsum facere, quamvis velim, non possum: nam, postquam mutato consilio tuam probavi sententiam, iterato adparet mihi nocturnum visum, nequaquam probans ut hoc faciam; et nunc etiam minas intentans abiit. Si igitur Deus est qui illud mihi mittit, sique prorsus ei cordi est ut suscipiatur haec in*

„ἔστι γενέσθαι στρατηλασίην ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, ἐπιπτή-
 „σεται καὶ σοὶ ταῦτό τοῦτο ὄνειρον, ἑμοίως καὶ ἐμοὶ
 15 „ἐντελλόμενον. εὐρίσκω δὲ ᾧδε ἂν γινόμενα ταῦτα, εἰ
 „λάβοις τὴν ἐμὴν σκευὴν πᾶσαν, καὶ ἐνδύς, μετὰ τοῦ-
 „το ἴζοιο ἐς τὸν ἐμὸν θρόνον, καὶ ἔπειτα ἐν κοίτῃ τῇ ἐμῇ
 „κατυπνώσειαι.“ Ξέρξης μὲν ταῦτά οἱ ἔλεγε· Ἄρ- 16
 τάβανος δὲ οὐ τῷ πρώτῳ οἱ κελεύσματι πειθόμενος, οἷα
 οὐκ ἀξιούμενος ἐς τὸν βασιλῆϊον θρόνον ἵζεσθαι, τέλος
 ὡς ἠναγκάζετο, εἶπας τάδε, ἐποίηε τὸ κελευόμενον.
 5 „Ἴσον ἐκεῖνο, ᾧ βασιλεῦ, παρ' ἐμοὶ κέκριται, Φρονέειν (1)
 „τε εὖ, καὶ τῷ λέγοντι χρηστὰ ἐβέλειν πείθεσθαι· τὰ
 „σὲ καὶ ἀμφοτέρω περὶ ἰόντα, ἀνθρώπων κακῶν ὀμι-
 „λίαι σφάλλουσι· κατὰ περ, τὴν πάντων χρησιμωτά-
 „την ἀνθρώποισι θάλασσαν πνεύματα, Φασί, ἀνέμων

*Graeciam expeditio, idem hoc insomnium tibi
 etiam advolabit, eademque quae mihi praecipiet.
 Reperio autem sic hoc futurum, si tu universum
 meum cultum sumseris, eoque indutus in throno
 meo resederis, ac deinde meo in lecto cubueris.
 (16.) Haec postquam Xerxes locutus est, primum
 quidem dicto eius non paruit Artabanus, quippe si-
 bi non convenire iudicans in throno residere regis:
 postremo vero, ut coactus est, imperata fecit, post-
 quam haec regi responderat: (16. 1.) *Pari loco,
 Rex, sunt meo iudicio haec duo, recte sapere, et
 bonum danti consilium obsequi velle: quorum
 quum utrumque tibi insit, pravorum hominum
 colloquia in errorem te inducunt; quemadmodum
 mare, rem omnium utilissimam hominibus, aiunt
 ab irruentibus ventorum flatibus prohiberi ne na-**

„ἐμπίπτοντα οὐ περιορᾶν Φύσει τῇ ἑαυτῆς χρῆσθαι. 10
 „Ἐμέ δὲ, ἀκούσαντα πρὸς σεῦ κακῶς, οὐ τοσοῦτο
 „ἔδακε λύπη, ὅσον, γνωμέων δύο προκειμενέων Πέρ-
 „σησι, τῆς μὲν, ὕβριν αὐξανούσης, τῆς δὲ, καταπαυού-
 „σης, καὶ λεγούσης ὡς κακὸν εἶη διδάσκειν τὴν ψυχὴν
 „πλέον τι δίζησθαι αἰεὶ ἔχειν τοῦ παρεόντος· τοιουτέων 15
 „προκειμενέων γνωμέων, ὅτι τὴν σφραλερωτέστην σεαυ-
 16 „τῶ τε καὶ Πέρσησι ἀναίρεο. Νῦν ᾧν, ἐπειδὴ τέτρα-
 (2) „ψαι ἐπὶ τὴν ἀμείνω, φῆς τοι, μετιέντι τὸν ἐπ' Ἑλ-
 „ληνας στόλον, ἐπιφοιτᾶν ὄνειρον, θεοῦ τινος πομπῆ,
 „οὐκ ἐῶντά σε καταλύειν τὸν στόλον. ἀλλ' οὐδὲ ταῦ- 20
 „τά ἐστι, ᾧ παῖ, θεῖα. ἐνύπνια γὰρ τὰ ἐς ἀνθρώπους
 „πεπλανημένα, τοιαῦτά ἐστι οἷά σε ἐγὼ διδάξω, ἔτε-

*turam exserat suam. Ego vero, quando malis me
 verbis accepisti, non tam hoc ipsum aegre tuli,
 quam istud, quod, quum duae propositae essent
 Persis sententiae, altera iniuriosam augens inso-
 lentiam, altera eamdem reprimens, dicensque per-
 niciosam rem esse, excitare animum ad plura sem-
 per, quam quae habeas, concupiscenda; quod, in-
 quam, ex duabus hisce propositis sententiis eam
 suscepisti, quae et tibi et Persis periculosior est.
 (16. 2.) Nunc igitur, postquam ad meliorem te
 convertisti, et abiecisti expeditionis in Graeciam
 consilium, ais iterum tibi adparere insomnium
 divinitus missum, quod te vetet omittere hanc ex-
 peditionem. At ne est quidem, mi fili, res haec
 divina. Insomnia enim, quae inter homines va-
 gantur illisque accidunt, talia sunt, qualia ego
 te docebo, qui multis annis, quam tu, natus sum*

517, 22.

„σι σεῦ πολλοῖσι πρεσβύτερος εἰμί. πεπλανῆσθαι αὐ-
 „ται μάλιστα εἴωθασι αἱ ὄψεις τῶν ὄνειράτων, τὰ τις
 25 „ἡμέρας φροντίζει· ἡμεῖς δὲ τὰς πρὸ τοῦ ἡμέρας ταύ-
 „την τὴν στρατηλασίην καὶ τὸ κάρτα εἴχομεν μετὰ
 „χεῖρας. Εἰ δὲ ἄρα μὴ ἔστι τοῦτο τοιοῦτο οἷον ἐγὼ 16
 „διαίρέω, ἀλλὰ τι τοῦ Θεοῦ μετέχον, σὺ πᾶν αὐτὸ (3)
 „συλλαβῶν εἴρηκας· φανήτω γὰρ δὴ καὶ ἐμοὶ ὡς καὶ
 30 „σοὶ διακελευόμενον. φανῆναι δὲ οὐδὲν μᾶλλον μοι
 „ὀφείλει ἔχοντι τὴν σὴν ἐσθῆτα, ἢ οὐ καὶ τὴν ἐμήν· οὐδέ
 „τι μᾶλλον ἐν κοίτῃ τῇ σῇ ἀναπαυομένω, ἢ οὐ καὶ ἐν
 „τῇ ἐμῇ· εἰ περὶ γε καὶ ἄλλως ἐβέλει φανῆναι. οὐ γὰρ
 „δὴ ἐς τοσοῦτό γε εὐηθείης ἀνήκει τοῦτο, ὅ τι δὴ κοτέ
 35 „ἔστι, τὸ ἐπιφαινόμενόν τοι ἐν τῷ ὕπνῳ, ὥστε δόξει,
 „ἐμὲ ὄρων, σὲ εἶναι, τῇ σῇ ἐσθῆτι τεκμαιρόμενον. εἰ δὲ
 „ἐμὲ μὲν ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποιήσεται, οὐδὲ ἀξιώσει ἐπι-

maior. Qualia quis interdum curat ac meditatur, talia eum maxime circumvolitare solent visa per somnum: nos autem his proximis diebus occupatum quam maxime animum hac expeditione habuimus. (16. 3.) Sin hoc non tale est quale ego iudico, si divinum quidquam huic viso inest, tu recte rem intellexisti, recteque dixisti: adpareat enim illud et mihi, mihi que idem atque tibi praecepiat! Debet autem mihi nihilo magis adparere tuâ veste induto, quam meâ; nec magis tuo in lecto cubanti, quam in meo; si modo omnino adpariturum est. Nec enim profecto ita stultum erit hoc, quidquid sit, quod tibi per somnum adparuit, ut, me si viderit, te esse opinetur, ex veste tua iudicium faciens. Sin me nullo loco habuerit, ne ad-

„Φανῆναι, οὔτε ἦν τὴν ἐμὴν ἐσθῆτα ἔχω, οὔτε ἦν τὴν
 „σῆν. εἰ δὲ καὶ ἐπιφοιτήσῃ, τοῦτο ἤδη μαθητέον ἐστί.
 „εἰ γὰρ δὴ ἐπιφοιτήσῃ γε συνεχέως, φαίην ἂν καὶ αὐ- 40
 „τὸς θεῖον εἶναι. Εἰ δέ τοι οὕτω δεδοκῆται γίνεσθαι,
 „καὶ οὐκ οἶά τε αὐτὸ παρατρέψαι, ἀλλ' ἤδη δεῖ ἐμὲ
 „ἐν κοίτῃ τῇ σῇ κατυπνῶσαι, φέρε, τουτέων ἐξ ἐμεῦ
 „ἐπιτελευμένων, φανήτω καὶ ἐμοί. μέχρι δὲ τούτου, τῇ
 17 „παρεούσῃ γνώμῃ χρήσομαι.“ Τασαῦτα εἶπας Ἄρ- 45
 τάβανος, ἐλπίζων Ξέρξεα ἀποδέξειν λέγοντα οὐδέν,
 ἐποίησε τὸ κελευόμενον. ἐνδύς δὲ τὴν Ξέρξεω ἐσθῆτα, καὶ
 ἰζόμενος ἐς τὸν βασιλῆϊον θρόνον, ὡς μετὰ ταῦτα κοῖτον
 ἐποίηετο, ἦλθέ οἱ κατυπνωμένῳ τῷτὸ ὄνειρον τὸ καὶ πα- 5
 ρὰ Ξέρξεα ἐφοίτα· ὑπερστὰν δὲ τοῦ Ἄρταβάνου, εἶπε

XVI. 39. εἰ δὲ ex nostra coniectura. σὲ δὲ alii; οὐ δὲ mstē nonnulli.

parebit quidem mihi, sive tua indutus sim veste, sive meâ. An vero adpariturum etiam sit mihi, id nunc videndum est. Nam si constanter adpareret, dicerem et ego, rem divinam esse. Caeterum si tibi, ut ita faciam, stat decretum, neque ego te ut illud revoces commovere possum, si omnino me oportet tuo in lecto somnum capere: age, hoc ubi fecero, adpareat mihi quoque visum! Donec vero hoc contigerit, equidem in mea persistam sententia. (17.) His dictis, Artabanus, sperans se probaturum, nullius momenti esse quae Xerxes dixerat, morem illi gessit. Postquam vero vestem Xerxis indutus in solio regis consedit, ac deinde cubitum ivit, venit ad eum, ut somno sopitus est, idem insomnium quod Xerxi adparuerat; et capiti eius adstans,

518, 52.

τάδε „ Ἄρα σὺ δὴ κείνος εἷς ὁ ἀποσπεύδων Ξέρξεα
 „ στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, ὡς δὴ κηδόμενος αὐ-
 „ τοῦ; ἀλλ' οὔτε ἐς τὸ μετέπειτα, οὔτε ἐς τὸ παρατί-
 10 „ κα νῦν καταπρόΐξει· ἀποτρέπων τὸ χροεὸν γενέσθαι.
 „ Ξέρξεα δὲ τὰ δεῖ ἀνηκουστέοντα παβέειν, αὐτῷ ἐκείνω
 „ δεδήλωται.“ Ταῦτά τε δὴ ἐδόκεε Ἀρτάβανος τὸ ὄνει- 18
 ρον ἀπειλέειν, καὶ θερμοῖσι σιδηροῖσι ἐκκαίειν αὐτοῦ
 μέλλειν τοὺς ὀφθαλμούς. καὶ ὅς, ἀμβώσας μέγα,
 ἀναβρώσκει· καὶ παριζόμενος Ξέρξῃ, ὡς τὴν ὄψιν οἱ τοῦ
 5 ἐνουπνίου διεξῆλθε ἀπηγεόμενος, δεύτερά οἱ λέγει τάδε·
 „ Ἐγὼ μὲν, ὦ βασιλεῦ, οἷα ἄνθρωπος ἰδὼν ἤδη πολ-
 „ λά τε καὶ μεγάλα πεσόντα πρῆγματα ὑπὸ ἡσσό-
 „ νων, οὐκ ἔων σε τὰ πάντα τῇ ἡλικίῃ εἴκειν. ἐπιστά-
 „ μενος ὡς κακὸν εἶη τὸ πολλῶν ἐπιθυμέειν, μεμνημέ-

haec dixit: Tu igitur is es, qui Xerxem, veluti curam eius gerens, hortaris, ne bellum inferat Graecis? At nec posthac, nec nunc, impune feres, qui infecta reddere ea, quae fieri oportet, conaris. Xerxem autem quae poena maneat, dicto non audientem, ipsi declaratum est. (18.) His verbis visum est Artabano insomnium illud minas ipsi intentare, simulque candentibus ferris velle ipsi exurere oculos. Itaque alta exclamans voce, de lecto prosiliit; adsidensque Xerxi, postquam insomnii visum ei exposuit, haec deinde verba adiecit: *Equidem, Rex, utpote qui multas atque magnas res eversas vidi ab infirmioribus, retinere te volueram, ne omnibus in rebus iuvenili indulgeres aetati. Itaque gnarus quam perniciosum sit nimia concupiscere, et memor Cyri in Massagetas ex-*
Herod. T. III. P. I. M

10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 20

11ος μὲν τὸν ἐπὶ Μασσαγέτας Κύρου στόλον ὡς ἔπρα-
 12ξε, μεμνημένος δὲ καὶ τὸν ἐπ' Αἰθίοπας τὸν Καμβύ-
 13σεω, συστρατευόμενος δὲ καὶ Δαρείω ἐπὶ Σκύθας·
 14ἐπιστάμενος ταῦτα, γνώμην εἶχον, ἀτρεμίζοντά σε
 15μακαριστὸν εἶναι πρὸς πάντων ἀνθρώπων. Ἐπεὶ δὲ
 16δαιμονίη τις γίνεται ὄρμη, καὶ Ἕλληνας, ὡς ἔοικε,
 17Φθορή τις καταλαμβάνει θεήλατος, ἐγὼ μὲν καὶ
 18αὐτὸς τράπομαι, καὶ τὴν γνώμην μετατίθεμαι. Σὺ
 19δὲ σήμνηνον μὲν Πέρσησι τὰ ἐκ τοῦ θεοῦ πεμπόμενα,
 20χορῆσθαι δὲ κέλευε τοῖσι ἐκ σέο πρώτοισι προειρημέ-
 21νοισι ἐς τὴν παρασκευὴν ποίειε δὲ οὕτω, ὅπως, τοῦ
 22θεοῦ παραδιδόντος, τῶν σῶν ἐνδεήσει μηδέν. Του-
 23τέων λεχθέντων, ἐνθαῦτα ἐπαρθέντες τῇ ὄψει, ὡς ἡμέ-
 24ρη ἐγένετο τάχιστα, Ξέρξης τε ὑπερετίθετο ταῦτα

*peditio quem exitum habuerit, memorque expedi-
 tionis Cambysis adversus Aethiopas, denique
 expeditionis socius quum fuerim Darii adversus
 Scythas; haec omnia cognita habens, in hac fui
 sententia, beatum te praedicatum ab omnibus ho-
 minibus iri, si nihil moveres. At, quoniam divini-
 tus immissus est hic impetus, et Graecis, ut vide-
 tur, ipso Deo volente imminet exitium, ego etiam
 ipse muto sententiam, et in tuam transeo. Tu igitur
 Persis significa quae tibi divinitus missa sunt;
 imperaque illis, ut ea exsequantur, quae tu ad
 parandum hoc bellum spectantia prius edixeras.
 Denique ita fac, ut, quoniam haec tibi Deus per-
 agenda commisit, nihil, quod a te proficisci queat,
 desideretur. His dictis, simul atque dies illuxit, viso
 nocturno commoti, Xerxes cum Persis haec commu-*

Πέρσησι· καὶ Ἀρτάβανος, ὃς πρότερον ἀποσπεύδων
25 μούνοσιν ἐθαίνετο, τότε ἐπισπεύδων φανερός ἦν.

Ὁρμημένω δὲ Ξέρξῃ στρατηλατέειν, μετὰ ταῦτα 19
τρίτη ὄψις ἐν τῷ ὕπνῳ ἐνίετο, τὴν οἱ μάγοι ἔκριναν
ἀκούσαντες Θέρειν τε ἐπὶ πᾶσαν γῆν, δουλεύσειν τέ οἱ
πάντας ἀνθρώπους. ἡ δὲ ὄψις ἦν ἡδε. ἐδόκεε ὁ Ξέρξης
5 ἔστε Φανῶσθαι ἐλαίης θαλλῶ· ἀπὸ δὲ τῆς ἐλαίης τοὺς
κλάδους γῆν πᾶσαν ἐπισχεῖν· μετὰ δέ, ἀφανισθῆναι
περὶ τῆ κεφαλῇ κείμενον τὸν στέφανον. Κρινάντων δὲ
ταύτῃ τῶν μάγων, Περσέων τε τῶν συλληχθέντων αὐ-
τίκα πᾶς ἀνὴρ ἐς τὴν ἀρχὴν τὴν ἑαυτοῦ ἀπελάσας, εἶχε
10 προθυμίην πᾶσαν ἐπὶ τοῖσι εἰρημένοισι, θέλων αὐτὸς
ἐκάστος τὰ προκείμενα δῶρα λαβεῖν· καὶ Ξέρξης τοῦ
στρατοῦ οὕτω ἐπάγεσιν ποιέεται, χῶρον πάντα ἐρευνῶν

nicavit, et *Artabanus*, qui prius solus palam rem
dissuaserat, nunc aperte eamdem urgebat.

(19.) Postquam ita constitutum erat *Xerxi*, ut
susciperet expeditionem, tertia ei visio per somnum
oblata est; quam Magi, ad se relatam, interpretati
sunt ad universam spectare terram, significareque
homines omnes servos illius futuros. Fuit ea visio
huiusmodi. Visus est sibi *Xerxes* coronari oleae
fronde, ramosque oleae universam occupare terram,
deinde vero evanescere coronam capiti impositam.
Hoc visum quum ita, ut dixi, interpretarentur magi;
protinus Persarum, qui ad concilium convenerant,
unusquisque suam in praefecturam profectus, stu-
dium omne, ut iussa exsequerentur, adhibuere, cu-
piens quisque proposita dona prae caeteris obti-
nere: atque ita *Xerxes* copias contraxit, ut nullus

20 τῆς ἠπειροῦ. Ἀπὸ γὰρ Αἰγύπτου ἀλώσιος, ἐπὶ μὲν
 τέσσερα ἔτεα πλήρεια παραυτέετο στρατιήν τε καὶ τὰ
 πρόσφορα τῇ στρατιῇ· πέμπτῳ δὲ ἔτει ἀνομένῳ ἔστρα-
 τηλάττει χειρὶ μεγάλη πλῆθους. Στόλων γὰρ, τῶν ἡμεῖς
 ἴδμεν, πολλῶν δὴ μέγιστος οὗτος ἐγένετο· ὥστε μῆτε 5
 τὸν Δαρεῖου τὸν ἐπὶ Σκύθας παρὰ τοῦτον μὴδὲν Φαί-
 νεσθαι, μῆτε τὸν Σκυθικὸν, ὅτε Σκύθαι Κιμμερίους
 διώκοντες, εἰς τὴν Μηδικὴν χώραν ἐμβαλόντες, σχεδὸν
 πάντα τὰ ἄνω τῆς Ἀσίας καταστρεψάμενοι ἐνέμοντο,
 τῶν εἴνεκεν ὕστερον Δαρεῖος ἐτιμωρέετο· μῆτε κατὰ τὰ 10
 λεγόμενα τὸν Ἀτρεϊδέων εἰς Ἴλιον· μῆτε τὸν Μυσῶν τε
 καὶ Τευκρῶν, τὸν πρὸ τῶν Τρωϊκῶν γενόμενον, οἱ δια-
 βάντες εἰς τὴν Εὐρώπην κατὰ Βόσπορον, τοὺς τε Θρη-
 κας κατεστρέψαντο πάντας, καὶ ἐπὶ τὸν Ἴόνιον πόν-

esset continentis locus, qui non perquireretur. (20.)
 Etenim, ex quo recepta erat Aegyptus, quatuor so-
 lidi anni in comparando exercitu et rebus exerci-
 tui necessariis insumti sunt; exeunte vero quinto
 anno expeditionem *Xerxes* suscepit ingenti copia-
 rum multitudine. Fuit enim haec omnium, quas no-
 vimus, expeditionum longe maxima; adeo ut ad eam
 nihil fuerit aut illa quam adversus *Scythas* *Darius*,
 aut quam ipsi olim *Scythae* susceperant, quum *Cim-
 merios* persecuti, incursione in *Medicam* terram
 factâ, universam propemodum superiorem *Asiam* a
 se subactam tenuerunt, quam ob causam deinde
Darius ultionem ab eis capere voluit: aut illa quam
Atridae adversus *Ilium* dicuntur suscepisse: aut quam
 ante *Troiana* tempora *Mysi* atque *Teucrici* fecerant;
 qui per *Bosporum* in *Europam* transgressi, *Thraces*

15 τον κατέβησαν, μέχρι τε Πηνειοῦ ποταμοῦ τοῦ πρὸς
 μεσαμβροῖης ἔλασαν. Αὐταὶ αἱ πᾶσαι, καὶ οὐδ' εἰ 21
 ἕτεραι πρὸς ταύτησι γινόμεναι στρατηλασῖαι, μιῆς τῆσ-
 δε οὐκ ἄξιαι. τί γὰρ οὐκ ἤγαγε ἐκ τῆς Ἀσίας ἔθνος
 ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα Ξέρξης; κοῖον δὲ πινόμενόν μιν ὕδωρ
 5 οὐκ ἐπέλιπε, πλὴν τῶν μεγάλων ποταμῶν; οἱ μὲν
 γὰρ νέας παρείχοντο, οἱ δὲ ἐς πεζὸν ἐτετάχατο, τοῖσι
 δὲ ἵππος προσετέτακτο, τοῖσι δὲ ἵππαγωγὰ πλοῖα,
 ἅμα στρατευομένοισι· τοῖσι δὲ ἐς τὰς γεφύρας μακρὰς
 νέας παρέχειν· τοῖσι δὲ σιτὰ τε καὶ νέας.

Καὶ τοῦτο μὲν, ὡς προσπταισάντων τῶν πρώτων πε- 22
 ριπλεόντων περὶ τὸν Ἄθων, προετοιμάζετο ἐκ τριῶν ἐτέων

omnes subegerunt, et usque ad Ionium mare versus occidentem, versus meridiem vero usque ad Peneum fluvium penetrarunt. (21.) Omnes hae expeditiones, et si quae sunt praeter has aliae similes, non sunt dignae quae cum hac una conferantur. Quis enim est Asiae populus, quem non adversus Graeciam Xerxes eduxerit? quae aqua, quae non defecerit, ab exercitu eius epota, exceptis maioribus fluviis? Alii quippe populi naves praebuere, alii in peditatum erant distributi, aliis imperatus erat equitatus, aliis navigia transvehendis equis, simulque homines militaturi; alii naves longas pontibus faciendis praebere tenebantur, alii commeatum simul et naves.

(22.) Ac primum quidem, quoniam, qui priores circa *Athon* sunt circumvecti, calamitatem acceperant, iam inde a tribus fere annis ea maxime praec-

κου μάλιστα τὰ ἐς τὸν Ἄθων. ἐν γὰρ Ἐλαιοῦντι τῆς
 Χερσονήσου ὤρμεον τριήρεις· ἐνθεῦτεν δὲ ὀρμεῶμενοι,
 ὤρυσσον ὑπὸ μαστίγων παντοδαποὶ τῆς στρατιῆς· διά- 5
 δοχοὶ δ' ἐΦοίτων. ὤρυσσον δὲ καὶ οἱ περὶ τὸν Ἄθων κα-
 τοικημένοι. Βουβάρης δὲ ὁ Μεγαβάζου, καὶ Ἀρτα-
 χαίης ὁ Ἀρταίου, ἄνδρες Πέρσαι, ἐπεστάτεον τοῦ ἔρ-
 γου. Ὁ γὰρ Ἄθως ἐστὶ ὄρος μέγα τε καὶ οὐνομαστόν,
 ἐς Θάλασσαν κατήκον, οἰκημένον ὑπὸ ἀνθρώπων. τῇ 10
 δὲ τελευτᾷ ἐς τὴν ἠπειρον τὸ ὄρος, χερσονησοειδές τέ
 ἐστι, καὶ ἰσθμὸς ὡς δώδεκα σταδίων· πεδίον δὲ τοῦτο,
 καὶ κολωνοὶ οὐ μεγάλοι, ἐκ Θαλάσσης τῆς Ἀκανθίων
 ἐπὶ Θάλασσαν τὴν ἀντίον Τορώνης. ἐν δὲ τῷ ἰσθμῷ

XXII. 3. τὰ ἐς τὸν Ἄθων. *Artic. τὰ abest vulgo, a nobis ex
 coniect. adiectus.*

paraverat quae ad Athon spectabant. Nam ad Eleun-
 tem, Chersonesi oppidum, in ancoris stabant trire-
 mes; unde proficiscebantur homines de exercitu ex
 omnibus nationibus, qui sub flagellis terram perfode-
 rent, quorum in locum alii subinde succedebant; fo-
 diebant autem etiam hi qui circa Athon incolebant:
 operique praefecti erant Bubares, Megabazi filius, et
 Artachaees Artaei, uterque natione Persa. Est enim
Athos mons ingens ac nobilis, in mare excurrens,
 et ab hominibus habitatus. Ubi mons in continentem
 desinit, peninsulae speciem refert, estque isthmus
 duodecim fere stadiorum: est autem campestris hic
 locus, tumulos habens non magnos, a mari Acan-
 thiorum ad illud mare quod contra Toronen est.
 In eodem hoc isthmo, in quem desinit Athos, oppi-
 dum est Sane, a Graecis habitatum: quae vero intra

15 τούτω, ἐς τὸν τελευτᾶ ὁ Ἄθος, Σάνη πόλις Ἑλλάς
 οἰκῆται. αἱ δὲ ἐντὸς Σάνης, ἔσω δὲ τοῦ Ἄθω οἰκημέ-
 ναι, τὰς τότε ὁ Πέρσης νησιώτιδας ἀντὶ ἠπειρωτίδων
 ὄρητο ποιεῖν, εἰσὶ αἶδε, Δῖον, Ὀλόφυξος, Ἀκρόθων,
 Θύσσοσ, Κλεωναί. πόλις μὲν αὗται, αἱ τὸν Ἄθων
 νέμονται. Ὠρυσσον δὲ ᾧδε δασάμενοι τὸν χῶρον οἱ 23
 βάρβαροι κατὰ ἔθνεα, κατὰ Σάνην πόλιν σχοινοτενὲς
 ποιησάμενοι· ἐπεὶ δὲ ἐγένετο βαθεῖα ἢ διώρυξ, οἱ μὲν,
 κατώτατα ἐστεῶτες, ὦρυσσον· ἕτεροι δὲ παρεδίδοσαν
 5 τὸν αἰεὶ ἐξορυσσόμενον χοῦν ἄλλοισι κατύπερθε ἐστεῶσι
 ἐπὶ βάθρων· οἱ δ' αὖ ἐκδεκόμενοι, ἑτέροισι, ἕως ἀπί-
 κοντο ἐς τοὺς ἀνωτάτω· οὗτοι δὲ ἐξεφόρεόν τε καὶ ἐξέ-
 βαλλον. τοῖσι μὲν νυν ἄλλοισι, πλὴν Φαινίκων, καταρ-
 ῖηγνύμενοι οἱ κρηνοὶ τοῦ ὀρύγματος, πόνον διπλήσιον
 10 παρείχον· ἄτε γὰρ τοῦ τε ἀνω στόματος καὶ τοῦ κάτω

Sanen in ipso Atho incoluntur oppida, quae tunc
 Persa ex continentis oppidis insulana facere adgres-
 sus est, haec sunt, Dium, Olophyxus, Acrothoon,
 Thyssus, Cleonae: haec sunt oppida, quibus *Athos*
 frequentatur. (23.) Fodiebant autem hoc modo.
 Totum tractum, lineâ rectâ iuxta Sanem urbem du-
 ctâ, secundum nationes distribuerant barbari. Tum,
 ubi iam *profunda* fuit *fossa*, alii in imo stantes fo-
 diebant, alii vero effossam terram continuo aliis tra-
 debant, qui superne scalis insistebant; et hi rursus
 aliis; donec ad summos pervenissent, qui eam ege-
 rebant eiiciebantque. Iam caeteris quidem, praeter-
 quam Phoenicibus, rupta fossae praecipitia duplum
 laborem exhibuere: nam quum summa fossae labia
 pari amplitudine atque inferiora facerent, non potuit

κατὰ τὰ αὐτὰ μέτρα ποιευμένων, ἔμελλέ σφι τοιοῦτο ἀποβήσεσθαι. οἱ δὲ Φοῖνικες σοφίην ἐν τε τοῖσι ἄλλοισι ἔργοισι ἀποδείκνυνται, καὶ δὴ καὶ ἐν ἐκείνῳ. ἀπολαχόντες γὰρ μόριον ὅσον αὐτοῖσι ἐπέβαλλε, ὄρυsson, τὸ μὲν ἄνω στόμα τῆς διάρρυχος ποιεῦντες διπλήσιον ἢ ὅσον ἔδει 15 αὐτὴν τὴν διάρρυχα γενέσθαι· προβαίνοντος δὲ τοῦ ἔργου, συνηῶν αἰεὶ κάτω τε δὴ ἐγίνετο, καὶ ἐξισοῦτο τοῖσι ἄλλοισι τὸ ἔργον. Ἐνθαῦτα δὲ λειμῶν ἔστι, ἵνα σφι ἀγορῇ τε ἐγίνετο καὶ πρητήριοι· σίτος δὲ σφισι πολλὰς 24 ἔφοῖτα ἐκ τῆς Ἀσίας ἀηλεσμένος. Ὡς μὲν ἐμὲ συμ- 20 βαλλεόμενον εὐρίσκειν, μεγαλοφροσύνης εἵνεκα αὐτὸ Ξέρξης οὔρυσσεν ἐκέλευε, ἐθέλων τε δύναμιν ἀποδείκνυσθαι, καὶ μνημόσυνα λιπέσθαι. παρεὼν γὰρ, μὴδένα πόνον λαβόντας, τὸν ἰσθμὸν τὰς νέας διειρύσαι, οὔρυσσεν ἐκέλευε διάρρυχα τῇ θαλάσῃ, εὖρος ὡς δύο τριή- 5

hoc non eis accidere. At *Phoenices*, ut in aliis operibus ingenium ostendunt, sic et in isto. Nam portionem eam, quae ipsis sorte obvenerat, ita fodiebant, ut superius os fossae duplo maius facerent, quam fossam ipsam esse oportebat: progrediente vero opere, constanter arctiorem illam faciebant, ut, quum in fundo essent, parem cum aliis latitudinem fossa haberet. Erat autem ibi pratum, ubi forum habebant rerum venalium: frumentique moliti copia ex Asia eis advehebatur. (24.) Iam, ut ego quidem hanc rem considerans reperio, magnificentiae causa fodi hanc fossam Xerxes iussit, cupiens et potentiam suam ostentare: et monumentum relinquere sui. Nam, quum nullo labore per isthmum transduci naves potuissent, fossam quam mare perflueret fodi iussit ea

ρεας πλέειν ὁμοῦ ἐλαστρευμένας. Τοῖσι δὲ αὐτοῖσι τού-
 τοισι, τοῖσι περ καὶ τὸ ὄρυγμα, προσετέτακτο καὶ τὸν
 Στρυμόνα ποταμὸν ζεύξαντας γεφυρῶσαι. Ταῦτα 25
 μὲν νυν οὕτω ἐποίηε. παρασκευάζετο δὲ καὶ ὄπλα ἐς
 τὰς γεφύρας βύβλινα τε καὶ λευκολίνου, ἐπιτάξας
 Φοινίξί τε καὶ Αἰγυπτίοισι. καὶ σιτία τῇ στρατιῇ κα-
 5 ταβάλλειν, ἵνα μὴ λιμῆνειε ἡ στρατιῇ, μηδὲ τὰ ὑπο-
 ζύγια ἐλαυνόμενα ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα· ἀναπυθόμενος δὲ
 τοὺς χώρους, καταβάλλειν ἐκέλευε ἵνα ἐπιτηδεώτατον
 εἴη, ἄλλον ἄλλη ἀγίνεοντας ὀλκάσι τε καὶ πορθμηίοισι
 ἐκ τῆς Ἀσίας πανταχόθεν. τὸν δὲ ὦν πλεῖστον ἐς Λευ-
 10 κὴν Ἀκτὴν καλεομένην τῆς Θρηάκης ἀγίνεον, οἱ δὲ ἐς
 Τυρόδιζαν τὴν Περινθίων, οἱ δὲ ἐς Δροῖσκον, οἱ δὲ ἐς

latitudine, ut duae simul triremes, remis suis agita-
 tae, transire per illam possent. Eisdem, quibus *du-
 cenda fossa* fuerat mandata, imperatum etiam est ut
Strymonem fluvium ponte iungerent. (25.) Haec
 dum ita facienda curat, simul etiam parari *arma-
 menta iungendis* in Hellesponto *pontibus* iussit,
 partim ex papyro, partim ex lino albo; quam cu-
 ram Phoenicibus et Aegyptiis mandavit. Deinde ne
 fame laboraret aut exercitus aut iumenta in Grae-
 ciam ducenda, comportari *commeatus* iussit; et com-
 moda sciscitatus loca, ut quemque locum maxime
 idoneum reperit, ibi iussit deponi, dato mandato
 ut undique ex Asia onerariis navibus et portoriis alii
 alio deveherent. Igitur plurimam quidem partem in
 Candidum Littus, quod vocatur, (*Leuce Acte* graece)
 devexerunt; alii vero Tyrodizam Perinthiorum, alii

Ἡίονα τὴν ἐπὶ Στρυμόνι, οἱ δὲ ἐς Μακεδονίην διατεταγμένοι.

- 26 Ἐν τῷ δὲ οὗτοι τὸν προκείμενον πόνον ἐργάζοντο, ἐν τούτῳ ὁ πεζὸς ἅπας συλλελεγμένος, ἅμα Ξέρξης ἐπορεύετο ἐς Σάρδις, ἐκ Κριτάλλων ὀρμηθεὶς τῶν ἐν Καππαδοκίῃ ἐνθαῦτα γὰρ εἶρητο συλλέγεσθαι πάντα τὸν κατ' ἡπειρον μέλλοντα ἅμα αὐτῷ Ξέρξης πορεύεσθαι 5 στρατόν. Ὅς μὲν νυν τῶν ὑπάρχων στρατὸν κάλλιστα ἐσταλμένον ἀγαγὼν, τὰ προκείμενα παρὰ βασιλέος ἔλαβε δῶρα, οὐκ ἔχω φράσαι· οὐδὲ γὰρ ἀρχὴν ἐς κρίσιν τούτου πέρι ἐλθόντας οἶδα. Οἱ δὲ, ἐπεὶ τε διαβάντες τὸν Ἄλυν ποταμὸν, ὠμίλησαν τῇ Φρυγίῃ, δι' αὐ- 10 τῆς πορευόμενοι, παρεγένοντο ἐς Κελαινάς· ἵνα πηγαὶ ἀναδιδούσι Μαιάνδρου ποταμοῦ, καὶ ἐτέρου οὐκ ἐλάσσονος ἢ Μαιάνδρου, τῷ ὄνομα τυγχάνει ἐὼν Κατάρ-

Doriseum, alii Eionem, quae super Strymonem est, alii in Macedoniam convehere commcatus iussi.

(26.) Hi dum opus imperatum exsequuntur, interim coactus universus *pedestris exercitus* unâ cum *Xerre* iter *Sardes* versus ingressus est, Critallis profectus, Cappadociae oppido: eo enim edictum erat ut convenirent copiae omnes, quae per continentem cum ipso Xerre erant iturae. Iam, quis fuerit praefectorum qui optime instructum adduxerit exercitum, adeoque munera acceperit a rege proposita, edere non possum: nam ne liquet mihi quidem, an omnino in iudicium ea res venerit. Exercitus vero, postquam traiecto Haly fluvio Phrygiam intravit, per eam iter faciens *Celae-nas* pervenit; ubi fontes oriuntur Maeandri, et alius fluvii non minoris Macandro, cui nomen est Catar-

ρήκτης, ὃς ἐξ αὐτῆς τῆς ἀγορῆς τῆς Κελαινέων ἀνατέλ-
 15 λων, ἐς τὸν Μαϊάνδρον ἐκδίδοι ἐν τῇ καὶ ὁ τοῦ Σιλη-
 νοῦ Μαρσύεω ἀσκὸς ἐν τῇ πόλι ἀνακρέματα, τὸν ὑπὸ
 Φρυγῶν λόγος ἔχει ὑπὸ Ἀπόλλωνος ἐκδαρύντα ἀνακρε-
 μασθῆναι. Ἐν ταύτῃ τῇ πόλι ὑποκατήμενος Πύθιος 27
 ὁ Ἄτυος, ἀνὴρ Λυδὸς, ἐξείνισε τὴν βασιλέος στρατιὴν
 πᾶσαν ξεινίσισι μεγίστοισι, καὶ αὐτὸν Ξέρξεα' χρήμα-
 τὰ τε ἐπαγγέλλετο, βουλόμενος ἐς τὸν πόλεμον πα-
 5 ρέχειν. ἐπαγγελλομένου δὲ χρήματα Πυθίου, εἴρετο
 Ξέρξης Περσέων τοὺς παρεόντας, τίς τε ἐὼν ἀνδρῶν Πύ-
 θιος, καὶ πόσα χρήματα κεκτημένος, ἐπαγγέλλοιτο
 ταῦτα. οἱ δὲ εἶπαν „ὦ βασιλεῦ, οὗτός ἐστι, ὃς τοι
 „τὸν πατέρα Δαρεῖον ἐδωρήσατο τῇ πλατανίστῃ τῇ χου-
 10 „σέῃ, καὶ τῇ ἀμπέλῳ ὃς καὶ νῦν ἐστι πρῶτος ἀνθρώ-
 „πων πλούτῳ, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, μετὰ σέ.“ Θωμάσας 28

rhactes, qui ex ipso foro Celaenarum exortus, in
 Maeandrum influit: quo in foro eiusdem urbis uter
 suspensus est Sileni *Marsyae*, quem Phryges narrant
 ab Apolline excoriatum suspensumque fuisse. (27.)
 In hac urbe exspectans Xerxem consederat *Pythius*,
 Atyis filius, Lydus, ipsumque Xerxem et univer-
 sum eius exercitum magnificis epulis excepit, pecu-
 niasque pollicitus est quas in bellum esset collatu-
 rus. Qui ubi pecunias obtulit, quaesivit *Xerxes* ex
 praesentibus Persis, *quisnam hominum esset Py-
 thius, et quantas possideret divitias, qui ista of-
 ferret?* Cui illi responderunt: *Idem hic est, Rex,*
qui patri tuo Dario auream platanum aureamque
vitem dono dedit: estque post te nunc hominum,
quos novimus, omnium princeps divitiis. (28.)

δὲ τῶν ἐπέων τὸ τελευταῖον Ξέρξης, αὐτὸς δεύτερα εἶρε-
 το Πύθιον ὁκόσα οἱ εἶη χρήματα. ὁ δὲ εἶπε· „ὦ βα-
 „σιλεῦ, οὔτε σε ἀποκρύψω, οὔτε σκῆψομαι τὸ μὴ εἰδέ- 5
 „ναι τὴν ἐμεωτοῦ οὐσίην, ἀλλ' ἐπιστάμενός τοι ἀτρε-
 „κέως καταλέξω. ἐπεὶ τε γὰρ τάχιστα σε ἐπυθέμην
 „ἐπὶ θάλασσαν καταβαίνοντα τὴν Ἑλληνίδα, βουλεύ-
 „μενός τοι δοῦναι ἐς τὸν πόλεμον χρήματα, ἐξέμαθον,
 „καὶ εὔρον λογίζομενος, ἀγυρίου μὲν δύο χιλιάδας εὐ-
 „σας μοι ταλάντων, χρυσοῦ δὲ τετρακοσίας μυριάδας 10
 „στατήρων Δαρεικῶν, ἐπιδεούσας ἑπτὰ χιλιάδων. καὶ
 „τούτοισί σε ἐγὼ δωρέομαι· αὐτῶ δ' ἐμοὶ ἀπὸ ἀνδρα-
 29 „πρόων τε καὶ γεωπέδιων ἀρκέων ἐστὶ βίος.“ Ὁ μὲν
 ταῦτα ἔλεγε· Ξέρξης δὲ ἡσθεὶς τοῖσι εἰρημένοισι, εἶπε·
 „Ξεῖνε Λυδὲ, ἐγὼ ἐπεὶ τε ἐξῆλθον τὴν Περσίδα χώραν,
 „οὐδενὶ ἀνδρὶ συνέμιζα ἐς τόδε, ὅστις ἠθέλησε ξείνια

Miratus rex posterius hoc verbum, ipse deinde Py-
 thium interrogavit, *quantas possideret pecunias?*
 Et ille, *Rex, inquit, non te celabo, nec excusa-
 tione utar, nescire me meas facultates; sed bene
 cognitatas habens, adcurate tibi dicam. Nam simul
 atque certior sum factus ad mare Graecum te
 descendere, cupiens tibi ad bellum conferre pecu-
 nias, inquisivi; rationeque initâ, reperi, esse mihi
 argenti talenta bis mille, auri vero quadringentas
 myriadas staterum Daricorum, minus septem mil-
 libus. Atque has ego pecunias tibi do muneri: est
 enim mihi ex mancipiis atque agris victus suffi-
 ciens.* (29.) His ab illo dictis Xerxes delectatus, re-
 spondit: *Hospes Lyde, ex quo ego Persicâ egressus
 sum terrâ, nullum adhuc, praeter te, hominem*

524, 29.

5 „προθεῖναι στρατῶ τῷ ἐμῷ, οὐδὲ ὅστις ἐς ὄψιν τὴν ἐμὴν
 „καταστάς, αὐτεπάγγελτος ἐς τὸν πόλεμον ἐμοὶ ἠθέ-
 „λησε συμβαλέσθαι χρήματα, ἕξω σεῦ. σὺ δὲ καὶ
 „ἐξείνισας μεγάλως στρατὸν τὸν ἐμὸν, καὶ χρήματα
 „μεγάλα ἐπαγγέλλεαι. σοὶ ἂν ἐγὼ ἀντὶ αὐτέων γέ-
 10 „ρεα τοιάδε δίδωμι· ξεινόν τε σε ποιῶμαι ἐμὸν, καὶ
 „τὰς τετρακοσίας μυριάδας τοὶ τῶν στατήρων ἀποπλή-
 „σω παρ' ἐμεωτοῦ, δούς τὰς ἐπτὰ χιλιάδας· ἵνα μὴ
 „τοὶ ἐπιδέεες ἔωσι αἱ τετρακόσiai μυριάδες ἐπτὰ χι-
 „λιαδέων, ἀλλ' ἦ τοὶ ἀπαστιλογίῃ ὑπ' ἐμέο πεπληρω-
 15 „μένῃ. κέκτησόν τε αὐτὸς τὰ περ' αὐτὸς ἐκτήσαο, ἐπί-
 „στασόν τε εἶναι αἰεὶ τοιοῦτος· οὐ γὰρ τοὶ ταῦτά ποιῶν-
 „τι, οὔτε ἐς τὸ παρεόν, οὔτε ἐς χρόνον μεταμελήσει.“

Ταῦτα δὲ εἶπας, καὶ ἐπιτελέα ποιήσας, ἐπορεύετο 30

*reperi, qui vellet hospitalia officia exercitui meo
 exhibere; nec qui meum in conspectum veniens,
 sua sponte pecunias mihi ad bellum conferendas
 offerret. Tu vero magnifice exercitum meum excep-
 pisti, et pecunias ingentes polliceris. Tibi ergo
 vicissim ego dona haecce tribuo: in meorum ho-
 spitum numero te repono, et quadringentas sta-
 terum myriades de meo tibi complebo, septem mil-
 lia dono dans, ne tibi ad complendas quadringen-
 tas myriadas septem millia desint, sed solida at-
 que integra ista tibi summa a me conficiatur.
 Perge vero possidere quae adquisivisti, ac scito
 semper talem te virum praestare: quod ubi fece-
 ris, neque nunc, nec in posterum te poenitebit.*

(30.) His dictis, Xerxes, praestito promisso, ulte-

αἰεὶ τὸ πρόσω. Ἄναυα δὲ καλεομένην Φρυγῶν πόλιν
 παραμειβόμενος, καὶ λίμνην ἐκ τῆς ἄλης γίνονται,
 ἀπῆκετο εἰς Κολοσσάς, πόλιν μεγάλην Φρυγίης, ἐν τῇ
 Λύκος ποταμὸς εἰς χάσμα γῆς ἐσβάλλων ἀφανίζεται· 5
 ἔπειτα διὰ σταδίων ὡς πέντε μάλιστα κη ἀναφανόμε-
 νος, ἐκδιδοῖ καὶ οὗτος εἰς τὸν Μαϊάνδρον. ἐκ δὲ Κολοσ-
 σέων ὀρμεώμενος ὁ στρατὸς ἐπὶ τοὺς οὖρους τῶν Φρυ-
 γῶν καὶ τῶν Λυδῶν, ἀπῆκετο εἰς Κύδραρα πόλιν· ἔνθα
 στήλη καταπεπηγυῖα, σταθεῖσα δὲ ὑπὸ Κροῖσσοῦ, κα- 10
 31 ταμηνύει διὰ γραμμάτων τοὺς οὖρους. Ὡς δὲ ἐκ τῆς
 Φρυγίης ἐσέβαλε εἰς τὴν Λυδίην, σχιζομένης τῆς ὁδοῦ,
 καὶ τῆς μὲν εἰς ἀριστερὴν, ἐπὶ Καρίας Φερουσῆς, τῆς δὲ
 εἰς δεξιὴν, εἰς Σάρδεις, τῇ καὶ πορευομένῳ διαβῆναι τὸν
 Μαϊάνδρον ποταμὸν πᾶσα ἀνάγκη γίνεται, καὶ ἵεναι 5
 παρὰ Καλλάτηβον πόλιν, ἐν τῇ ἄνδρες δημοεργοὶ μέλι

rarius progredi perrexit. Postquam Anaua, quod vo-
 catur, Phrygiae oppidum praeteriit, et lacum ex quo
 sal conficitur, *Colossas* pervenit, magnam Phrygiae
 urbem; in qua *Lycus* amnis in terrae voraginem in-
 cidens evanescit, ac deinde, postquam ex quinque fere
 stadiorum intervallo iterum comparuit, in Maeandrum
 et ipse influit. Colossis profectus exercitus, ad
 confinia Phrygiae Lydiaeque pervenit; ubi cippus in
 terram defixus, qui a Croeso positus est, inscriptis
 literis limites indicat. (31.) Ut ex Phrygia Lydiam
 intravit, ubi diverticulum est viarum, quarum al-
 tera, ad sinistram, versus Cariam fert, altera ad dex-
 tram Sardes; quam qui sequitur, eum omnino oportet
 Maeandrum fluvium traicere, et Callatebum praeterire
 oppidum, in quo pistores dulciarii ex myrica

525, 59.

ἐκ μυρικής τε καὶ πυροῦ ποιεῦσι· ταύτην ἰὼν ὁ Ξέρξης
 τὴν ὁδὸν, εὖρε πλατάνιστον, τὴν κάλλεος εἵνεκα δωρη-
 σάμενος κόσμῳ χρυσέῳ, καὶ μελεδωνῶ ἀθανάτῳ ἀνδρὶ
 10 ἐπιτρέψας, δευτέρῃ ἡμέρῃ ἀπίκετο εἰς τῶν Λυδῶν τὸ
 ἄστυ. Ἀπικόμενος δὲ εἰς Σάρδις, πρῶτα μὲν ἀπέ- 32
 πεμπε κήρυκας εἰς τὴν Ἑλλάδα, αἰτήσοντάς γῆν τε
 καὶ ὕδωρ, καὶ προερέοντάς δειπνα βασιλεῖ παρασκευά-
 ζειν· πλὴν οὔτε εἰς Ἀθήνας, οὔτε εἰς Λακεδαίμονα ἀπέ-
 5 πεμπε ἐπὶ γῆς αἰτήσιν, τῇ δὲ ἄλλῃ πάντῃ. τῶνδε δὲ
 εἵνεκα τὸ δεύτερον ἀπέπεμπε ἐπὶ γῆν τε καὶ ὕδωρ· ὅσοι
 πρότερον οὐκ ἔδοσαν Δαρείῳ πέμψαντι, τούτους πάγ-
 χυ ἐδόκειε τότε δείσαντας δάσειν· βουλόμενος ὦν αὐτὸ
 τοῦτο ἐκμαθεῖν ἀκριβῶς, ἔπεμπε. Μετὰ δὲ ταῦτα,
 10 παρεσκευάζετο ὡς ἐλῶν εἰς Ἄβυδον.

(tamarice) et tritico *mel* conficiunt: hac via iter fa-
 ciens Xerxes *platanum* reperit, quam ob speciei
 praestantiam aureo donavit ornatu, curamque eius
 viro ex immortalibus lecto mandavit: postero die in
 primariam Lydorum urbem pervenit. (32.) *Sardes*
 postquam *Xerxes* pervenit, praecones primum dimi-
 sit per Graeciam, qui terram et aquam postularent,
 edicerentque ut coenas pararent regi. Athenis atque
 Lacedaemone exceptis, in omnes alias Graeciae par-
 tes ad terram aquamque postulandam misit: quod
 quidem hac de causa iterum fecit, quoniam, qui
 prius postulanti non dederant, eos nunc, metu ad-
 actos, utique daturos existimasset: hoc vero ipsum
 certo cogniturus, iterum misit. Deinde ad reliquum
 iter se comparavit, Abydum ducturus.

- 33 Οἱ δὲ ἐν τούτῳ τὸν Ἑλλήσποντον ἐξεύγνυσαν ἐκ τῆς Ἀσίας εἰς τὴν Εὐρώπην. ἔστι δὲ τῆς Χερσονήσου τῆς ἐν Ἑλλήσποντῳ, Σηστοῦ τε πόλιος μετὰ καὶ Μαδύτου, ἀκτὴ τραχέα εἰς θάλασσαν κατήκουσα, Ἀβύδου καταπτόν· ἐνθα μετὰ ταῦτα, χρόνῳ ὕστερον οὐ πολὺ, ἐπὶ Ξανθίππου τοῦ Ἀριφρόνου στρατηγοῦ Ἀθηναίων, Ἀρταύκτην ἄνδρα Πέρσῃ λαβόντες Σηστοῦ ὑπαρχον, ζῶντα πρὸς σάνίδα προσδιεπασσάλευσαν· ὅς καὶ εἰς τοῦ Πρωτεσίλεω τὸ ἰὸν εἰς Ἐλαιούντα ἀγινεόμενος γυναῖ-
 34 κας, ἀβέμιστα ἔρδεσκε. Ἐς ταύτην ὦν τὴν ἀκτὴν ἐξ Ἰο
 Ἀβύδου ὁρμεαίμενοι, ἐγεφύρουσιν τοῖσι προσεκέετο, τὴν μὲν λευκολίνου Φοίνικες, τὴν δ' ἑτέραν τὴν βυβλίνην Αἰγύπτιοι. ἔστι δὲ ἐπταστάδιοι ἐξ Ἀβύδου εἰς τὴν ἀπαν-
 τόν. Καὶ δὴ ἐξευγμένου τοῦ πύρου, ἐπιγενόμενος χει- 5

(33.) Interim, quibus negotium datum erat ut *Hellespontum ponte* iungerent ex Asia in Europam continente, perfecerant opus. Est autem Chersonesi ad Hellespontum ora in mare excurrens aspera inter Sestum urbem et Madytum, Abydo obversa: ubi deinde, haud ita multo post, Xanthippo Aripbronis filio praetore Atheniensium, captum Artayctem Persam, Sesti praefectum, vivum paxillis tabulae adfixum suspenderunt: qui in templum etiam Protesilai ductis mulieribus nefanda perpetrare consueverat.
 (34.) Hanc igitur in oram ex Abydo tendentes, quibus imperatum id opus erat, *duo pontes* struxerunt; alterum Phoenices, rudentibus ex lino albo confectis; alterum Aegyptii, ex papyro. Sunt autem septem stadia ex Abydo ad oram oppositam. At iuncto ponte incidit ingens tempestas, quae rescidit omnia atque dis-

μῶν μέγας, συνέκοψέ τε ἐκείνα πάντα καὶ διέλυσε.
 Ὡς δ' ἐπύθετο Ξέρξης, δεινὰ ποιούμενος, τὸν Ἑλλή- 35
 σποντον ἐκέλευε τριηκοσίας ἐπικέσθαι μάστιγι πλη-
 γὰς, καὶ κατεῖναι ἐς τὸ πέλαγος πεδέων ζευγος. ἤδη
 δὲ ἤκουσα ὡς καὶ στιγέας ἅμα τούτοισι ἀπέπεμψε
 5 στίζοντας τὸν Ἑλλήσποντον. ἐνετέλλετο δὲ ὧν ραπίζον-
 τας, λέγειν βάρβαρα τε καὶ ἀτάσθαλα· „Ὡ πικρὸν
 „ὔδωρ, δεσπότης τοι δίκην ἐπιτιθεῖ τήνδε, ὅτι μιν ἠδίκη-
 „σας, οὐδὲν πρὸς ἐκείνου ἄδικον παθόν. καὶ βασιλεὺς
 „μὲν Ξέρξης διαβήσεταιί σε, ἦν τε σύ γε βούλη, ἦν τε
 10 „μή. σοὶ δὲ κατὰ δίκην ἄρα οὐδεὶς ἀνθρώπων θύει,
 „ὡς εἰσὶν δολερῶν τε καὶ ἀλμυρῶν ποταμῶν.“ Τὴν τε δὴ
 θάλασσαν ἐνετέλλετο τούτοισι ζημιῶν, καὶ τῶν ἐπε-
 στεάτων τῇ ζευξί τοῦ Ἑλλησπόντου ἀποταμῆν τὰς κε-
 φαλάς. Καὶ οἱ μὲν ταῦτα ἐποίηον τοῖσι προσεκέετο 36

solvit. (35.) Quod ubi Xerxes rescivit, gravissime ferens, trecenta verbera flagellis infligi iussit Hellesponto, et compedum par in pelagus iniici: quin et memoratum audivi, praeter haec homines etiam misisse eum, qui stigmata inurerent Hellesponto. Imperavit certe, ut flagellis caedentes barbara haec et insana pronuntiarent verba: *O amara aqua! dominus tibi hanc poenam infligit, quod illum iniuriâ adfecisti, nihil mali ab ipso passa. Et traiciet te rex, sive volueris, sive nolueris. Merito autem nemo hominum tibi sacra facit, quippe doloso salsoque flumini.* Simul vero et mari has poenas iussit infligi, simulque capita amputari eorum, qui iungendo flumini fuerant praefecti. (36.) Et haec quidem iussa executi sunt quorum triste hoc fuit offi-

αὐτὴ ἢ ἀχαρὶς τιμῆ. τὰς δὲ ἄλλοι ἀρχιτέκτονες ἐξεύ-
 γνυσαν· ἐξεύγνυσαν δὲ ᾧδε. Πεντηκοντέρους καὶ τριή-
 ρεας συνθέντες, ὑπὸ μὲν τὴν πρὸς τοῦ Εὐξείνου Πόντου
 ἐξήκοντά τε καὶ τριηκοσίας, ὑπὸ δὲ τὴν ἐτέραν τεσσα- 5
 ρεσκαίδεκα καὶ τριηκοσίας, τοῦ μὲν Πόντου ἐπικαρσίας,
 τοῦ δὲ Ἑλλησπόντου κατὰ ῥόον, ἵνα ἀνακωχεύῃ τὸν τό-
 ριον τῶν ὀπλων. συνθέντες δὲ, ἀγκύρας κατήκταν περι-
 μήκειας, τὰς μὲν πρὸς τοῦ Πόντου τῆς ἐτέρας, τῶν ἀνέ-
 μων εἶνεκεν τῶν ἔσωθεν ἐκπνεόντων, τῆς δὲ ἐτέρας τῆς 10
 πρὸς ἐσπέρας τε καὶ τοῦ Αἰγαίου, εὐροῦ τε καὶ νότου
 εἶνεκα. διέκπλοον δὲ ὑπὸ Φαυσιν κατέλιπον τῶν πεντη-
 κοντέρων καὶ [τριηρέων] τριχοῦ, ἵνα καὶ ἐς τὸν Πόντον

XXXVI. 6. τοῦ μὲν Πόντου. *Ap* τοῦ μὲν πόρου, respectu tra-
 iectus. *l.* 13. τριηρέων *ex coniectura adieci, quod vocab.*
abest vulgo edd. et msstis.

cium. Pontes autem deinde iunxerunt alii architecti,
 et hoc quidem modo iunxerunt. Colligatas actuarias
 quinquaginta remorum naves et triremes statuerunt,
 sub eo ponte qui Pontum Euxinum spectabat, nu-
 mero trecentas et sexaginta, sub altero vero quatuor-
 decim et trecentas; respectu Ponti quidem [*sive ad*
traiciendum quidem] obliquâ lineâ stantes, rectâ
 vero secundum Hellesponti cursum, ut ipse cursus
 intentionem sustineret rudentium. Ex navibus ita
 iunctis praelongas demiserunt ancoras; in ec quidem
 ponte, qui Pontum spectabat, ventorum caussâ ex in-
 teriore mari flantium; in altero vero, qui ad vesperam
 versus Aegaeum mare erat, curi atque noti caussâ.
 Inter actuarias noves autem [atque triremes] tribus

527, 16.

ἔχη ὁ βουλόμενος πλέειν πλοίοισι λεπτοῖσι, καὶ ἐκ τοῦ
 15 Πόντου ἔξω. ταῦτα δὲ ποιήσαντες, κατέτεινον ἐκ γῆς
 στρεβλοῦντες ὄνοισι ξυλίνοισι τὰ ὅπλα· οὐκέτι χωρὶς
 ἐκάτερα τάξαντες, ἀλλὰ δύο μὲν λευκολίνου δασάμε-
 νοι ἐς ἐκατέρην, τέσσερα δὲ τῶν βυβλίνων. παχύτης
 μὲν ἡ αὐτὴ καὶ καλλονή, κατὰ λόγον δὲ ἦν ἐμβοιή-
 20 στερα τὰ λίνεα· τοῦ τάλαντον ὁ πῆχυς εἶλεκε. Ἐπειδὴ
 δὲ ἐγεφυρώθη ὁ πόρος, κορμούς ξύλων καταπρίσαντες,
 καὶ ποιήσαντες ἴσους τῆς σχεδίας τῶ εὐρεῖ, κόσμῳ ἐπε-
 τίθεσαν κατύπερθε τῶν ὀπλων τοῦ τόνου· θέντες δὲ ἐπε-
 ξῆς, ἐνθαῦτα αὐτῖς ἐπεζεύγνου. ποιήσαντες δὲ ταῦτα,
 25 ὕλην ἐπεφόρησαν· κόσμῳ δὲ θέντες καὶ τὴν ὕλην, γῆν
 ἐπεφόρησαν· κατανάξαντες δὲ καὶ τὴν γῆν, Φραγμαῶν

in locis fenestram transitumque reliquerunt; ut in
 Pontum, qui vellet, minoribus navigiis intrare pos-
 set, et ex Ponto in mare exterius navigare. His factis,
 intenderunt rudentes, ligneis suculis ex continente
 eos torquentes: nec iam seorsim duo adhibuerunt ru-
 dentum genera, sed utrique ponti binos ex lino albo,
 quaternos vero ex papyro rudentes tribuerunt. Cras-
 sities quidem et species utriusque generis eadem erat;
 sed pro ratione multo firmiores erant linei ruden-
 tes, quorum cubitus talentum pendebat. Freto hac
 ratione iuncto, sectos arborum stipites, aequali lati-
 tudine cum ponte, super intentos rudentes ordine
 disposuerunt: atque ita continua serie dispositos de-
 nuo arcte inter se constrinxerunt. His deinde lignis
 ingesserunt sarmenta, et sarmentis ordine dispositis
 terram superne ingessere: denique, probe constipatâ
 terrâ, utrumque pontium latus septo munierunt, ne

παρείρυσαν ἔνθεν καὶ ἔνθεν, ἵνα μὴ φοβέηται τὰ ὑποζύγια τὴν θάλασσαν ὑπερορῶντα, καὶ οἱ ἵπποι.

- 37 Ὡς δὲ τὰ τε τῶν γεφυρέων κατεσκευάστο, καὶ τὰ περὶ τὸν Ἄθων, οἳ τε χυτοὶ περὶ τὰ στόματα τῆς διώρυχος, οἱ τῆς ῥήχης εἴνεκεν ἐποιήθησαν, ἵνα μὴ πίμπληται τὰ στόματα τοῦ ὀρύγματος, καὶ αὐτὴ ἡ διώρυξ παντελέως πεπονημένη ἀγγελοῖς ἐμβαῦτα χειμερίσας, ἅμα τῷ ἔαρι παρεσκευασμένος ὁ στρατὸς ἐκ τῶν Σαρδίων ἠορᾶτο ἐλῶν εἰς Ἄβυδον. Ὡρμημένω δὲ οἱ ὁ ἥλιος ἐκλιπὼν τὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔδρην, ἀφανὴς ἦν, οὐτ' ἐπινεφέλων εἰόντων, αἰθροῖς τε τὰ μάλιστα ἀντὶ ἡμέρης τε νύξ ἐγένετο. Ἰδόντι δὲ καὶ μαθόντι τοῦτο τῷ Ξέρξῃ ἐπιμελὲς ἐγένετο· καὶ εἴρετο τοὺς μάγους τὸ θελοὶ προφαίνειν τὸ φάσμα. οἱ δὲ ἔφραζον ὡς „Ἐλλησι προδεικνύει ὁ θεὸς ἐκλείψιν τῶν πολιῶν.“ λέγοντες „ἥλιον

iumenta et equi conspecto desuper mari consternantur.

(37.) Postquam et quae ad pontes spectant, et quae ad Athon, parata fuerunt, renunciatumque est et ipsam fossam penitus perfectam esse, et aggeres iuxta ostia fossae ducendos, ne maris aestus ostia compleret; tum vero, exacta hyeme, primo vere instructus exercitus *Sardibus* instituit *Abydum* proficisci. Iamque in eo erat ut iter ingrederetur, quum *sol* suâ in coelo sede relictâ *evanuit*, nullis nubibus obducto coelo, sed quam maxime sereno; et medio die nox exstitit. Quod ubi vidit animadvertitque *Xerxes*, curae ei haec res fuit; quaesivitque ex Magis quid significaret id prodigium. Responderunt Magi, *Graecis significare Deum extinctionem urbium:*

528, 45.

εἶναι Ἑλλήνων προδέκτορα, σελήνην δὲ, σφέων.“ πυθό-
 15 μενος δὲ ταῦτα ὁ Ξέρξης, περιχαρῆς εἰὼν ἐποιέετο τὴν
 ἔλασιν. Ὡς δ' ἐξήλαυε τὴν στρατιήν, Πύθιος ὁ Λυ- 38
 δος, καταρρώδηςας τὸ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ φάσμα, ἐπαρ-
 θεῖς τε τοῖσι δωρήμασι, ἐλθὼν παρὰ Ξέρξεα, ἔλεγε
 τάδε· „ὦ δέσποτα, χρήσαις ἂν τι τεῦ βουλοίμην τυ-
 5 „χεῖν, τὸ σοὶ μὲν ἐλαφρὸν τυγχάνει εἶν ὑπουργῆσαι,
 „ἐμοὶ δὲ μέγα γενόμενον;“ Ξέρξης δὲ πᾶν μᾶλλον δο-
 κέων μιν χρήσειν ἢ τὸ ἐδεήθη, ἔφη τε ὑπουργήσειν, καὶ
 διαγορεύειν ἐκέλευε ὅτεν δέοιτο. ὁ δὲ, ἐπεὶ τε ταῦτα
 ἤκουσε, ἔλεγε φαρσήσας τάδε· „ὦ δέσποτα, τυγχά-
 10 „νουσί μοι παῖδες ἔόντες πέντε, καὶ σφεας καταλαμ-
 „βάνει πάντας ἅμα σοὶ στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα.
 „σὺ δὲ, ὦ βασιλεῦ, ἐμὲ ἐς τὸδε ἡλικίης ἦκοντα οἰ-
 „κτείρας, τῶν μοι παίδων ἓνα παράλυσον τῆς στρα-

*dicentes, solem Graecis futura significare, Persis autem lunam. Quibus auditis laetus Xerxes educere copias coepit. (38.) Iamque egrediebatur, quum Pythius Lydus, metuens editum de coelo prodigium, et donis suis confisus, Xerxem adiens, haec dixit: Domine, gratificaturus-ne es quod mihi velim contingere; quod tibi leve est praestare, mihi vero permagnum fuerit? Et Xerxes, quidquid potius, quam quod ille in animo habuit, petiturum eum ratus, praestiturum se ei, dixit; libereque, quae cuperet, promere iussit. Tum ille confidens, Domine, ait, sunt mihi quinque filii, quibus omnibus sors obtigit ut tecum in bellum adversus Graeciam profisciscantur. At tu, Rex, mei tam longe aetate pro-
 vecti miserere, unigue meorum filiorum, natu ma-*

„τήης, τὸν πρεσβύτατον, ἵνα αὐτοῦ τε ἐμεῦ καὶ τῶν
 „χορημάτων ἢ μελεδωνός· τοὺς δὲ τέσσερας ἀγευ ἅμα 15
 „σευωτῶ· καὶ πρήξας τὰ νοεῖς, νοστήσειας ὀπίσω.“
 39 Κάρατα τε ἐθυμώθη ὁ Ξέρξης, καὶ ἀμείβετο τοῖσδε·
 „ὦ κακὴ ἄνθρωπε, σὺ ἐτόλμησας, ἐμεῦ στρατευσ-
 „μένου αὐτοῦ ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, καὶ ἀγοντος παῖδας
 „ἐμούς καὶ ἀδελφεούς καὶ οἰκίους καὶ φίλους, μνήσα-
 „σθαι περὶ σέο παιδός· ἐὰν ἐμὸς δοῦλος, τὸν χοῖν παν- 5
 „οικίῃ αὐτῇ γυναικὶ συνέπεσθαι; εὖ νῦν τόδ' ἐξεπίστα-
 „σο, ὡς ἐν τοῖσι ὡσὶ τῶν ἀνθρώπων οἰκέει ὁ Θυμός·
 „ὅς χρηστὰ μὲν ἀκούσας, τέρψιος ἐμπιπλέει τὸ σῶμα·
 „ὑπεναντία δὲ τουτέοισι ἀκούσας, ἀνοιδέει. ὅτε μὲν νυν
 „χρηστὰ ποιήσας, ἕτερα τοιαῦτα ἐπηγγέλλεο, εὐεργε- 10
 „σίησι βασιλῆα οὐ καυχῆσαι ὑπερβαλέσθαι· ἐπεὶ τε
 „δὲ ἐς τὸ ἀναιδέστερον ἐτρέπευ, τὴν μὲν ἀξίην οὐ λάμ-

*ximo, remitte militiam; ut et mei et bonorum
 meorum curam gerat. Reliquos vero quatuor duc
 tecum: et confectis rebus quas destinasti domum
 redeas! (39.) Cui vehementer iratus Xerxes his ver-
 bis respondit: O homo nequam! Quum ego ipse
 in bellum adversus Graeciam proficiscar, et filios
 meos et fratres et cognatos et amicos eodem du-
 cam, tu tui filii ausus es facere mentionem, qui
 meus es servus, quem tota cum domo ipsaque uxore
 me sequi oportebat! Probe nunc hoc scito, in au-
 ribus hominum habitare animum; qui si bona au-
 dit, voluptate implet corpus; si contraria, indi-
 gnatur. Igitur quum bene fecisti, et alia talia pro-
 misisti, non gloriaberis te regem beneficiis supe-
 rasse: nunc vero, ubi ad impudentiam te conver-*

529, 77.

„Ψεαί, ἐλάσσω δὲ τῆς ἀξίης. σὲ μὲν γὰρ καὶ τοὺς τέσ-
 „σερας τῶν παίδων ῥύεται τὰ ξείνια· τοῦ δὲ ἐνός, τοῦ
 15 „περιέχειαι μάλιστα, τὴν ψυχὴν ζημιώσεται.“ Ὡς δὲ
 ταῦτα ὑπεκρίνατο, αὐτίκα ἐκέλευε τοῖσι προστετέτακτο
 ταῦτα πρῆσσειν, τῶν Πυθίου παίδων ἐξευρόντας τὸν
 πρεσβύτατον, μέσον διαταμεῖν· διαταμόντας δὲ, τὰ
 ἡμίτομα διαβεῖναι, τὸ μὲν ἐπὶ δεξιὰ τῆς ὁδοῦ, τὸ δὲ
 20 ἐπ’ ἀριστερά· καὶ ταύτῃ διεξιέναι τὸν στρατόν.

Ποιησάντων δὲ τούτων τοῦτο, μετὰ ταῦτα διεξίηε ὁ 40
 στρατός. Ἠγέοντο δὲ πρῶτοι μὲν οἱ σκευοφόροι τε καὶ
 τὰ ὑποζύγια· μετὰ δὲ τούτους, στρατὸς παντοίων ἐθνέων
 ἀναμιξ, οὐ διακεκριμένοι. τῇ δὲ ὑπερημίσεις ἔσαν, ἐν-
 5 θαῦτα διελέλειπτο· καὶ οὐ συνέμισγον οὔτοι βασιλεῖ.
 Προηγεῦντο μὲν δὴ ἵππότες χίλιοι, ἐκ Περσέων πάν-
 των ἀπολελεγμένοι· μετὰ δὲ, αἰχμοφόροι χίλιοι, καὶ

*tisti, non tu quidem pro merito, sed minora quam
 pro merito accipies. Te enim et quatuor ex tuis
 filiis servant hospitalia munera: unius vero, qui
 tibi prae caeteris cordi est, vitâ mulctaberis. Hoc
 dato responso, protinus his, quorum negotium erat
 talia exsequi, imperavit, ut perquisitum maximum
 natu Pythii filium discinderent medium, discissique
 corporis dimidium ad dextram viae, dimidium ad
 sinistram disponerent; utque illac transiret exercitus.*

(40.) His ita perfectis, transiit deinde agmen. Et
 praecedebant quidem iumenta cum impedimentis;
 sequebanturque copiae ex omnibus nationibus con-
 tractae, promiscue incedentes, non discretae; nu-
 mero ultra dimidium exercitus. Deinde intererat
 intervallum: nec enim hi cum rege miscebantur. Re-

οὔτοι ἐκ πάντων ἀπολελεγμένοι, τὰς λόγχαις κάτω
 ἐς τὴν γῆν τρέψαντες· μετὰ δὲ, ἱεῖσι Νισαῖοι καλούμε-
 νοι ἵπποι δέκα, κεκοσμημένοι ὡς κάλλιστα. Νισαῖοι 10
 δὲ καλέονται ἵπποι ἐπὶ τοῦδε. ἔστι πεδίον μέγα τῆς
 Μηδικῆς τῷ ὀνόματι ἔστι Νισαῖον· τοὺς ἂν δὴ ἵππους
 τοὺς μεγάλους φέροι τὸ πεδίον τοῦτο. ὅπισθε δὲ τούτων
 τῶν δέκα ἵππων, ἄρμα Διὸς ἱεὸν ἐπετέτακτο, τὸ ἵπ-
 ποι μὲν εἴλικον λευκοὶ ὀκτώ· ὅπισθε δὲ τῶν ἵππων εἶπε 15
 το πεζῇ ἡνίοχος, ἐχόμενος τῶν χαλιῶν· οὐδεὶς γὰρ δὴ
 ἐπὶ τοῦτον τὸν θρόνον ἀνθρώπων ἀναβαίνει. τούτου δὲ
 ὅπισθεν αὐτὸς Ξέρξης ἐπ' ἄρματος ἵππων Νισαίων·
 παραβέβηκε δὲ οἱ ἡνίοχος, τῷ ὀνόματι ἦν Πατιράμ-
 41 φης, Ὀτάνειω παῖς, ἀνδρὸς Πέρσεω. Ἐξήλασε μὲν 20
 δὴ οὕτω ἐκ Σαρδίων Ξέρξης· μετεκβαίνεσκε δὲ, ὅπως
 μιν ὁ λόγος αἰρέει, ἐκ τοῦ ἄρματος ἐς ἀρμάμαξαν.

gem vero praecedebant mille equites ex cunctis Per-
 sis selecti: dein mille hastati, ipsi quoque ex omni-
 bus selecti, deorsum in terram versis lanceis inceden-
 tes: post hos sacri *Nisaei* (qui vocantur) equi decem,
 quam pulcherrime ornati. *Nisaei* autem vocantur hi
 equi ab amplo Mediae campo, cui nomen *Nisaeus*, in
 quo grandes illi equi gignuntur. Hos decem equos se-
 quebatur sacer Iovis currus, quem octo trahabant can-
 didi equi; et pone pedibus incedebat auriga, frena
 tenens: hanc enim sedem nemo mortalium conscen-
 dit. Post hunc ipse Xerxes vehebatur curru equis
 Nisaeis iuncto: et a latere incedebat auriga, cui no-
 men Patiramphes, Otanis filius Persae. (41.) Hoc
 modo *Sardibus* egressus est *Xerxes*: de curru autem
 descendens, quoties commodum ei videretur, in car-
 pentum (*harmamaxam*) transibat. Post illum erant

αὐτοῦ δὲ ὀπισθεν αἰχμοφόροι, Περσέων οἱ ἀριστοὶ τε
 5 καὶ γενναιότατοι, χίλιοι, κατὰ νόμον τὰς λόγχας
 ἔχοντες. μετὰ δὲ ἵππος ἄλλη χιλίη ἐκ Περσέων ἀπο-
 λελεγεμένη· μετὰ δὲ τὴν ἵππον, ἐκ τῶν λοιπῶν Περ-
 σέων ἀπολελεγεμένοι μύριοι. οὗτος πέζος ἦν· καὶ τούτέων
 χίλιοι μὲν ἐπὶ τοῖσι δόρασι ἀντὶ τῶν σαυρωτήρων ροιάς
 10 εἶχον χρυσέας, καὶ πέριξ συνεκλήθιον τοὺς ἄλλους· οἱ
 δὲ εἰνακισχίλιοι ἐντὸς τούτέων ἑόντες, ἀργυρέας ροιάς
 εἶχον. εἶχον δὲ χρυσέας ροιάς καὶ οἱ εἰς τὴν γῆν τρέ-
 ποντες τὰς λόγχας, καὶ μῆλα οἱ ἀγχιστα ἐπόμενοι
 Ξέρξῃ. τοῖσι δὲ μυρίοισι ἐπετέτακτο ἵππος Περσέων
 15 μυρῆ. μετὰ δὲ τὴν ἵππον διελέλειπτο καὶ δύο σταδίους,
 καὶ ἔπειτα ὁ λοιπὸς ὄμιλος ἦε ἀναμίξ. Ἐποιέετο δὲ 42
 τὴν ὁδὸν ἐκ τῆς Λυδίας ὁ στρατὸς ἐπὶ τε ποταμὸν Καί-
 κον καὶ γῆν τὴν Μυσίην· ἀπὸ δὲ Καΐκου ὁρμεῶμενος,

hastati mille, fortissimi nobilissimique Persarum, erectas lanceas tenentes: deinde alii mille equites ex Persis selecti: et post equites, peditum decem millia e reliquis Persis selectorum; quorum mille in hastis, pro imis cuspidibus, aurea habebant mala punica, et reliquos circumeirca includebant; novies mille vero, qui intra hos erant, argentea mala punica habebant. Aurea vero mala punica habebant etiam illi, qui lanceas in terram conversas tenebant; et poma aurea hi, qui Xerxem proxime sequebantur. Post decies mille pedites locati erant equitum Persarum decem millia. Tum post equitatum hunc intervallum erat duorum utique stadiorum; ac deinde reliquae copiae promiscue incedebant. (42.) Iter autem ex Lydia dirigebat agmen ad Caicum fluvium

Κάνης ὄρος ἔχων ἐν ἀριστερῇ, διὰ τοῦ Ἀταρονέος ἐς Κα-
 ρίνην πόλιν. ἀπὸ δὲ ταύτης διὰ Θήβης πεδίου ἐπο- 5
 ρεύετο, Ἀτραμύττειόν τε πόλιν καὶ Ἀντανδρον τὴν Πε-
 λασγίδα παραμειβόμενος. τὴν Ἴδην δὲ λαβὼν ἐς ἀρι-
 στερὴν χεῖρα, ἥτε ἐς τὴν Ἰλιάδα γῆν. καὶ πρῶτα μὲν
 οἱ ὑπὸ τῇ Ἴδῃ νύκτα ἀναμείναντι βρονταί τε καὶ πρη-
 στήρες ἐπεισπίπτουσι, καὶ τινα αὐτοῦ ταύτῃ συχρὸν 10
 43 ὄμιλον διέφθειραν. Ἀπικομένου δὲ τοῦ στρατοῦ ἐπὶ
 τὸν Σκάμανδρον ὅς πρῶτος ποταμῶν, ἐπεὶ τε ἐκ Σαρ-
 δίων ὀρμηθέντες ἐπεχείρησαν τῇ ὁδῷ, ἐπέλιπε τὸ ρέε-
 θρον, οὐδ' ἀπέχρησε τῇ στρατιῇ τε καὶ τοῖσι κτήνεσι
 πινόμενος· ἐπὶ τοῦτον δὴ τὸν ποταμὸν ὡς ἀπίκετο Ξέρ- 5
 ξης, ἐς τὸ Πριάμου Πέργαμον ἀνέβη, ἡμέρον ἔχων
 θεήσασθαι. θεησάμενος δὲ, καὶ πυθόμενος κείνων ἕκα-
 στα, τῇ Ἀθηναίῃ τῇ Ἰλιάδι ἔθυσε βοῦς χιλίας· χοὰς

et in terram Mysiam: tum a Caico profectum, Canae montem a sinistra habens, per Atarneum ad Carinam urbem. Ab hac dein per Thebae campum iter fecit, Atramytteum urbem et Antandrum Pelasgicam praetergrediens. Tum Idam a laeva habens, Iliacam terram intravit. Ibi primum ei, sub Ida noctem agenti, ingruentia tonitrua et fulmina haud exiguum hominum numerum occiderunt. (43.) Postquam ad Scamandrum pervenit agmen; quem fluviorum primum, ex quo Sardibus profecti iter ingressi sunt, aqua destituit, nec ad bibendum exercitui iumentisque suffecit; ad hunc igitur fluvium postquam Xerxes pervenit, in Priami Pergamum adscendit, spectandi loci cupidus: quem ubi contemplatus est, et singula percontatus, Minervae Iliacae mille macta-

δὲ οἱ μάγοι τοῖσι ἥρωσι ἐχέαντο. ταῦτα δὲ ποιησαμέ-
 10 νοισι, νυκτὸς φόβος εἰς τὸ στρατόπεδον ἐνέπεσε. ἅμα
 ἡμέρῃ δὲ ἐπορεύετο ἐνθεῦτεν, ἐν ἀριστερῇ μὲν ἀπέργων
 Ῥοίτειον πόλιν καὶ Ὀφρύνειον, καὶ Δάρδανον, ἥπερ δὴ
 Ἀβύδω ὄμιυρός ἐστι· ἐν δεξιῇ δὲ, Γέργιθας Τευκρούς.

Ἐπεὶ δ' ἐγένοντο ἐν Ἀβύδῳ, ἠθέλησε Ξέρξης ιδέ- 44
 σθαι πάντα τὸν στρατὸν. καὶ, προεπεποίητο γὰρ ἐπὶ
 κολωνοῦ ἐπίτηδες αὐτῷ ταύτῃ προεξέδρη λίθου λευκοῦ·
 ἐποίησαν δὲ Ἀβυθῆνοί, ἐντειλαμένου πρότερον βασιλῆος.
 5 ἐνθαῦτα ὡς ἴζετο, κατορῶν ἐπὶ τῆς ἡϊόνος, ἐθήετο καὶ
 τὸν πεζὸν καὶ τὰς νέας· θηεύμενος δὲ, ἡμέρῃ τῶν νεῶν
 ἀμίλλαν γινομένην ιδέσθαι. ἐπεὶ δ' ἐγένετό τε καὶ ἐνί-
 κων Φοίνικες Σιδώνιοι, ἤσθη τε τῇ ἀμίλλῃ καὶ τῇ στρα-
 τῇ. Ὡς δὲ ὥρα πάντα μὲν τὸν Ἑλλήσποντον ὑπὸ 45

vit hoves, et heroibus Magi inferias obtulerunt. Qui-
 bus peractis, noctu terror castra invasit. Prima dein
 luce inde profecti, a sinistra reliquerunt Rhoeteum
 urbem et Ophryneum et Dardanum, quae est Abydo
 contermina; a dextra vero Gergithas Teucros.

(44.) *Abydum* postquam pervenerunt, voluit ibi
Xerxes universum oculis lustrare exercitum. Et de
 industria ibi in tumulto praeparata ei erat sedes sub-
 limis ex candido marmore; quam Abydeni iussu
 regis prius extruxerant. Ibi igitur sedens, et deor-
 sum secundum oram prospiciens, contemplatus est
 et pedestrem exercitum et naves: quas dum contem-
 platur, incessit eum cupido certamen navale spe-
 ctandi. Quod ubi ei editum est spectaculum, in quo
 vicere Phoenices Sidonii, lactatus est et certamine et
 exercitu. (45.) Conspiciens autem universum *Hel-*

τῶν νεῶν ἀποκεκορμμένον, πάσας δὲ τὰς ἀκτὰς καὶ
 τὰ Ἀβυθηνῶν πεδία ἐπίπλεα ἀνθρώπων, ἐνθαῦτα Ξέρ-
 46 ξης ἑαυτὸν ἔμακάρισε· μετὰ δὲ τοῦτο, ἐδάκρυσε. Μα-
 θῶν δὲ μιν Ἀρτάβανος ὁ πάτριος, ὅς τὸ πρῶτον γνώ-
 μην ἀπεδέξατο ἐλευθέρως, οὐ συμβουλευῶν Ξέρξῃ στρα-
 τεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα· οὗτος ἄνηρ Φρασθεὶς Ξέρ-
 ξεα δακρυσάνας, εἶρετο τάδε· „ὦ βασιλεῦ, ὡς πολὺ 5
 „ἀλλήλων κεχωρισμένα ἐργάσαο νῦν τε καὶ ὀλίγω
 „πρότερον; μακαρίσας γὰρ σεαυτὸν, δακρύεις.“ Ὁ δὲ
 εἶπε· „Ἐσῆλθε γὰρ με λογιζάμενον κατοικτεῖραι ὡς
 „βραχυς εἶη ὁ πᾶς ἀνθρώπινος βίος, εἰ τουτέων γε,
 „ἑόντων τοσούτων, οὐδεὶς ἐς ἑκατοστὸν ἔτος περιέσται.“ 10
 Ὁ δὲ ἀμείβετο λέγων· „Ἔτερα τούτου παρὰ τὴν ζῴην
 „πεπόνθαμεν οἰκτρότερα. ἐν γὰρ οὕτω βραχεῖ βίῳ οὐ-

lespontum navibus suis coopertum, et oram omnem
 et campos Abydenorum hominibus repletos, beatum
 se *Xerxes* praedicavit: haud multo post vero lacry-
 mas fudit. (46.) Quod ubi animadvertit *Artabanus*,
 avunculus eius, qui prius libere dixerat sententiam,
 hortatusque eum erat ne expeditionem in Graeciam
 susciperet; hic vir, lacrymantem intelligens *Xerxem*,
 his verbis eum est adlocutus: *Quam longe inter se*
diversa, Rex, fecisti nunc et paulo ante! modo
beatum te praedicasti; nunc lacrimas fundis. Cui
 ille: *Subiit namque me humanam sortem miserari,*
reputantem quam brevis sit universa hominis vita;
quandoquidem horum, tot numero hominum, nul-
lus in centesimum annum supersuturus est. Re-
 ponens *Artabanus* ait: *Alia hoc etiam miserabi-*
liona nobis in vitae cursu accidunt. Etenim nemo

532, 69.

„δείς οὕτω ἄνθρωπος ἐὼν εὐδαίμων πέφυκε, οὔτε του-
 „τέων, οὔτε τῶν ἄλλων, τῶ οὐ παραστήσεται πολλά-
 15 „κίς, καὶ οὐκὶ ἄπαξ, τεθνήσκει βούλεσθαι μᾶλλον ἢ
 „ζῶειν. αἱ τε γὰρ συμφοραὶ προσπίπτουσαι, καὶ αἱ
 „νοῦσοι συνταράσσουσαι, καὶ βραχὺν ἔοντα, μακρὸν
 „δοκέειν εἶναι ποιεῦσι, τὸν βίον. οὕτω ὁ μὲν θάνατος,
 „μοχθηρῆς ἐούσης τῆς ζῆς, καταφυγὴ αἰρετωτάτη τῶ
 20 „ἀνθρώπῳ γέγονε· ὁ δὲ θεὸς, γλυκὺν γεύσας τὸν αἰῶ-
 „να, φθονερός ἐν αὐτῷ εὐρίσκεται ἐὼν.“ Ξέρξης δὲ 47
 „ἀμείβετο λέγων· „Ἀρτάβανε, βιοτῆς μὲν νυν ἄνθρω-
 „πήϊς πέρι, ἐούσης τοιαύτης οἴην περ σὺ διαιρέεαι εἶναι,
 „παυσώμεθα, μηδὲ κακῶν μεμνεώμεθα, χρηστὰ ἔχον-
 5 „τες πρήγματα ἐν χερσὶ. Φράσον δέ μοι τόδε. εἴ τοι
 „ἢ ὄψις τοῦ ἐνυπνίου μὴ ἐναργῆς οὕτω ἐφάνη, εἶχες ἂν

hominum, nec ex horum numero, nec ex aliorum, ita felix natus est, cui in tam brevi vita non usu venturum sit idemtidem, nedum semel, ut mori malit quam vivere. Incidentes enim calamitates, et morbi nos perturbantes, faciunt ut vita, quantumvis brevis sit, praelonga nobis videatur. Itaque mors, quando molesta est vita, optatissimum refugium fit homini: deus vero, postquam dulcem nobis gustandam dedit vitam, dum illâ fruimur, invidus esse reperitur. (47.) Respondit Xerxes: Artabane, est vitae humanae conditio talis, qualem tu significas: sed omittamus nunc de hac re disserere, neque malorum meminerimus, quum laetas res prae manibus habeamus! Dic mihi vero hoc. Nisi nocturna illa visio tibi ita manifesta adparuisset, pristinam-ne teneres sententiam, hor-

„ τὴν ἀρχαίην γνώμην, οὐκ εἰὼν με στρατεύεσθαι ἐπὶ
 „ τὴν Ἑλλάδα, ἢ μετέστης ἄν; Φέρε μοι τοῦτο ἀτρε-
 „ κέως εἰπέ.“ Ὁ δὲ ἀμείβετο λέγων· „ ὦ βασιλεῦ,
 „ ὄψις μὲν ἢ ἐπιφανείσα τοῦ ὀνείρου, ὡς βουλόμεθα 10
 „ ἀμφοτέρω, τελευτήσῃ. ἐγὼ δ' ἐτι καὶ ἐς τότε δείμα-
 „ τός εἰμι ὑπόπλευς, οὐδ' ἐντὸς ἐμευτοῦ· ἄλλα τε
 „ πολλὰ ἐπιλεγόμενος, καὶ δὴ καὶ ὄρεών τοι δύο τὰ μέ-
 48 „ γιστα πάντων ἔοντα πολεμιώτατα.“ Ξέρξης δὲ πρὸς
 ταῦτα ἀμείβετο τοῖσδε· „ Δαιμόνιε ἀνδρῶν, κοῖα ταῦ-
 „ τα λέγεις εἶναι δύο μοι πολεμιώτατα; κότερά τοι ὁ
 πεζὸς μεμπτὸς κατὰ τὸ πλῆθος ἔστι, καὶ τὸ Ἑλληνι-
 „ κὸν στρατεύμα φαίνεται πολλαπλήσιον ἔσεσθαι τοῦ 5
 „ ἡμετέρου; ἢ τὸ ναυτικὸν τὸ ἡμέτερον λείψεσθαι τοῦ
 „ ἐκείνων; ἢ καὶ συναμφοτέρα ταῦτα; εἰ γάρ τοι ταῦτη
 „ ἐνδεέστερα φαίνεται εἶναι τὰ ἡμέτερα πρήγματα,

tarerisque me, ne Graeciae inferam bellum, an deseruisses istam sententiam? Agedum, aperte hoc mihi dicito! Et ille: Rex, inquit, visio illa, quae mihi per insomnium adparuit, eum habeat exitum, quem uterque nostrum cupimus! Ego vero usque adhuc timoris plenus sum, nec satis mei compos, quum alia multa reputans, tum duas res maximas videns tibi maxime contrarias. (48.) Tum Xerxes, O vir mirifice! inquit, quaeenam haec duo ais mihi maxime contraria? Utrum pedestrium copiarum non satis tibi placet numerus, existimasque Graecum exercitum nostro longe fore copiosiore? an navales nostras copias copiis illorum fore inferiores? an utrumque horum? Nam, si hac parte parum sufficientes iudicas no-

533, 99.

„στρατεῦ ἀν' ἄλλου τις τὴν ταχίστην ἀγερσιν ποιῶτο.“
 Ὁ δ' ἀμείβετο λέγων· „ὦ βασιλεῦ, εὔτε στρατὸν 49
 „τοῦτον ὅστις γε σύνεσιν ἔχει, μέμφοιτ' ἀν', οὔτε τῶν
 „νεῶν τὸ πλῆθος· ἦν τε πλεῦνας συλλέξῃς, τὰ δύο τοι, (1)
 „τὰ λέγω, πολλῶ ἔτι πολεμιάτερα γίνεται. τὰ δὲ δύο
 5 „ταῦτα, ἔστι γῆ τε καὶ θάλασσα. οὔτε γὰρ τῆς θα-
 „λάσσης ἐστὶ λιμὴν τοσοῦτος οὐδαμῶθι, ὡς ἐγὼ εἰκά-
 „ζω, ὅστις ἐγειρομένου χειμῶνος, δεξάμενός σευ τοῦτο
 „τὸ ναυτικόν, φερέγγυος ἔσται διασῶσαι τὰς νέας. καὶ
 „τοι οὐκί' ἓνα αὐτὸν δεῖ εἶναι τὸν λιμένα, ἀλλὰ παρα-
 10 „πᾶσαν τὴν ἡπειρον, παρ' ἣν δὴ κομῖαι. οὐκων δὲ ἐόν-
 „των τοι λιμένων ὑποδεξίων, μάθε ὅτι αἱ συμφοραὶ
 „τῶν ἀνθρώπων ἀρχουσι, καὶ οὐκί' ἄνθρωποι τῶν συμ-
 „φορέων. Καὶ δὴ, τῶν δύο τοι τοῦ ἐτέρου εἰρημένου, 49

stros adparatus, celerrime aliae contrahi copiae poterunt. (49.) Tum Artabanus, Rex, inquit, neque in exercitus huius numero, neque in navium copia, quisquam sanae mentis homo aliquid desideraverit. (49. 1.) Quin etiam, si plures contraheres copias, multo magis tibi duo illa, quae dico, contraria forent. Sunt autem haec duo, terra et mare. Nec enim in mari usquam, ut ego conicio, tam spatiosus portus est, qui, coorta tempestate, capere tuam classem, et tutas praestare naves possit. Atqui non modo unum talem oportet esse portum; sed in quaque continente, quam classis tua praetervehetur, esse talem oportet. Igitur quum idoneos non habeas portus, memento homines in potestate esse casuum fortunae, non casus fortunae in potestate hominum. (49. 2.) Postquam

„τὸ ἕτερον ἔρχομαι ἐρέων. γῆ δὲ πολεμὴ τῆδὲ τοι κα-
 „τίσται· εἰ ἐθέλοι τοι μηδὲν ἀντίξοον καταστῆναι, 15
 „τοσούτῳ τοι γίνεται πολεμιωτέρῃ, ὅσω ἂν προβαίνης
 „ἐκαστέρῳ, τὸ πρόσω αἰεὶ κλεπτόμενος· εὐπρηξίης γὰρ
 „οὐκ ἔστι ἀνθρώποισι οὐδεμίῃ πληρώσῃ. καὶ δὴ τοι, ὡς
 „οὐδενὸς ἐναντιευμένου, λέγω τὴν χώραν, πλεῦνα ἔν
 „πλεῦνι χρόνῳ γινομένην, λιμὸν τέξεσθαι. Ἀνὴρ δὲ 20
 „ούτῳ ἂν εἴη ἀριστος, εἰ βουλευόμενος μὲν, ἀρρώδεσι,
 „πᾶν ἐπιλεγόμενος πείσεσθαι χροῖμα, ἐν δὲ τῷ ἔργῳ
 50 „θρασὺς εἴη.“ Ἀμείβεται Ξέρξης τοῖσδε· „Ἀρτά-
 „βανε, οἰκίῳ μὲν σύ γε τούτων ἕκαστα διαίρεσαι·
 „ἀτὰρ μήτε πάντα φοβέο, μήτε πᾶν ὁμοίως ἐπιλέ-
 (1) „γεο. Εἰ γὰρ δὴ βούλοιο ἐπὶ τῷ αἰεὶ ἐπεσφερομένῳ
 „πρήγματι τὸ πᾶν ὁμοίως ἐπιλέγεσθαι, ποιήσεις ἂν 5

unum ex duobus illis exposui, nunc alterum dicam. Terra nempe tibi ita contraria est, ut, si nihil fuerit quod tibi obstet, tanto magis illa futura sit contraria, quando longius progredieris, imprudens ulterius semper abreptus; nam felicitatis nulla hominibus satietas est. Igitur, hoc posito nihil tibi obstare, terram dico, quum procedente tempore ulterius semper progredieris, famem tibi esse adlaturam. At vir ita demum optime rebus suis consuluerit, si in deliberando quidem, quidlibet sibi accidere posse reputans, extimescat, in re autem agenda fortis atque audax fuerit. (50.) Respondit Xerxes his verbis: Artabane! Recte tu quidem haec singula disputas: at neque omnia extimesce, neque omnia pariter animo volve! (50. 1.) Nam si in quaque re proposita omnia animo vol-

„ οὐδαμᾶ οὐδέν' κρέσσον δέ, πάντα φαρσέοντα, ἤμισυ
 „ τῶν δεινῶν πάσχειν μᾶλλον, ἢ πᾶν χρεῖμα προδει-
 „ μαίνοντα, μηδαμᾶ μηδέν παθεῖν. εἰ δὲ ἐρίζω πρὸς
 „ πᾶν τὸ λεγόμενον, μὴ τὸ βέβαιον ἀποδέξεις, σφάλλ-
 10 „ λησθαι ὀφείλεις ἐν αὐτοῖσι ὁμοίως καὶ ὁ ὑπεναντία
 „ τούτοισι λέξας. τοῦτο μὲν νυν ἐπίσης ἔχει. εἰδέναι δὲ
 „ ἄνθρωπον ἔοντα, ὅπως χρεῖ, τὸ βέβαιον, δοκέω μὲν οὐ-
 „ δαμῶς. τοῖσι τοίνυν βουλομένοισι ποιέειν, ὡς τὸ ἐπί-
 „ παν φιλέει γίνεσθαι τὰ κέρδεα· τοῖσι δὲ ἐπιλεγόμε-
 15 „ νοσί τε πάντα καὶ ὀκνεῦσι, οὐ μάλ' ἀθέλει. Ὅραῖς 50
 „ τὰ Περσέων πρήγματα ἐς ὃ δυνάμιος προκεχώρηκε, (2)
 „ εἰ τοίνυν ἐκεῖνοι οἱ πρὸ ἐμεῦ γενόμενοι βασιλῆες γνώ-
 „ μησι ἐχρέοντο ὁμοίησι καὶ σὺ, ἢ μὴ χρεόμενοι γνώ-
 „ μησι τ' αὐτῆσι, ἄλλους συμβούλους εἶχον τοιούτους,

L. 12. ὅπως χρεῖ ex coniect. Vulgo libri omnes πῶς χρεῖ τὸ βέβ.

vere, quae incidere possunt, volueris, nihil unquam efficies: melius est autem, cuncta fidenter adgrediendo, dimidium pati incommodorum; quam omnia timentem, nihil unquam pati. Porro, si adversus omnia quae dicuntur contendens, nihil tamen certi ipse promissis, labi in his pariter debes atque is qui contraria dixit. Hoc quidem igitur perinde est. Certam autem veri cognitionem, qualem oportebat, habere mortalem puto neminem. Itaque, qui agere volunt, hos plerumque sequi amat successus: qui vero omnia reputantes cunctantur, nihil proficiunt. (50. 2.) Vides res Persarum quousque potentiae creverint. Quod si igitur reges illi, qui ante me fuerunt, in ea fuissent sententia qua tu es, aut si, quum aliter quidem ipsi sensis-
Herod. T. III. P. I. O

„οὐκ ἂν κοτε εἶδες αὐτὰ ἐς τοῦτο προελθόντα· νῦν δὲ 20
 „κινδύνους ἀναρρίπτεόντες, ἐς τοῦτό σφρα προηγάγοντο.
 „μεγάλα γὰρ πρήγματα μεγάλοισι κινδύνοισι ἐθέλει
 „καταιρέεσθαι. Ἡμεῖς τοίνυν, ὁμοιούμενοι κείνοισι, ὤρην
 „τε τοῦ ἔτεος καλλίστην πορευόμεθα, καὶ καταστρε-
 „ψάμενοι πᾶσαν τὴν Εὐρώπην, νοστήσομεν ὀπίσω, οὔτε 25
 „λιμῶ ἐντυχόντες οὐδαμόθι, οὔτε ἄλλο ἄχαρι παθόν-
 „τες οὐδέν. τοῦτο μὲν γὰρ, αὐτοὶ πολλὴν Φορβὴν Φερό-
 „μενοι πορευόμεθα· τοῦτο δὲ, τῶν ἂν κου ἐπιβέωμεν
 „γῆν καὶ ἔθνος, τούτων τὸν σίτον ἔξομεν ἐπ' ἀροτῆρας
 51 „δὲ, καὶ οὐ νομάδας, στρατευόμεθα ἀνδρας.“ Λέγει 30
 „Ἀρτάβανος μετὰ ταῦτα· „ὦ βασιλεῦ, ἐπεὶ τε
 „ἀρρωδέειν οὐδὲν ἔαῖς πρήγμα, σὺ δὲ μευ συμβου-
 „λίην ἐνδεξαι· ἀναγκαίως γὰρ ἔχει περὶ πολλῶν πρη-

*sent, secuti essent consilium hominum tui simili-
 limum, nequaquam videres res eorum in hoc fasti-
 gium evectas: nunc illi, periculorum aleam sub-
 eundo, huc eas evexere. Magna enim potentia non
 nisi magnis periculis everti potest. Nos igitur, il-
 lorum facta aemulantes, optimo anni tempore iter
 sumus ingressi: et subactâ universâ Europâ do-
 mum revertemur, nec famem usquam passi, nec
 aliud quidquam triste experti. Nam et com meatu
 affatim instructi iter facimus, et, quamcumque
 in terram, quemcumque ad populum perveniemus,
 huius re frumentaria utemur: nec enim nomadi-
 bus hominibus, sed aratoribus, facimus bellum.
 (51.) Post haec Artabanus: Rex! inquit, Quoniam
 nullam rem nos sinis extimescere, tu tamen meum
 admitte consilium: nam, ubi de multis rebus agi-*

534, 59.

- 5 „γμάτων πλεῦνα λόγον ἐκτεῖναι. Κῦρος ὁ Καμβύσεω
 „Ἰωνίην πᾶσαν, πλὴν Ἀθηναίων, κατεστρέψατο δασ-
 „μοφόρον εἶναι Πέρσησι. τούτους ᾧν τοὺς ἀνδρας συμ-
 „βουλεύω τοι μηδεμιῇ μηχανῇ ἀγειν ἐπὶ τοὺς πατέρας·
 „καὶ γὰρ ἀνευ τούτων οἰοί τε εἶμὲν τῶν ἐχθρῶν κα-
 10 „τυπέστεροι γίνεσθαι. ἢ γὰρ σφεας, ἣν ἔπωνται, δεῖ
 „ἀδικωτάτους γίνεσθαι, καταδουλουμένους τὴν μητρό-
 „πολιν, ἢ δικαιοτάτους, συνελευθεροῦντας. ἀδικώτατοι
 „μὲν νυν γινόμενοι, οὐδὲν κέρδος μέγα ἡμῖν προσβάλ-
 „λουσι· δικαιοτάτοι δὲ γινόμενοι, οἰοί τε δηλήσασθαι
 15 „μεγάλως τὴν σὴν στρατιὴν γίνονται. Ἐς θυμὸν ᾧν
 „βαλεῦ καὶ τὸ παλαιὸν ἔπος, ὡς εὖ εἴρηται, τὸ μὴ
 „ἅμα ἀρχῇ πᾶν τέλος καταφαινέσθαι.“ Ἀμείβε- 52
 ται πρὸς ταῦτα Ξέρξης· „Ἀρτάβανε, τῶν ἀπεφῆναι

LI. 6. Athenaiōn. Fors. Ἀθηνέων, exceptis Athenis.

tur, necesse est etiam plura facere verba. Cyrus, Cambysis filius, Ioniam omnem, exceptis Atheniensibus, subegit, tributariamque Persis fecit. Hos igitur, tibi suadeo, nullo pacto adversus parentes ipsorum ducas. Nam et absque his licuerit nobis superare hostes: et oportet eos, si nos sequantur, aut iniustissimos esse, metropolin suam in servitutem redigentes; aut iustissimos, libertatem illius adiuvantes. Atqui, si iniustissimi sunt, non magnum nobis lucrum adferent: si iustissimi, maxima calamitate adficere tuum poterunt exercitum. Denique reputa tecum, recte dici vetus illud verbum, Non simul cum principio exitum etiam omnem patere. (52.) Ad haec Xerxes respondit: Artabane! omnium quas dixisti sententiarum haec te maxime fallit, quod putas verendum esse ne

„γνωμέων, σφάλλεαι κατὰ ταύτην δὴ μάλιστα, ὅς
 „Ἴωνας φοβέαι μὴ μεταβάλωσι τῶν ἔχομεν γνῶ-
 „μα μέγιστον, τῶν σύ τε μάστις γίνεαι, καὶ οἱ συ- 5
 „στρατευσάμενοι Δαρείῳ ἄλλοι ἐπὶ Σκύθας, ὅτι ἐπὶ
 „τούτοισι ἢ πᾶσα Περσικὴ στρατιὴ ἐγένετο, διαφθει-
 „ραι καὶ περιποιῆσαι, οἱ δὲ δικαιοσύνην καὶ πιστότη-
 „τα ἐνέδωκαν, ἄχαρι δὲ οὐδέν. παρέξ δὲ τούτου, ἐν τῇ
 „ἡμετέρῃ καταλιπόντας τέκνα τε καὶ γυναῖκας καὶ 10
 „χρήματα, οὐδ' ἐπιλέγεσθαι χροὴ νεώτερόν τι ποιήσειν.
 „Οὕτω μὴδὲ τοῦτο φοβέο, ἀλλὰ θυμὸν ἔχων ἀγαθόν,
 „σῶζε οἶκόν τε τὸν ἐμὸν, καὶ τυραννίδα τὴν ἐμήν· σοὶ γὰρ
 „ἐγὼ μούνω ἐκ πάντων σκῆπτρα τὰ ἐμὰ ἐπιτράπω.“

53 Ταῦτα εἶπας, καὶ Ἀρτάβανον ἀποστείλας εἰς Σου-
 σα, δεύτερα μετεπέμψατο Ξέρξης Περσέων τοὺς δοκι-

*Iones a nobis deficient: quorum maximum habemus documentum, quibus tu ipse testis es, et quicumque alii cum Dario adversus Scythas militarunt, fuisse in illorum potestate aut perdere univ-
 ersum Persicum exercitum, aut servare; eosdem vero iustitiam et fidem praestitisse, nihilque ingrati commisisse. Praeterea, quum nostra in terra reliquerint liberos suos et uxores et facultates, ne cogitari quidem debet, res novas eos molituros. Itaque ne hoc quidem reformida; sed bonum habens animum serva meum domum meumque imperium: nam tibi uni ex omnibus scepra mea committo.*

(53.) His dictis, Artabanum Xerxes Susa misit, deinde Persarum nobilissimos ad se convocavit. Qui

ματάτους. ἐπεὶ δὲ οἱ παρῆσαν, ἔλεγέ σοι τάδε· „ὦ
 „Πέρσαι, τῶνδ' ἐγὼ ὑμέων χροίζων, συνέλεξα, ἀν-
 5 „δρας τε γίνεσθαι ἀγαθούς, καὶ μὴ καταισχύνειν τὰ
 „πρόσθεν ἐργασμένα Πέρσησι, εἶντα μεγάλα τε καὶ
 „πολλοῦ ἄξια. ἀλλ' εἰς τε ἕκαστος καὶ οἱ σύμπαντες
 „προθυμίην ἔχωμεν· ξυνὸν γὰρ τοῦτο πᾶσι ἀγαθὸν σπεύ-
 „δεται. Τῶνδε δὲ εἴνεκα προαγορεύω ἀντέχεσθαι τοῦ
 10 „πολέμου ἐντεταμένως· ὡς γὰρ ἐγὼ πυνθάνομαι, ἐπ'
 „ἀνδρας στρατευόμεθα ἀγαθούς· τῶν ἢν κτρατήσωμεν,
 „οὐ μὴ τις ἡμῖν ἄλλος στρατὸς ἀντιστῆ κοτε ἀνθρώπων.
 „νῦν δὲ διαβαίνωμεν ἐπευξάμενοι τοῖσι θεοῖσι, τοῖ Περ-
 „σίδα γῆν λελόγγασι.“ Ταύτην μὲν τὴν ἡμέρην πα- 54
 ρασκευάζοντο ἐς τὴν διάβασιν. τῇ δὲ ὑστεραῇ ἀνέμενον
 τὸν ἥλιον, ἐθέλοντες ἰδέσθαι ἀνίσχοντα, θυμῆματά τε
 παντοῖα ἐπὶ τῶν γεφυρέων καταγίζοντες, καὶ μυρσίνη-

ubi convenere, haec ad eos rex verba fecit: *Persae!*
Convocavi vos ego, hoc a vobis contendens, ut for-
tes viros vos praestetis, neque res antehac a Persis
gestas, magnas illas memoriâque dignas, dedecore-
tis. Sed, et unusquisque pro se, et simul universi,
prompti alacresque simus! commune enim hoc om-
nibus bonum quaerimus. Hac vero de caussa vos
hortor, ut omni contentione in hoc bellum incum-
batis, quoniam, ut audio, cum fortibus viris pu-
gnandum nobis erit; quos si vicerimus, nullus
porro alius hominum exercitus nobis resistet.
Nunc vero traiciamus, Deos precati Persicae
terrae praesides. (54.) Et illo quidem die parabant
transitum: postridie vero solem expectabant, cu-
pientes orientem videre, et odorum omne genus in

σι στορνόντες τὴν ὁδόν. ὡς δ' ἐπανετέλλε ὁ ἥλιος, σπέν- 5
 δων ἐκ χρυσέης Φιάλης Ξέρξης εἰς τὴν Θάλασσαν, εὐ-
 χετο πρὸς τὸν ἥλιον, μηδεμίην οἱ συντυχίην τοιαύτην γε-
 νέσθαι, ἢ μιν παύσει καταστρέψασθαι τὴν Εὐρώπην
 πρότερον ἢ ἐπὶ τέρμασι τοῖσι ἐκείνης γένηται. εὐξάμενος
 δὲ, ἐσέβαλε τὴν Φιάλην εἰς τὸν Ἑλλήσποντον, καὶ χρύ- 10
 σεον κρητῆρα, καὶ Περσικὸν ξίφος, τὸν ἀκινάκην κα-
 κέουσι. ταῦτα οὐκ ἔχω ἀτρεκέως διακρῖναι, οὔτε εἰ τῶ
 ἡλίῳ ἀνατιθεῖς κατῆκε εἰς τὸ πέλαγος, οὔτε εἰ μετεμέ-
 λησέ οἱ τὸν Ἑλλήσποντον μαστιγῶσαντι, καὶ ἀπὸ του-
 55 τέων τὴν Θάλασσαν ἐδωρέετο. Ὡς δὲ ταῦτά οἱ ἐπε- 15
 πείητο, διέβαινον κατὰ μὲν τὴν ἐτέρην τῶν γεφυρέων
 τὴν πρὸς τοῦ Πόντου, ὁ πεζὸς τε καὶ ἡ ἵππος ἀπα-
 σα· κατὰ δὲ τὴν πρὸς τὸ Αἰγαῖον, τὰ ὑποζύγια καὶ ἡ

in pontibus adolentes, et myrtis viam sternentes.
 Oriente sole, ex aurea phiala libamina Xerxes fu-
 dit in mare, et ad Solem conversus precatus est, ut
nullus sibi accideret casus, qui ipsum cogeret a
subigenda Europa prius desistere, quam ad ex-
tremos illius terminos pervenisset. Peractis preci-
 bus, phialam in Hellespontum proiecit, simulque
 aureum craterem, et Persicum gladium, quem *aci-*
nacen vocant. Illud autem certo definire non pos-
 sum, utrum in Solis honorem ista in mare proiece-
 rit, an Mari munera ista obtulerit, poenitentiâ ad-
 ductus quod Hellespontum flagellis caedi iussisset.
 (55.) His rebus peractis, *Hellespontum copiae tra-*
iecerunt. Et per alterum quidem e pontibus, qui
 Pontum Euxinum spectabat, pedestris transibat exer-
 citus et equitatus omnis: per alterum vero, Aegaeo

5 *Θεραπήη.* ἠγέοντο δὲ πρῶτα μὲν οἱ μύριοι Πέρσαι, ἔστεΦανωμένοι πάντες· μετὰ δὲ τούτους, ὁ σύμμικτος στρατὸς παντοίων ἐθνέων. ταύτην μὲν τὴν ἡμέρην οὔτοι. τῇ δὲ ὑστεραίῃ, πρῶτοι μὲν οἱ τε ἰππῶται, καὶ οἱ τὰς λόγχας κάτω τρέποντες· ἔστεΦάνωντο δὲ καὶ οὔτοι
 10 μετὰ δὲ, οἱ τε ἵπποι οἱ ἱροί, καὶ τὸ ἄρμα τὸ ἱρόν· ἐπὶ δὲ, αὐτὸς τε Ξέρξης καὶ οἱ αἰχμοφόροι, καὶ οἱ ἰππῶται οἱ χίλιοι. ἐπὶ δὲ τούτοις, ὁ ἄλλος στρατὸς· καὶ αἱ νῆες ἅμα ἀνήγοντο ἐς τὴν ἀπεναντίον. ἤδη δὲ ἤκουσα καὶ ὕστατον διαβῆναι βασιλῆα πάντων. Ξέρξης δὲ 56
 ἐπεὶ τε διέβη ἐς τὴν Εὐρώπην, ἐθνεῖτο τὸν στρατὸν ὑπὸ μαστίγων διαβαίνοντα. διέβη δὲ ὁ στρατὸς αὐτοῦ ἐν ἑπτὰ ἡμέρησι καὶ ἐν ἑπτὰ εὐφρόνησι, ἐλινύσας οὐδέ-
 5 να χρόνον. Ἐνθαῦτα λέγεται, Ξέρξεω ἤδη διαβεβηκό-

mari obversum, iumenta cum impedimentis, et famulorum turba. Praecedebant decies mille Persae, coronati omnes: quos sequebatur mixtus, quem dixi, ex variis populis exercitus. Hi primo die. Postridie, primum equites, et illi qui lanceas ad terram conversas gestabant; etiam hi coronati: deinde equi sacri, et sacer currus: tum ipse *Xerxes* cum hastatis et cum mille, quos dixi, equitibus. Deinde reliquus exercitus: simulque naves in oppositum littus transducebantur. Memoratum vero etiam audiui, postremum omnium regem transiisse. (56.) Postquam in Europam *Xerxes* traiecerat, spectavit exercitum sub flagellis transeuntem. Transivit autem exercitus septem continuis diebus, septemque noctibus, nullā interpositā morā. Ibi tunc, quum iam transiisset *Xer-*

τος τὸν Ἑλλησποντον, ἀνδρα εἰπεῖν Ἑλλησπόντιον „ὦ Ζεῦ, τί δὴ ἀνδρὶ εἰδόμενος Πέρσῃ, καὶ οὐνομα ἀντὶ „Διὸς Ξέρξεα θέμενος, ἀνάστατον τὴν Ἑλλάδα ἐθέ- „λεις ποιῆσαι, ἄγων πάντας ἀνθρώπους; καὶ γὰρ ἀνευ „τουτέων ἐξῆν τοι ποιεῖν ταῦτα.“

57 Ὡς δὲ διέβησαν πάντες, ἐς ὁδὸν ὠρμημένοισι τέρας σφί ἐφάνη μέγα, τὸ Ξέρξης ἐν οὐδενὶ λόγῳ ἐποιήσατο, καὶ περὶ εὐσύμβλητον ἑὸν ἵππος γὰρ ἔτεκε λαγόν. εὐσύμβλητον ὦν τῆδε ἐγένετο, ὅτι ἐμελλε μὲν ἐλαῖν στρατιὴν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα Ξέρξης ἀγαυρότατα καὶ με- 5 γαλοπρεπέστατα, ὀπίσω δὲ περὶ ἑαυτοῦ τρέχων ἦξεν ἐς τὸν αὐτὸν χῶρον. Ἐγένετο δὲ καὶ ἕτερον αὐτῷ τέρας, ἑόντι ἐν Σάρδισι ἡμίονος γὰρ ἔτεκε ἡμίονον διζὰ ἔχου-

LVII. 6. περὶ ἑαυτοῦ. *Alii, nescio an rectius, περὶ ἑαυτοῦ, circum se ipsum currens.*

xes, narrant virum Hellespontium dixisse: O Iupiter! cur formam adsumens viri Persae, et nomen Xerxis loco Iovis adsciscens, evertere vis Graeciam, homines omnes adversus eam ducens? Atqui absque his facere hoc poteras.

(57.) Transgressis omnibus, et iter ulterius ingredientibus, ingens oblatum est *prodigium*, cuius rationem nullam *Xerxes* habuit, quamvis facilis fuisset eius interpretatio: equa enim leporem peperit. Facile autem erat illud in hanc partem interpretari, *Xerxem ingenti quidem fastu et magnificentia exercitum suum ducturum esse in Graeciam, sed cum propriae vitae periculo eundem in locum rediturum.* Aliud etiam eidem, quum Sardibus versaretur, *prodigium* obtigerat: mulus enim mulum pe-

537, 45.

σαν αἰδοῖα, τὰ μὲν, ἔρσηνος, τὰ δὲ, Φηλέης· κατύ-
 10 περθε δὲ ἦν τὰ τοῦ ἔρσηνος. Τῶν ἀμφοτέρων λόγον 58
 αὐδένα ποιησάμενος, τὸ πρόσω ἐπορεύετο· σὺν δέ οἱ ὁ
 πεζὸς στρατός. ὁ δὲ ναυτικός ἔξω τὸν Ἑλλάσποντον
 πλέων, παρὰ γῆν ἐκομίζετο, τὰ ἔμπαλιν πρήσσω τῶ
 5 πεζοῦ. ὁ μὲν γὰρ πρὸς ἐσπέρην ἔπλεε, ἐπὶ Σαρπηδο-
 νίης ἀκροῦ τὴν ἀπίξιν ποιούμενος, εἰς τὴν αὐτῶ προεί-
 ρητο ἀπικομένῳ περιμένειν· ὁ δὲ κατ' ἡπειρον στρατός
 πρὸς ἡῶ τε καὶ ἡλίου ἀνατολᾶς ἐποίεετο τὴν ὁδὸν διὰ
 τῆς Χερσονήσου, ἐν δεξιῇ μὲν ἔχων τὸν Ἑλλης τάφον
 10 τῆς Ἀδάμαντος, ἐν ἀριστερῇ δὲ Καρδίην πόλιν. διὰ μέ-
 σης δὲ παρεύμενος πόλιος, τῇ ὄνομα τυγχάνει εἶν' Ἀγο-
 ρῆ, ἐνθεῦτεν δὲ κάμπτων τὸν κόλπον τὸν Μέλανα κα-
 λεόμενον· καὶ Μέλανα ποταμὸν, οὐκ ἀντισχόντα τότε
 τῇ στρατιῇ τὸ ρέεθρον, ἀλλ' ἐπιλιπόντα, τοῦτον τὸν πο-

pererat duplex genitale habentem, alterum maris, alterum foeminae, et superius quidem fuerat masculinum. (58.) Neutrius horum prodigiorum ratione habita, ulterius ire Xerxes perrexit, et cum eo pedestris exercitus. Classis vero, ex Hellesponto enavigans, terram legebat, contrario pedestribus copiis cursu: classis enim ad occidentem navigavit, versus Sarpedonium promontorium dirigens cursum; quo quum pervenisset, iussus erat exspectare: terrestris autem exercitus orientem versus iter faciebat per Chersonesum, a dextra habens Hellae sepulcrum, Athamantis filiae, a sinistra Cardiam urbem. Deinde, postquam per medium oppidum transiit cui nomen Agora, [i. e. Forum,] circum Meianem sinum flexit; traiecto que Melane fluvio, cuius aqua non suf-

ταμὸν διαβάς, ἐπ' οὗ καὶ ὁ κόλπος οὗτος τὴν ἔπωνυ- 15
 μίην ἔχει, ἢτε πρὸς ἐσπέρην, Αἴνόν τε πόλιν Αἰολίδα
 καὶ Σπεντορίδα λίμνην παρεξιών, ἐς ὃ ἀπίκετο ἐς Δορί-
 59 σκον. Ὁ δὲ Δορίσκος, ἔστι τῆς Θρηίκης αἰγιαλός τε
 καὶ πεδίον μέγα· διὰ δὲ αὐτοῦ ῥέει ποταμὸς μέγας
 Ἑβρος. ἐν τῷ τεῖχος τε ἐδέδμητο βασιλῆϊόν, τοῦτο τὸ
 δὴ Δορίσκος κέκληται, καὶ Περσέων Φρουρὴ ἐν αὐτῷ
 κατεστήκει ὑπὸ Δαρείου ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου ἐπεὶ τε 5
 ἐπὶ Σκύθας ἐστρατεύετο. Ἐδοξε ὦν τῷ Ξέρξῃ ὁ χῶρος
 εἶναι ἐπιτήδεος ἐνδιατάξαι τε καὶ ἐξαριθμῆσαι τὸν στρα-
 τόν· καὶ ἐποίηε ταῦτα. τὰς μὲν δὴ νέας τὰς πάσας ἀπι-
 κομένας ἐς Δορίσκον, οἱ ναύαρχοι, κελεύσαντος Ξέρ-
 ξεω, ἐς τὸν αἰγιαλὸν τὸν προσεχέα Δορίσκῳ ἐκόμισαν· 10
 ἐν τῷ Σάλῃ τε Σαμβοθηκικὴ πεπόλισται πόλις καὶ Ζώ-

fecit exercitui, sed defecit, hoc traiecto fluvio, a quo *Melas sinus* nomen invenit, ad occidentem direxit iter, Aenum Aeolicam urbem et Stentoridem lacum praeteriens, donec Doriscum pervenit. (59.) Est autem *Doriscus* ora Thraciae et ampla planities, quam magnus fluvius perfluit *Hebrus*. In eadem planitie castellum exstructum est regium, quod ipsum *Doriscus* vocatur; in quo Persicum a Dario locatum erat praesidium ab eo inde tempore quo Scythis ille bellum intulit. Hic igitur locus idoneus *Xerxi* visus est, in quo ordinaret suum exercitum, et numerum illius iniret: idque fecit. Itaque naves cunctas, postquam Doriscum pervenere, praefecti navium iussu *Xerxis* ad littus Dorisco contiguum applicuerunt; quo in littore est Sale oppidum Samothracicum, et Zona; in ipsa vero extremitate est Ser-

538, 75.

νη τελευταία δὲ αὐτοῦ, Σέρρειον, ἄκρη ὀνομαστή· ὁ δὲ
 χῶρος οὗτος τὸ παλαιὸν ἦν Κικόνων. ἐς τοῦτον τὸν αἰγια-
 λὸν κατασχόντες, τὰς νέας ἀνέψυχον ἀνεγκύσαντες. ὁ
 15 δὲ ἐν τῷ Δορίσκῳ τοῦτον τὸν χρόνον τῆς στρατιῆς ἀρι-
 θμὸν ἐποιεέτο. Ὅσον μὲν νυν ἕκαστοι παρεῖχον πλήθος 60
 ἐς ἀριθμὸν, οὐκ ἔχω εἶπαι τὸ ἀτρεκές· οὐ γὰρ λέγεται
 πρὸς οὐδαμῶν ἀνθρώπων· σύμπαντος δὲ τοῦ στρατοῦ
 τοῦ περὶ τὸ πλῆθος ἐΦάνη ἐβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν μυ-
 5 ριάδες. Ἐξηρίθμησαν δὲ τόνδε τὸν τρόπον. συναγαγόντες
 ἐς ἓνα χῶρον μυριάδα ἀνθρώπων, καὶ συνάξαντες ταύ-
 την ὡς μάλιστα εἶχον, περιέγραψαν ἕξωθεν κύκλον·
 περιγράψαντες δὲ, καὶ ἀπέντες τοὺς μυρίους, αἵμασιν
 περιέβαλον κατὰ τὸν κύκλον, ὕψος ἀνήκουσαν ἀνδρὶ ἐς
 10 τὸν ἠμφαλόν. ταύτην δὲ ποιήσαντες, ἄλλους ἐσεβίβα-

LX. 6. συνάξαντες. *Rectius συννάξαντες scribetur.*

rheum, celebre promontorium: regio haec autem olim sedes fuerat Ciconum. Hoc ad littus adpulsas naves in terram subduxerunt, refeceruntque: et per idem tempus Xerxes in Dorisco numerum inivit suarum copiarum. (60.) Quemnam quidem militum numerum populus quisque contulerit, exacte definire non possum, nec enim ab ullo homine hoc memoratur: *universi vero exercitus multitudo* reperta est fuisse centum et septuaginta myriadam. Numerus autem initus est hoc modo. In unum locum congregarunt decem hominum millia, hisque quam arctissime fieri poterat constipatis circulum extrorsus circumduxerunt: deinde, dimissis his decem millibus, maceriem in circulo exstruxerunt ea altitudine, ut umbilicum adtingeret hominis. Quo facto, alios intra circum-

ζον ἐς τὸ περιοικοδομημένον· μέχρις οὗ πάντας τούτω τῷ τρόπῳ ἐξηριθμήσαν. ἀριθμήσαντες δὲ, κατὰ ἔθνεα διέτασσον.

- 61 Οἱ δὲ στρατευόμενοι, οἵδε ἔσαν. Πέρσαι μὲν, ᾧδε ἐσκευασμένοι. περὶ μὲν τῆσι κεφαλῆσι εἶχον τιάρας καλεομένους, πίλους ἀπαγέας· περὶ δὲ τὸ σῶμα, κιθῶνας χειριδωτοὺς ποικίλους, λεπίδος σιδηρῆς ὄψιν ἰχθυοειδέος· περὶ δὲ τὰ σκέλεα, ἀναξυρίδας· ἀντὶ δὲ ἀσπίδων, γέρρα. ὑπὸ δὲ, Φαρετρεῶνες ἐκρέμαντο· αἰχμαῖς δὲ βραχέας ἔχον, τόξα δὲ μεγάλα, οἴστους δὲ καλαμίνους· πρὸς δὲ, ἐγχειρίδια παρὰ τὸν δεξιὸν μηρὸν παραιωρούμενα ἐκ τῆς ζώνης. καὶ ἀρχοντα παρείχοντο Ὀτάνεα, τὸν Ἀμήστριος πατέρα, τῆς Ξέρξεω γυναικός. Ἐκαλέοντο δὲ πάλαι ὑπὸ μὲν Ἑλλήνων Κηφῆνες, ὑπὸ μὲν-

LXI. 3. πίλους ἀπαγέας alii pileos non erectos intelligunt : alii εὐπαγέας malint, bene compactos. Dein post ποικίλους, supplent καὶ θώρακας, et loricas.

ductum murum introire iusserunt, donec omnium numerum hoc modo iniissent. Inito numero, per populos exercitum discreverunt.

(61.) Erant autem populi militantes hi. *Persae*, hoc modo instructi. In capite pileos gestabant non compactos, quos *tiaras* vocant : circa corpus, tunicas manicatas varii coloris, [et loricas] ferreis e squamis in piscium similitudinem : circa crura, braccas : pro clypeis vero, crates vimineas. A tergo suspensas habebant pharetras : hastae breves erant, arcus vero grandes, tela ex arundine : praeterea ad dextrum femur e zona suspensus pugio erat. Dux eorum Otanes fuit pater Amestridis, uxoris Xerxis. Hi olim a Graecis *Cephenes* nominabantur, a se ipsis vero et a finitimis *Ar-*

539, 4.

τοι σφέων αὔτέων καὶ τῶν περιόικων, Ἄρταϊοι. ἐπεὶ δὲ
 Περσεὺς ὁ Δανάης τε καὶ Διὸς ἀπίκετο παρὰ Κηφέα
 τὸν Βήλου, καὶ ἔσχε αὐτοῦ τὴν θυγατέρα Ἀνδρομέδην,
 15 γίνεται αὐτῷ παῖς τῷ οὐνομα ἔθετο Πέρσην. τούτου δὲ
 αὐτοῦ καταλείπει· ἐτύγχανε γὰρ ἄπαις εἶναι ὁ Κη-
 Φεὺς ἔρσηνος γόνου. ἐπὶ τούτου δὲ τὴν ἐπωνυμίην ἔσχον.
 Μῆδοι δὲ τὴν αὐτὴν ταύτην ἐσταλμένοι ἐστρατεύοντο· 62
 Μηδικὴ γὰρ αὕτη ἡ σκευὴ ἐστὶ, καὶ οὐ Περσικὴ. οἱ δὲ
 Μῆδοι ἄρχοντα μὲν παρείχοντο Τιγράνην, ἄνδρα Ἀχαι-
 μενίδην. ἐκαλέοντο δὲ πάλαι πρὸς πάντων Ἄριοι· ἀπι-
 5 κομένης δὲ Μηδείης τῆς Κολχίδος ἐξ Ἀθηνέων εἰς τοὺς
 Ἄριους τούτους, μετέβαλον καὶ οὗτοι τὸ οὐνομα. αὐτοὶ
 δὲ περὶ σφέων ὧδε λέγουσι Μῆδοι. Κίσσιοι δὲ στρα-
 τευόμενοι, τὰ μὲν ἄλλα κατὰ περ Πέρσαι ἐσκευάδατο·
 ἀντὶ δὲ τῶν πύλων, μιτρηφόροι ἔσαν. Κισσίων δὲ ἦρχε

taei. Postquam vero Perseus, Danaës et Iovis filius,
 ad Cepheum venit, Beli filium, illiusque filiam in
 matrimonio habuit Andromedam, natus ei filius est,
 quem *Persen* nominavit, et ibi reliquit, quum ma-
 sculam prolem Cepheus non haberet: ab illoque dein
 nomen *Persae* invenerunt. (62.) *Medi* eodem modo
 instructi militabant: est enim Medicus hic cultus,
 non Persicus. Habebant autem *Medi* ducem Ti-
 granem, ex Achaemenidarum familia. Vocati hi
 erant olim ab omnibus *Arii*: ex quo vero Medea
 Colchica Athenis ad hos Arios venit, hi quoque no-
 men suum mutarunt: et hoc quidem ipsi *Medi* de
 sese memorant. *Cissii* militantes, reliquo quidem
 cultu eodem, quo *Persae*, utebantur: pro pileis vero
 mitras gestabant. Dux eorum Anaphes fuit, Otanis

Ἄναφης ὁ Ὀτάνεω. Ὑρκάνιοι δὲ κατὰ περ Πέρσαι 10
 ἐσεσάχατο, ἡγεμόνα παρεχόμενοι Μεγάπανον, τὸν
 63 Βαβυλωνῶνος ὕστερον τούτων ἐπιτροπεύσαντα. Ἀσσύ-
 ριοι δὲ στρατευόμενοι, περὶ μὲν τῆσι κεφαλῆσι εἶχον
 χάλκεά τε κράνεα καὶ πεπλεγμένα τρόπον τινὰ βάρ-
 βαρον οὐκ εὐαπήγητον· ἀσπίδας δὲ καὶ αἰχμὰς καὶ ἐγ-
 χειροῖδια παραπλήσια τῆσι Αἰγυπτίησι εἶχον· πρὸς δὲ, 5
 ῥόπαλα ξύλων τετυλωμένα σιδήρῳ, καὶ λινέους θώ-
 ρηκας. οὗτοι δὲ ὑπὸ μὲν Ἑλλήνων ἐκαλέοντο Σύριοι,
 ὑπὸ δὲ τῶν βαρβάρων Ἀσσύριοι ἐκλήθησαν. τούτων δὲ
 μεταξύ, Χαλδαῖοι. ἦρχε δὲ σφεων Ὀτάσπης ὁ Ἄρτα-
 64 χαίου. Βάκτριοι δὲ περὶ μὲν τῆσι κεφαλῆσι ἀγχό-
 τата τῶν Μηδικῶν ἔχοντες ἐστρατεύοντο, τόξα δὲ κα-
 λάμνα ἐπιχώρια, καὶ αἰχμὰς βραχεάς. Σάκαι δὲ
 οἱ Σκύβαι περὶ μὲν τῆσι κεφαλῆσι κυρβασίας εἰς ὄξυ

filius. *Hyrcaniorum* cultus nihil a Persarum cultu differebat: praefuit autem his Megapanus, qui postero tempore Babyloniae fuit praefectus. (63.) *Assyrii* militantes, in capite gestabant galeas aeneas, barbarico quodam modo nec ad describendum facili plexas: scuta autem et hastas et pugiones similes habebant Aegyptiis; praeterea vero clavas ligneas ferreis nodis munitas, et linteas loricas. Hi a Graecis *Syrii* vocabantur, a barbaris vero *Assyrii*. Mixti eisdem erant *Chaldaei*. Dux eorum Otaspes fuit, Artachaei filius. (64.) *Bactrii* capitis cultu utentes militabant simili fere Medico; arcubus vero ex arundine indigena, hastis brevibus. *Sacae*, Scythica gens, in capite *cyrbasias* gestabant in acutum desinentes

5 ἀπιγμένας ὀρθὰς εἶχον πεπηγυίας, ἀναξυρίδας δὲ ἐν-
 δεδύκεσαν· τόξα δὲ ἐπιχώρια, καὶ ἐγχειρίδια, πρὸς δὲ
 καὶ ἀξίνας σαγάρους εἶχον. τούτους δὲ ἔοντας Σκύθας
 Ἀμυργίους, Σάκας ἐκάλεον· οἱ γὰρ Πέρσαι πάντας
 τοὺς Σκύθας καλέουσι Σάκας. Βακτριῶν δὲ καὶ Σα-
 10 κέων ἦρχε Ὑστάσπης, ὁ Δαρείου τε καὶ Ἀτόσσης τῆς
 Κύρου. Ἴνδοι δὲ εἴματα μὲν ἐνδεδυκότες ἀπὸ ξύλων 65
 πεποιημένα, τόξα δὲ καλάμινα εἶχον, καὶ οἷστους κα-
 λαμίνοισι· ἐπὶ δὲ, σίδηρον ἦν. ἐσταλμένοι μὲν δὴ ἔσαν
 οὕτω Ἴνδοι· προστετάχατο δὲ συστρατεύομενοι Φαρνα-
 ζάβη τῷ Ἀρταβάτῳ. Ἄριοι δὲ τόξοισι μὲν ἐσκευασ- 66
 μένοι ἔσαν Μηδικῶσι, τὰ δὲ ἄλλα κατὰ περ Βάκτροισι.
 Ἄριων δὲ ἦρχε Σισάμνης ὁ Ὑδάρνεος. Πάρθοι δὲ, καὶ
 Χοράσμιοι, καὶ Σογδοὶ τε καὶ Γανδάριοι καὶ Δαδίκαι,
 5 τὴν αὐτὴν σκευὴν ἔχοντες τὴν καὶ Βάκτροισι, ἐστρατεύον-

et firmiter erectas; caeterum braccis erant induti:
 arcus autem habebant indigenas, et pugiones, adhaec
 securium genus, quae *sagares* vocantur. Hos, quum
 Scythae essent Amyrgii, *Sacas* vocabant: Persae enim
 Scythas *Sacas* nominant. Bactriorum autem et Saca-
 rum dux fuit Hystaspes, Darii filius et Atossae, Cyri
 filiae. (65.) *Indi* vestibus erant induti ex gossy-
 pio paratis: arcus autem habebant ex arundine factos,
 et tela arundinea ferro praefixa. Hic cultus Indorum
 erat: quorum agmini dux praefectus erat Pharnaza-
 thres, Artabatis filius. (66.) *Arii* arcubus quidem
 instructi erant Medicis: reliqua similia Bactriis habe-
 bant. Dux autem Ariorum Sisamnes fuit, Hydarnis
 filius. *Parthi*, et *Chorasmii*, et *Sogdi*, et *Gandarii*,
 et *Dadicae*, eodem modo instructi militabant atque

το. τούτων δὲ ἦρχον οἶδε. Πάρθων μὲν καὶ Χορασμίων,
 Ἄρτάβαζος ὁ Φαρνάκειω· Σογδῶν δὲ, Ἀζάνης ὁ Ἄρ-
 67 ταίου· Γανδαρίων δὲ καὶ Δαδικέων, Ἀρτύφιος ὁ Ἄρ-
 ξα ἐπιχώρια καλάμινα ἔχοντες καὶ ἀκινάκεις, ἐστρα-
 τεύοντο. οὔτοι μὲν οὕτω ἐσκευάδατο, ἡγεμόνα παρεχό-
 μενοι Ἀριόμαρδον τὸν Ἀρτυφίου ἀδελφεόν. Σαραγγαί
 δὲ εἴματα μὲν βεβαμμένα ἐνέπρεπον ἔχοντες· πέδιλα 5
 δὲ ἐς γόνυ ἀνατείνοντα εἶχον, τόξα δὲ καὶ αἰχμᾶς Μη-
 δικᾶς. Σαραγγέων δὲ ἦρχε Φερενδάτης ὁ Μεγαβά-
 ζου. Πάκτυες δὲ, σισυρνοφόροι τε ἔσαν, καὶ τόξα ἐπι-
 χῶρια εἶχον καὶ ἐγχειρίδια. Πάκτυες δὲ ἄρχοντα πα-
 68 ρείχοντο Ἀρτύτην τὸν Ἰθαμάτρεω. Οὔτιοι δὲ καὶ Μύ- 10
 κοι τε καὶ Παρικάνιοι ἐσκευασμένοι ἔσαν κατὰ περ Πά-
 κτυες. τούτων δὲ ἦρχον οἶδε. Οὔτιων μὲν καὶ Μύκων,
 Ἄρσαμένης ὁ Δαρείου· Παρικανίων δὲ, Σισομίτης ὁ

Bactrii. Parthis autem et Chorasmiiis praefuit Artabazus, Pharnacis filius: Sogdis Azanes, Artaei filius; Gandariis et Dadicis Artyphius, Artabani. (67.) *Caspium* penulas induti (*sisyrnas* vocant) militabant, et arcibus pro populi more ex arundine instructi; ducem habentes Ariomardum, Artyphii fratrem. *Sarangae* pictis ornati vestibibus erant, caligasque habebant genu usque pertinentes, arcus vero et hastas Medicas. Dux eorum Pherendates fuit, Megabazi filius. *Pactyes* sisyrnis erant induti, arcusque indigenas et pugiones habebant. Praefuit his Artyntes, Ithamatri filius. (68.) *Utii* et *Myci* et *Paricani* eodem modo, quo *Pactyes*, erant instructi. Dux autem *Utiorum* et *Mycorum* Arsamenes fuit, Darii filius;

540, 66.

Οιοβάζου. Ἀράβιοι δὲ ζειράς ὑπεζωσμένοι ἔσαν τό- 69
 ξα δὲ παλίντονα εἶχον πρὸς δεξιὰ, μακρά. Αἰθίοπες δὲ
 παρδαλέας τε καὶ λεοντέας ἐναμμένοι, τόξα δὲ εἶχον
 ἐκ Φοίνικος σπάθης πεποιημένα μακρά, τετραπηχέων
 5 οὐκ ἐλάσσω· ἐπὶ δὲ, καλαμίνας οἰστούς μικρούς· ἀντὶ
 δὲ σιδήρου ἐπὶν λίθος, ὄξυς πεποιημένος, τῷ καὶ τὰς
 σφρηγίδας γλύφουσι. πρὸς δὲ, αἰχμὰς εἶχον· ἐπὶ δὲ,
 κέρασ δορκάδος ἐπὶν ὄξυ πεποιημένον, τρόπον λόγχης·
 εἶχον δὲ καὶ ῥόπαλα τυλωτά. τοῦ δὲ σώματος τὸ μὲν
 10 ἥμισυ ἐξηλείφοντο γύψω ἰόντες ἐς μάχην, τὸ δ' ἕτερον
 ἥμισυ μίλτω. Ἀραβίων δὲ καὶ Αἰθίοπων τῶν ὑπὲρ Αἰ-
 γύπτου οἰκημένων ἤρχε Ἀρσάμης, ὁ Δαρείου καὶ Ἀρ-
 τυστάνης τῆς Κύρου θυγατρὸς· τὴν μάλιστα στέρξας
 τῶν γυναικῶν Δαρεῖος, εἰκὰ χρυσέην σφρηγίλατον ἐποίη-

Paricaniorum vero Siromitres, Oeobazi. (69.) *Arabes*, sagis succincti, quas *zeiras* vocant, dextro humero arcus praelongos gestabant, qui in utramque intendi partem poterant. *Aethiopes*, pardorum leonumque pellibus amicti, arcus ex palmae spatha habebant praelongos, quatuor non minus cubitorum; tela vero, his imponenda, brevia, quae loco ferri lapide acuto erant praefixa, quo etiam sigilla insculpunt. Hastas praeterea habebant, cornu dorcatis acuminato praefixas in lanceae modum: habuere vero etiam clavas nodosas. Corporis dimidium, in pugnam prodeuntes, creta dealbatum habebant, dimidium minio pictum. Arabum et Aethiopum supra Aegyptum incolentium dux fuit Arsames, Darii et Artystonae filius, Cyri filiae; quam Darius uxorum maxime amaverat, effigiemque eius auream faciendam

σατο. τῶν μὲν δὴ ὑπὲρ Αἰγύπτου Αἰθίοπων καὶ Ἀρα- 15
 70 βίων ἦρχε Ἀρσάμης. Οἱ δὲ ἀπὸ ἡλίου ἀνατολέων
 Αἰθίοπες, (διξοὶ γὰρ δὴ ἐστρατεύοντο,) προσετέταχάτο
 τοῖσι Ἰνδοῖσι, διαλλάσσοντες εἶδος μὲν οὐδὲν τοῖσι ἐτέ-
 ροισι, Φωνὴν δὲ καὶ τρίχωμα μῦνον. οἱ μὲν γὰρ ἀπ'
 ἡλίου Αἰθίοπες, ἰθύτριχές εἰσι· οἱ δὲ ἐκ τῆς Λιβύης, 5
 οὐλότατον τρίχωμα ἔχουσι πάντων ἀνθρώπων. οὔτοι δὲ
 οἱ ἐκ τῆς Ἀσίας Αἰθίοπες, τὰ μὲν πλέω κατὰ περ Ἰν-
 δοὶ ἐσεσάχατο, προμετωπίδια δὲ ἵππων εἶχον ἐπὶ τῆσι
 κεφαλῆσι, σὺν τε τοῖσι ᾧσι ἐκδεδαρμένα καὶ τῇ λο-
 Φῆ καὶ ἀντὶ μὲν λόφου, ἢ λοΦῆ κατέχρα· τὰ δὲ 10
 ᾧτα τῶν ἵππων, ὀρθὰ πεπηγότα εἶχον·* προβλήματα
 71 δὲ ἀντ' ἀσπίδων ἐποιεῦντο γεράνων δαρὰς. Λίβυες δὲ
 σκευὴν μὲν σκυτίνην ἤϊσαν ἔχοντες, ἀκοντίοισι δὲ ἐπι-
 καύτοισι χροώμενοι. ἄρχοντα δὲ παρείχοντο Μασσά-

curaverat malleo ductam. Arsames igitur Aethiopibus
 supra Aegyptum incolentibus et Arabibus praefuit.
 (70.) *Orientalis* vero *Aethiopes* (nam duplex Ae-
 thiopum genus militabat) cum Indis erant locati,
 formâ quidem ab alteris non diversi, sed lingua so-
 lum et capillis. *Orientalis* enim *Aethiopes* rectos ha-
 bent capillos, *Libyci* vero crispas maxime omnium
 hominum. *Asiatici* hi *Aethiopes* pari fere modo atque
Indi erant instructi, caput autem tectum habebant
 pelle equina de capite equi detracta cum auribus
 et iuba, ita ut ipsa iuba pro crista esset, aures au-
 tem equi erectae starent: pro scutis autem, gruum
 pellibus corpora tegebant. (71.) *Afri* pellibus in-
 duiti incedebant, iaculis utentes adustus. Dux eorum
Massages fuit, Oarizi filius. (72.) *Paphlagonis* mi-

541, 95.

γην τὸν Ὀαρίζου. Παφλαγόνες δὲ ἐστρατεύοντο, ἐπὶ 72
 μὲν τῆσι κεθαλήσι ἔχοντες κράνεα πεπλεγμένα, ἀσπί-
 δας δὲ σμικρὰς, αἰχμὰς δὲ οὐ μεγάλας· πρὸς δὲ,
 ἀκόντια καὶ ἐγχειρίδια· περὶ δὲ τοὺς πόδας, πέδιλα
 5 ἐπιχώρια ἐς μέσσην κνήμην ἀνατείνοντα. Λίγυες δὲ καὶ
 Ματιηνοὶ, καὶ Μαριανδουνοὶ τε καὶ Σύροι, τὴν αὐτὴν
 ἔχοντες Παφλαγόσι, ἐστρατεύοντο. οἱ δὲ Σύροι οὗτοι
 ὑπὸ Περσέων Καππαδόκαι καλέονται. Παφλαγόνων
 μὲν νυν καὶ Ματιηνῶν Δῶτες ὁ Μεγασίδρου ἦρχε· Μα-
 10 ριανδυνῶν δὲ καὶ Λιγυῶν, καὶ Σύρων, Γαβρύης ὁ Δα-
 ρεῖου τε καὶ Ἀρτυστάνης. Φρύγες δὲ ἀγχοτάτω τῆς 73
 Παφλαγονικῆς σκευὴν εἶχον, ὀλίγον παραλλάσσοντες.
 οἱ δὲ Φρύγες, ὡς Μακεδόνες λέγουσι, ἐκαλέοντο Βοίγες
 χρόνον ὅσον, Εὐρωπήιοι ἑόντες, σύνοικοι ἔσαν Μακεδόσι·
 5 μεταβάντες δὲ ἐς τὴν Ἀσίην, ἅμα τῇ χώρῃ καὶ τὸ

litabant in capite galeas gestantes plexas: scuta eis-
 dem exigua erant, et hastae non magnae; adhaec
 iacula et pugiones; pedibus inductae caligae, ad me-
 diam tibiam adscendent. *Ligytes* et *Matieni* et *Ma-
 riandyni* et *Syri* [sive *Syrii*] eodem modo, atque
Paphlagones, instructi militabant. *Syri* autem hi a
Persis Cappadoces vocantur. Et dux quidem Pa-
 phlagonum et Matienorum, *Dotus* fuit, *Megasidri*
 filius; *Maryandinorum* vero et *Ligyum* et *Syrorum*,
Gobryas, *Darii* filius et *Aristonae*. (73.) *Phryges*
 similiter atque *Paphlagones* erant armati, exiguâ dif-
 ferentiâ. Hic populus, ut *Macedones* adfirmant, quam-
 diu in Europa cum *Macedonibus* habitavit, *Briges*
 nominabatur: qui postquam in *Asiam* transierunt,
 mutato nomine *Phryges* sese adpellarunt. *Armenii*,

οὐνομα μετέβαλον ἐς Φρύγας. Ἀρμένιοι δὲ κατὰ περ
 Φρύγες ἐσεσάχατο, εἶντες Φρυγῶν ἀποικοι. τούτέων
 συναμφοτέρων ἦρχε Ἀρτόχμης, Δαρείου ἔχων Φρυγα-
 74 τέρα. Λυδοὶ δὲ ἀγχοτάτω τῶν Ἑλληνικῶν εἶχον ὄπλα.
 οἱ δὲ Λυδοὶ Μηϊόνες ἐκαλεῦντο τὸ πάλαι· ἐπὶ δὲ Λυ-
 δοῦ τοῦ Ἄτυος ἔσχον τὴν ἐπωνυμίην, μεταβαλόντες
 τὸ οὐνομα. Μυσοὶ δὲ ἐπὶ μὲν τῆσι κεφαλῆσι εἶχον
 κράνεα ἐπιχώρια, ἀσπίδας δὲ σμικρὰς· ἀκοντίοισι δὲ 5
 ἐχρέωντο ἐπικαυτοῖσι. οὔτοι δὲ εἰσι Λυδῶν ἀποικοι· ἀπ’
 Οὐλύμπου δὲ οὔρεος καλέονται Οὐλυμπιηνοί. Λυδῶν
 δὲ καὶ Μυσῶν ἦρχε Ἀρταφέρνης ὁ Ἀρταφέρνηος, ὃς ἐς
 75 Μαραθῶνα ἐσέβαλε ἅμα Δάτι. Θρήϊκες δὲ, ἐπὶ μὲν
 τῆσι κεφαλῆσι ἀλωπεκέας ἔχοντες, ἐστρατεύοντο, περὶ
 δὲ τὸ σῶμα, κιθῶνας· ἐπὶ δὲ, ζειράς περιβεβλημένοι
 ποικίλας· περὶ δὲ τοὺς πόδας τε καὶ τὰς κνήμας, πε-
 δίλα νεβρῶν· πρὸς δὲ, ἀκόντια τε καὶ πέλτας καὶ ἐγ- 5

Phrygum coloni, eodem modo quo Phryges, instructi
 erant. Ambobus simul praeerat Artochmes, Darii ge-
 ner. (74.) *Lydorum* armatura simillima Graecanicae
 erat. Lydi, quum olim *Maeones* fuissent nominati,
 deinde a Lydo Atyis filio nomen invenerunt. *Mysi*
 in capite galeas gestabant sui generis, scutis utentes
 brevibus, iaculis praeustis. Lydorum hi sunt coloni,
 et ab Olympo monte *Olympieni* vocantur. Lydis
 Mysisque praeerat Artaphernes; Artaphernis illius
 filius, qui cum Dati Marathonem invasit. (75.) *Thra-*
ces militantes caput pelle vulpina tectum habebant,
 circa corpus tunicam et tunicae superinductum sagum
 variegatum: circum pedes et crura caligas ex hinnulo-
 rum corio: adhaec iacula et peltas et breves pugiones.

542, 27.

χειρίδια σμικρά. οὔτοι δὲ διαβάντες μὲν εἰς τὴν Ἀσίην, ἐκλήθησαν Βιθυνοί· τὸ δὲ πρότερον ἐκαλέοντο, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, Στρυμόνιοι, οἰκέοντες ἐπὶ Στρυμόνι· ἐξαναστῆναι δὲ Φασι ἐξ ἠθέων ὑπὸ Τευκρῶν τε καὶ Μυ-
 10 σῶν. Θρηίκων δὲ τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ ἦρχε Βασσάκης ὁ Ἀρταβάνου. . . . ἀσπίδας δὲ ἰμοβοΐνας εἶχον σμικρὰς, 76 καὶ προβόλους δύο λυκοεργέας ἕκαστος εἶχε· ἐπὶ δὲ τῆσι κεφαλῆσι κράνεα χάλκεα· πρὸς δὲ τοῖσι κράνεσι, ἄτά τε καὶ κέρα προσῆν βοῶς χάλκεα· ἐπῆσαν δὲ καὶ λό-
 5 Φοί· τὰς δὲ κνήμας ῥάκεσι Φοινικέοισι κατειλίχματο. ἐν τούτοισι τοῖσι ἀνδράσι Ἀρεός ἐστι χρηστήριον. Καβη- 77 λέες δὲ οἱ Μηΐονες, Λασόνιοι δὲ καλεούμενοι, τὴν αὐτὴν Κίλιξι εἶχον σκευήν· τὴν ἐγὼ, ἐπεὰν κατὰ τὴν Κιλικίαν

LXXVI. 1. *Intercidit populi nomen, quod in Latinis ex Wesselingii coniectura supplevimus.* l. 2. λυκοεργέας. Alii λυκοεργέας, Lycii operis.

Hi, postquam in Asiam transierunt, *Bithyni* nominati sunt; prius vero, ut ipsi aiunt, *Strymonii*, quum ad Strymonem habitassent: sedibus suis autem pulsos fuisse aiunt a Teucris et Mysis. Thracibus his Asiaticis praefuit Bassaces, Artabani filius. (76.) [*Chalybes?*] parmas habebant exiguas ex bovino corio, et hina quisque venabula lupis interficiendis inservientia; capitibus impositas galeas aeneas, et super his aures et cornua bovis ex aere, itemque cristas; tibias fasciis purpureis habebant involutas. Apud hunc populum est Martis oraculum. (77.) *Cabelenses Maeones*, qui *Lasonii* vocantur, eodem quo Cilices cultu erant instructi; quem cultum tunc indicabo, quum in enarrationis huius ordine ad Ci-

τάξιν διεξιὼν γένωμαι, τότε σημανέω. Μιλύαι δὲ αἰ-
 χμὰς τε βραχέας εἶχον, καὶ εἴματα ἐνεπεποροπέατο. 5
 εἶχον δὲ αὐτέων τόξα μετεξέτεροι Λύκιοι· περὶ δὲ τῆσι
 κεΦαλῆσι ἐκ διΦθερέων πεποημέναις κυνέας. τούτέων
 78 πάντων ἦρχε Βάδρης ὁ Ὑστάνεος. Μόσχοι δὲ περὶ
 μὲν τῆσι κεΦαλῆσι κυνέας ξυλίνας εἶχον, ἀσπίδας δὲ
 καὶ αἰχμὰς σμικρὰς· λόγχαι δὲ ἐπῆσαν μεγάλαι.
 Τιβαρηνοὶ δὲ, καὶ Μάκρωνες, καὶ Μοσύνοικοι, κατὰ
 περ Μόσχοι ἐσκευασμένοι ἐστρατεύοντο. τούτους δὲ 5
 συνέτασσον ἄρχοντες οἶδε· Μόσχους μὲν καὶ Τιβαρη-
 νούς, Ἀριόμαρδος ὁ Δαρείου τε παῖς καὶ Πάρμυς τῆς
 Σμέρδιος τοῦ Κύρου· Μάκρωνας δὲ καὶ Μοσυνοίκους,
 Ἀρταύκτης ὁ Χεράσμιος, ὃς Σηστόν τὴν ἐν Ἑλλησπόν-
 79 τῷ ἐπέτροπέυε. Μᾶρες δὲ ἐπὶ μὲν τῆσι κεΦαλῆσι
 κράνεα ἐπιχώρια πλεκτὰ εἶχον, ἀσπίδας δὲ δερματί-
 νας σμικρὰς, καὶ ἀκόντια. Κόλχοι δὲ περὶ μὲν τῆσι

lices pervenero. *Milyae* brevia habebant spicula, et vestes fibulis substrictas; nonnulli eorum arcus habebant Lycios; capita galeis tecta coriaceis. His omnibus praefuit Badres, Hystanis filius. (78.) *Moschis* lignae erant galeae, parmae et hastae breves, sed ferrum hastarum praelongum. *Tibareni* et *Macrones* et *Mosynoeci* militabant similiter atque *Moschi* armati. Ordinabant hos autem hi duces: *Moschos* et *Tibarenos* *Ariomardus*, *Darii* filius et *Parmyis*, filiae *Smerdis*, *Cyri* neptis: *Macronas* vero et *Mosynoecos* *Artayetes*, filius *Cherasmis*, qui *Sesto* ad *Hellespontum* praefectus erat. (79.) *Mares* in capitibus galeas gestabant suo more plexas, parmas breves coriaceas habebant, et iacula. *Colchi* ligneas

543, 57.

κεΦαλῆσι κράνεα ξύλινα, ἀσπίδας δὲ ἄμβροϊνας σμι-
 5 κρᾶς, αἰχμᾶς τε βραχέας· πρὸς δὲ, καὶ μαχαίρας
 εἶχον. Μαρώων δὲ καὶ Κόλχων ἤρχε Φαρανδάτης ὁ Τεά-
 σπιος. Ἀλαρόδιοι δὲ καὶ Σάσπειρες κατὰ περ Κόλχοι
 ὀπλισμένοι ἐστρατεύοντο. τούτων δὲ Μασίστιος ὁ Σιρο-
 μίτρω ἤρχε. Τὰ δὲ νησιωτικά ἔθνεα τὰ ἐκ τῆς Ἐρυ- 80
 θρῆς θαλάσσης ἐπόμενα, νήτων δὲ ἐν τῆσι τοὺς ἀνα-
 σπᾶστους καλεομένους κατοικίξει βασιλεὺς, ἀγχοτάτω
 τῶν Μηδικῶν εἶχον ἐσθῆτά τε καὶ ὄπλα. τούτων δὲ
 5 τῶν νησιωτέων ἤρχε Μαρδόντης ὁ Βαγαίου, ὃς ἐν Μυ-
 κάλῃ στρατηγέων δευτέρῳ ἔτει τούτων ἐτελεύτησε ἐν
 τῇ μάχῃ.

Ταῦτα ἦν τὰ κατ' ἡπειρὸν στρατεύόμενά τε ἔθνεα, 81
 καὶ τεταγμένα ἐς τὸ πεζόν. τούτου ὦν τοῦ στρατοῦ
 ἤρχον οὗτοι οἵπερ εἰρέαται· καὶ οἱ διατάξαντες καὶ ἐξα-

galeas, parvas parmas ex cruda bovis pelle, hastas breves; adhaec etiam gladios. Marum et Colchorum dux fuit Pharandates, Theaspis filius. *Alarodii* et *Saspeires* similiter Colchis armati militabant: praefuitque his Masistius, Siromitrae filius. (80.) *Insulani* populi, qui castra sequebantur, ex illis *Maris Rubri* insulis, in quibus rex sedes adsignat his qui *anaspasti* (*transportati*) vocantur, veste atque armis utebantur simillimis Medicis. Insulanis his praefuit *Mardontes* *Bagaei* filius, qui altero post haec anno dux apud *Mycalen* in praelio cecidit.

(81.) Hi igitur sunt populi, qui in continente, et quidem pedibus, militabant. Et *pedestribus* his *copiis* praefuerunt viri quos dixi: qui et ordinarunt ces

- ριθμήσαντες, οὔτοι ἔσαν, καὶ χιλιάρχας τε καὶ μυ-
 ριάρχας ἀποδέξαντες· ἑκατοντάρχας δὲ καὶ δεκάρχας 5
 οἱ μυριάρχαι. τελέων δὲ καὶ ἐθνέων ἔσαν ἄλλοι σημάν-
 τορες· ἔσαν μὲν δὴ οὔτοι, οἵπερ εἰρέαται, ἄρχοντες.
- 82 Ἐστρατήγεον δὲ τούτων τε καὶ τοῦ σύμπαντος στρα-
 τοῦ τοῦ πεζοῦ, Μαρδόνιος τε ὁ Γαβρυέω, καὶ Τριταν-
 ταίχμης ὁ Ἀρταβάνου, τοῦ γνώμην θεμένου μὴ στρα-
 τεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, καὶ Σμερδομένης ὁ Ὀτά-
 νεω· (Δαρείου ἀμφοτέροι οὔτοι ἀδελφεῶν παῖδες, Ξέρξη 5
 δὲ ἐγένοντο ἀνεψιοί·) καὶ Μασίστης ὁ Δαρείου τε καὶ
 Ἀτόσσης παῖς, καὶ Γέργις ὁ Ἀρίζου, καὶ Μεγάβυζος ὁ
- 83 Ζωπύρου. Οὔτοι ἔσαν στρατηγοὶ τοῦ σύμπαντος στρα-
 τοῦ πεζοῦ, χωρὶς τῶν μυρίων. τῶν δὲ μυρίων τούτων
 Περσέων τῶν ἀπαλελεγμένων ἑστρατήγεε μὲν Ὑδάρινης

et eorum numerum inierunt, et chiliarchas et my-
 riarchas nominarunt: hecatontarchas vero et decadar-
 chas (centuriones et decuriones) nominarunt myri-
 archae. Iam singulorum agminum populorumque
 alii quidem fuerant etiam duces minores; sed hi sub
 imperio erant eorum quos commemoravi. (82.) His
 ipsis vero, et universo pedestri exercitui, praefecti
 erant *Mardonius*, *Gobryae* filius, et *Tritantaechmes*,
Artabani illius, qui pro sententia dixerat non esse
 bellum inferendum Graeciae, et *Smerdomenes*, *Ota-*
nis filius; (duo hi, *Darii* ex fratribus nepotes, *Xerxis*
consobrini;) et *Masistes*, *Darii* et *Atossae* filius, et
Gergis *Arizi*, et *Megabyzus* *Zopyri*. (83.) Hi universo
 pedestri exercitui praecerant, exceptis decem millibus.
 His enim selectis decem millibus Persarum *Hydar-*
nes praefuit, *Hydarnis* filius. Vocabantur autem hi

544, 85.

ὁ Ὑδάρεος. ἐκαλέοντο δὲ Ἀθάνατοι οἱ Πέρσαι οὔτοι
 5 ἐπὶ τοῦδε. εἴ τις αὐτέων ἐξέλιπε τὸν ἀριθμὸν, ἢ θανά-
 τῳ βιηθεῖς ἢ νόσῳ, ἄλλος ἀνὴρ ἀραίρητο· καὶ ἐγίνοντο
 οὐδαμᾶ οὔτε πλεῦνες μυρίων, οὔτε ἐλάσσονες. Κόσμον
 δὲ πλείστον παρείχοντο διὰ πάντων Πέρσαι, καὶ αὐτοὶ
 ἀριστοὶ ἔσαν. σκευὴν μὲν τοιαύτην εἶχον ἥπερ εἴρηται·
 10 χωρὶς δὲ, χρυσὸν τε πολλὸν καὶ ἀφθονον ἔχοντες ἐνέ-
 πρεπον. ἀρμαμάξας τε ἅμα ἤγοντο, ἐν δὲ παλλα-
 κάς, καὶ θραπήϊν πολλήν τε καὶ εὖ ἐσκευασμένην.
 σῖτα δὲ σφι, χωρὶς τῶν ἄλλων στρατιωτέων, κάμηλοῖ
 τε καὶ ὑποζύγια ἤγον.

Ἴππεύει δὲ ταῦτα τὰ ἔθνεα· πλὴν οὐ πάντα παρεί- 84
 χετο ἵππον, ἀλλὰ τισάδε μούνα. Πέρσαι μὲν, τὴν
 αὐτὴν ἐσκευασμένοι καὶ ὁ πέρσος αὐτέων· πλὴν ἐπὶ τῆσι
 κεφαλήσι εἶχον μετεξέτεροι αὐτέων καὶ χάλκεα καὶ

Persae *Immortales*, hac de caussa: quando ex illo-
 rum numero aliquis defecit aut morte aut morbo
 coactus, alius in eius locum vir deligebatur, ut
 semper essent decies mille, nec plures nec paucio-
 res. Praecipuo autem inter omnes cultu eminebant
 Persae, et fortissimi hi erant. Armatura ea fuit quam
 dixi; praeterea vero auro multo et copioso fulgebant.
 Pellices etiam secum hi ducebant carpentis vectas, et
 frequens famulitium pulcre ornatum: eisdemque,
 seorsim a caeteris militibus, cameli et iumenta com-
 meatus vehabant.

(84.) Equis quidem vehuntur omnes isti populi: at
 non omnes *equitatum* contulere, sed hi soli. *Persae*,
 eodem modo armati atque pedites ipsorum,
 nisi quod horum nonnulli in capitibus partim aenea

85 σιδήρεα ἐξεληλαμένα ποιήματα. Εἰσὶ δέ τινες νομά-
 δες ἄνθρωποι Σαγάρτιοι καλούμενοι, ἔθνος μὲν Περσι-
 κὸν καὶ Φωνῆ, σκευὴν δὲ μεταξύ ἔχουσι πεποιημένην
 τῆς τε Περσικῆς καὶ τῆς Πακτυϊκῆς· οἱ παρείχοντο μὲν
 ἵππον οὐκταισχιλίην, ὅπλα δὲ οὐ νομίζουσι ἔχειν οὔτε 5
 χάλκεα, οὔτε σιδήρεα, ἔξω ἐγχειριδίων. χρέωνται δὲ
 σειρῆσι πεπλεγμένῃσι ἐξ ἰμάντων· ταύτησι πίσυνοι ἔρ-
 χονται ἐς πόλεμον. ἡ δὲ μάχη τούτων τῶν ἀνδρῶν ἡδε·
 ἐπεὰν συμμίσγῳσι τοῖσι πολεμίοισι, βάλλουσι τὰς σει-
 ρὰς, ἐπ' ἀκρῶ βρόχους ἐχούσας. ὅτεν δ' ἂν τύχη, ἦν 10
 τε ἵππου, ἦν τε ἀνθρώπου, ἐπ' ἑαυτὸν ἔλκει· οἱ δὲ ἐν
 ἔρκεσι ἐμπαλασσόμενοι διαφθείρονται. τούτων μὲν αὖ-

86 τη ἡ μάχη· καὶ ἐπετετάχατο ἐς τοὺς Πέρσας. Μηῆδοι
 δὲ, τὴν περ ἐν τῷ πεζῷ, εἶχον σκευὴν· καὶ Κίσσιοι ἰσαύ-
 τως. Ἴνδοι δὲ σκευῆ μὲν ἐσεσάχατο τῇ αὐτῇ καὶ ἐν

partim ferrea opera gestabant malleo ducta. (85.)
 Sunt porro homines nomades *Sagartii* nominati, po-
 pulus quidem Persicus, et linguâ Persicâ utens, cultu
 vero inter Persicum et Pactyicium medio. Hi equitum
 contulerant octo millia: arma autem illis non sunt
 in usu, nec aenea, nec ferrea, praeterquam pugiones.
 Utuntur vero funibus e loris plexis: quibus fidentes
 in bellum proficiscuntur. Est autem pugnae genus
 horum hominum huiusmodi: quando cum hostibus
 congregiuntur, proiiciunt funes, quorum in extremi-
 tate laquei sunt. Quidquidprehendit funis, sive equus
 sit, sive homo, id ad se trahit eques; et ille laqueo
 implicatus interficitur. Talis horum pugna est; lo-
 cati autem erant cum Persis. (86.) *Medi equites*
 eodem modo, quo pedites, instructi erant: itemque

545, 16.

τῶ πεζῶ, ἤλαυνον δὲ κέλητας καὶ ἄρματα· ὑπὸ δὲ τοῖ-
 5 σι ἄρμασι ὑπῆσαν ἵπποι καὶ ὄνοι ἄγριοι. Βάκτριοι δὲ
 ἐσκευάδατο ὡσαύτως καὶ ἐν τῶ πεζῶ, καὶ Κασπιοὶ
 ὁμοίως. Λίβυες δὲ καὶ αὐτοὶ κατὰ περ ἐν τῶ πεζῶ·
 ἤλαυνον δὲ καὶ οὗτοι πάντες ἄρματα. ὡς δ' αὐτῶς Κά-
 σπειροὶ καὶ Παρικάνιοι ἐσεσάχατο ὁμοίως καὶ ἐν τῶ
 10 πεζῶ. Ἀράβιοι δὲ σκευὴν μὲν εἶχον τὴν αὐτὴν ἣν καὶ ἐν
 τῶ πεζῶ· ἤλαυνον δὲ πάντες καμήλους, ταχυτῆτα οὐ
 λειπομένης ἵππων. Ταῦτα τὰ ἔθνεα μῦνα ἵππευεν. 87
 ἀριθμὸς δὲ τῆς ἵππου ἐγένετο ὀκτῶ μυριάδες, πάρεξ τῶν
 καμήλων καὶ τῶν ἀρμάτων. Οἱ μὲν νυν ἄλλοι ἵππέες
 ἐτετάχατο κατὰ τέλεια· Ἀράβιοι δὲ, ἔσχατοι ἐπετε-
 5 τάχατο. ἄτε γὰρ τῶν ἵππων οὗτι ἀνεχομένων τὰς κα-

LXXXVI. 8. Κάσπειροι ex coniect. Κάσπιοι olim edd. et mssti omnes, sicut paulo ante.

Cissii. Indorum item cultus et arma eadem atque peditum; habebant autem et equos sellarios et currus: iuncti autem currus erant partim equis, partim asinis sylvestribus. *Bactriorum* quoque cultus equitum idem ac peditum: pariterque *Caspiorum*. *Libyæ* item, qui cum equis aderant, eodem cultu atque pedites erant instructi; sed hi quidem cuncti currus agebant. *Caspiorum* etiam et *Paricaniorum* et *Arabum* equitum cultus et arma nihil a peditibus differebant: sed Arabes omnes camelis vehantur, qui celeritate non cedunt equis. (87.) Hi ergo soli populi equitatum contulerant. Numerus vero equitum octoginta millium fuit, exceptis camelis et curribus. Et reliqui quidem equites turmatim ordinabantur: Arabes vero locabantur postremi, ne

μήλους, ὕστεροι ἐτετάχατο, ἵνα μὴ φοβέοιτο τὸ ἵππι-
 88 κόν. Ἴππαρχοι δὲ ἔσαν Ἀρμαμίθρης τε καὶ Τίθαιος,
 Δάτιος παῖδες. ὁ δὲ τρίτος σφι συνίππαρχος Φαρνού-
 χης καταλέλειπτο ἐν Σάρδισι νοσέων. ὡς γὰρ ὀρμέωντο
 ἐκ Σαρδίων, ἐπὶ συμφορὴν ἐνέπεσε ἀνεθέλητον. ἐλαύ-
 νοντι γάρ οἱ, ὑπὸ τοὺς πόδας τοῦ ἵππου ὑπέδραμε κύων. 5
 καὶ ὁ ἵππος οὐ προΐδων, ἐφοβήθη τε καὶ σταῖς ὀρθὸς
 ἀπεσεΐσατο τὸν Φαρνούχεια. πεσὼν δὲ, αἷμα τε ἤμεε,
 καὶ ἐς φθίσειν περιῆλθε ἢ νοῦσος. τὸν δὲ ἵππον αὐτίκα
 κατ' ἀρχαῖς ἐποίησαν οἱ οἰκέται ὡς ἐκέλευε· ἐς τὸν χῶ-
 ρον ἐν τῷ περ κατέβαλε τὸν δεσπότεα ἀπαγαγόντες, ἐν 10
 τοῖσι γούνασι ἀπέταμον τὰ σκέλεα. Φαρνούχης μὲν
 οὕτω παρελύθη τῆς ἡγεμονίης.

89 Τῶν δὲ τριηρέων ἀριθμὸς μὲν ἐγένετο ἑπτὰ καὶ διη-

scilicet equi consternarentur; camelos enim aegre
 patiuntur equi. (88.) Equitatu praefecti erant Har-
 mamithres et Tithaeus, Datis filii. Collega horum
 Pharnuches, tertius praefectus equitum, ob morbum
 Sardibus erat relictus: quum enim Sardibus egrede-
 retur exercitus, tristis huic casus acciderat. Dum
 equo vehitur, sub pedes equi intercurrit canis: et
 equus, qui illum non prospexerat, consternatus re-
 ctum sese erigit, et Pharnuchem excutit; qui hu-
 mum prolapsus sanguinem evomuit, et in phthisin
 morbus transiit. Equum autem statim initio eâ poenâ
 adfecerunt famuli, quam herus iussit: in eum locum
 deducto, ubi herum excusserat, crura in genibus
 praeciderunt. Ita Pharnuches praefecturâ equitum
 excidit.

(89.) *Triremes* numero fuere mille ducentae et

κόσται καὶ χίλιαι· παρείχοντο δὲ αὐτὰς οἶδε. Φοίνικες
 μὲν, σὺν Συρίοισι τοῖσι ἐν τῇ Παλαιστίνῃ, τριηκοσίας,
 ὧδε ἐσκευασμένοι. περὶ μὲν τῆσι κεφαλῆσι κινέας εἶχαν
 ὃ ἀγχοτάτω πεποιημένας τρόπον τὸν Ἑλληνικόν· ἐνδεδυ-
 κότες δὲ θώρηκας λινέους, ἀσπίδας δὲ ἴτους οὐκ ἐχούσας
 εἶχον, καὶ ἀκόντια. οὗτοι δὲ οἱ Φοίνικες τὸ παλαιὸν οἴ-
 κεον, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, ἐπὶ τῇ Ἐρυθρῇ θαλάσῃ· ἐν-
 θεῦτεν δὲ ὑπερβάντες, τῆς Συρίας οἰκέουσι τὰ παρὰ
 10 θαλάσσαν. τῆς δὲ Συρίας τοῦτο τὸ χωρίον, καὶ τὸ μέ-
 χροι Αἰγύπτου πᾶν, Παλαιστίνη καλέεται. Αἰγύπτιοι
 δὲ νέας παρείχοντο διηκοσίας. οὗτοι δὲ εἶχον περὶ μὲν
 τῆσι κεφαλῆσι κράνεα χηλευτὰ, ἀσπίδας δὲ κούλας,
 τὰς ἴτους μεγάλας ἐχούσας, καὶ δόρατά τε ναύμαχα,
 15 καὶ τύκους μεγάλους. τὸ δὲ πλῆθος αὐτέων θωρηκοφό-
 ροι ἔσαν, μαχαίρας δὲ μεγάλας εἶχον. οὗτοι μὲν οὕτω

septem: quas praebuerant hi populi. *Phoenices*,
 cum *Syris Palaestinae*, trecentas. Armatura horum
 huiusmodi erat: capita galeis tecta, similibus fere
 graecanicis galeis; circa corpus thoraces lintei; tum
 scuta habebant quorum orae ferro non erant muni-
 tae, et iacula. Phoenices hi, ut aiunt ipsi, olim ad
mare Rubrum habitaverant: illinc transgressi, nunc
 Syriae oram maritimam incolunt. Syriae autem hic
 tractus omnis, usque ad Aegyptum, *Palaestina* vo-
 catur. *Aegyptii* naves praebuerant ducentas. Hi plexas
 gestabant galeas, scuta cava, quorum orae multo ferro
 erant munitae, hastas ad navalem pugnam compara-
 tas, et ingentes bipennes. Multitudo eorum thoraces
 gestabant, magnosque gladios habebant. Talis horum
 armatura erat. (90.) *Cyprii* naves praebuerant cen-

90 ἑσταλάδατο. Κύπριοι δὲ παρείχοντο νέας πενήκοντα
καὶ ἑκατὸν, ἐσκευασμένοι ᾧδε. τὰς μὲν κεφαλὰς εἰλί-
χματο μίτροσι οἱ βασιλῆες αὐτέων· οἱ δὲ ἄλλοι εἶχον
κιθῶνας· τὰ δὲ ἄλλα κατὰ περ' Ἑλλήνες. Ταυτίων δὲ
τοσαύδε ἔθνεά ἐστι· οἱ μὲν, ἀπὸ Σαλαμῖνος καὶ Ἀθη- 5
νέων· οἱ δὲ, ἀπὸ Ἀρκαδίας· οἱ δὲ, ἀπὸ Κύθνου· οἱ δὲ,
ἀπὸ Φοινίκης· οἱ δὲ, ἀπὸ Αἰθιοπίας, ὡς αὐτοὶ Κύπριοι
91 λέγουσι. Κίλικες δὲ ἑκατὸν παρείχοντο νέας. οὔτοι δ'
αὐτὸν περὶ μὲν τῆσι κεφαλῆσι κράνεα ἐπιχώρια, λαισήϊά
τε εἶχον ἀντ' ἀσπίδων, ὠμοβοέης πεπονημένα, καὶ κι-
θῶνας εἰρινέους ἐνδεδυκότες· δύο δὲ ἀκόντια ἕκαστος καὶ
ξίφος εἶχον, ἀγχοτάτω τῆσι Αἰγυπτίῃσι μαχαίρησι 5
πεπονημένα. Οὔτοι μὲν τὸ παλαιὸν Ὑπαχαιοὶ ἑκα-
λέοντο· ἐπὶ δὲ Κίλικος τοῦ Ἀγήνορος, ἀνδρὸς Φοίνικος,
ἔσχον τὴν ἐπωνυμίην. Πάμφυλοι δὲ τριήκοντα παρεί-

XC. 3. κιθῶνας. κιτάριος corrigunt nonnulli, capitis tegu-
mentum quoddam intelligentes.

tum et quinquaginta, hoc modo armati. Reges eorum caput mitrâ obvolutum habebant: reliqui tunicas [sive cidares] gestabant: caetera ut Graeci. Sunt autem Cypriorum plures populi: alii Salamine et Athenis oriundi; alii ex Arcadia; alii ex Cythno; alii e Phoenice; alii ex Aethiopia, ut ipsi Cyprii adfirmant. (91.) *Cilices* centum contulerant naves. Hi capita galeis tecta habebant vernaculis, pro scutis parmulas gestabant ex crudo bovino corio confectas, tunicas induiti laneas: bina quisque iacula habebat, et ensem Aegyptiaco maxime gladio similem. Hi antiquitus *Hypachaei* nominati erant: dein a Cilice, Agenoris filio, viro Phoenice, nomen invenerunt. *Pamphyli* triginta naves praebuerant, graecanicis armis instructi. Sunt autem

χοντο νέας, Ἑλληνικοῖσι ὄπλοισι ἐσκευασμένοι. οἱ δὲ
 10 Πάμφουλοι οὗτοι εἰσὶ τῶν ἐκ Τροίης ἀποσκευασθέντων
 ἅμα Ἀμφιλόχῳ καὶ Κάλχαντι. Λύκιοι δὲ παρείχοντο 92
 νέας πενήκοντα, Θωρηκοφόροι τε ἔόντες καὶ κνημιδοφό-
 ροι. εἶχον δὲ τόξα κρανεῖνα, καὶ εἰστούς καλαμίνους
 ἀπτέρους, καὶ ἀκόντια· ἐπὶ δὲ, αἰγὸς δέρματα περὶ
 5 τοὺς ἄμους αἰωρεύμενα· περὶ δὲ τῆσι κεφαλῆσι πῖλους
 πτεροῖσι περιεστεφανωμένους· ἐγχειρίδια δὲ καὶ δρέπα-
 να εἶχον. Λύκιοι δὲ, Τερμίλαι ἐκαλέοντο, ἐκ Κρήτης
 γεγονότες· ἐπὶ δὲ Λύκου τοῦ Πανδίωνος, ἀνδρὸς Ἀθη-
 ναίου, ἔσχον τὴν ἐπανυμίην. Δωριεῖες δὲ, οἱ ἐκ τῆς 93
 Ἀσίας, τριήκοντα παρείχοντο νέας, ἔχοντές τε Ἑλληνι-
 κὰ ὄπλα, καὶ γεγονότες ἀπὸ Πελοποννήσου. Κᾶρες
 δὲ, ἐβδομήκοντα παρείχοντο νέας, τὰ μὲν ἄλλα κα-
 5 τὰ περ Ἑλληνες ἐσταλμένοι· εἶχον δὲ καὶ δρέπανα καὶ

Pamphyli Troianorum posterii illorum, qui cum Am-
 philocho et Calchante disiecti fuere. (92.) *Lycii*
 quinquaginta prae buerant naves, thoracibus et ocreis
 instructi. Arcus habebant ex corno arbore, sagittas
 arundineas non alatas, et iacula: ex humeris pelles
 pendebant caprinae: capitibus impositi pilei pennis
 circumcirca coronati: praeterea pugionibus et falci-
 bus armati erant. Lycii ex Creta oriundi, *Termilae*
 olim nominati, deinde a Lyco, Pandionis filio, Athe-
 niensi, invenere nomen. (93.) *Dorienses Asiatici*
 triginta naves contulerant, graecanico more armati,
 ex Peloponneso oriundi. *Cares* septuaginta naves
 prae buerant, falcibus et pugionibus armati, caete-
 roquin vero graecanico more instructi. His quodnam
 antiquitus fuerit nomen, in superiori harum Histo-

- ἐγχειρίδια. οὗτοι δὲ οἵτινες πρότερον ἐκαλέοντο, ἐν τοῖσι
 94 πρώτοισι τῶν λόγων εἴρηται. Ἴωνες δὲ, ἑκατὸν νέας
 παρείχοντο, ἐσκευασμένοι ὡς Ἕλληνες. Ἴωνες δὲ, ὅσον
 μὲν χρόνον ἐν Πελοποννήσῳ οἴκεον τὴν νῦν καλεομένην
 Ἀχαιίην, καὶ πρὶν ἢ Δανάϊόν τε καὶ Ξοῦθον ἀπικέσθαι
 εἰς Πελοπόννησον, ὡς Ἕλληνες λέγουσι, ἐκαλέοντο Πε- 5
 λασγοὶ Αἰγιαλέες· ἐπὶ δὲ Ἴωνος τοῦ Ξοῦθου, Ἴωνες.
 95 Νησιῶται δὲ, ἑπτακαίδεκα παρείχοντο νέας, ὠπλισ-
 μένοι ὡς Ἕλληνες. καὶ τοῦτο Πελασγικὸν ἔθνος, ὕστε-
 ρον δὲ Ἴωνικὸν ἐκλήθη κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ οἱ δυα-
 δεκαπόλιες Ἴωνες, οἱ ἀπ' Ἀθηνέων. Αἰολέες δὲ, ἐξήκον-
 τα νέας παρείχοντο, ἐσκευασμένοι τε ὡς Ἕλληνες, καὶ 5
 τὸ πάλαι καλεόμενοι Πελασγοὶ, ὡς Ἑλλήνων λόγος.
 Ἑλλησπόντιοι δὲ, πλὴν Ἀβυδηῶν· Ἀβυδηνοῖσι γὰρ

riarum parte dictum est. (94.) *Iones* centum contulerant naves, eodem modo instructi atque Graeci. *Iones*, quamdiu in Peloponneso eam regionem, quae nunc Achaia vocatur, incoluerant, priusquam Danaus et Xuthus in Peloponnesum advenissent, ut Graeci aiunt, *Pelasci Aegialees* [id est, *littorales*] vocabantur: deinde ab Ione, Xuthi filio, nomen invenerunt. (95.) *Insulani* septemdecim contulerant naves, eodem modo armati atque Graeci. Etiam hic *Pelagicus* est populus, qui deinde *Ionicus* eadem ratione nominatus est atque illi duodecim civitatum *Iones* Athenis oriundi. *Aeolenses* sexaginta praebuerant naves, eodem modo atque Graeci armati: et hi quoque olim *Pelasci* nominati, ut Graeci memorant. *Hellespontii*, exceptis Abydenis: nam Abydenis imperaverat rex ut domi manerent, et pon-

προσπετέτακτο ἐκ βασιλῆος, κατὰ χώραν μένουσι, Φύ-
λακας εἶναι τῶν γεφυρέων· οἱ δὲ λοιποὶ οἱ ἐκ τοῦ Πόν-
10 του στρατευόμενοι, παρείχοντο μὲν ἑκατὸν νέας, ἐσκευα-
σμένοι δὲ ἔσαν ὡς Ἕλληνες. οὗτοι δὲ, Ἰώνων καὶ Δω-
ριέων ἀποικοί.

Ἐπεβράτευον δὲ ἐπὶ πασέων τῶν νεῶν Πέρσαι, καὶ 96
Μῆδοι, καὶ Σάκαι. τούτέων δὲ ἀρίστα πλεούσας πα-
ρείχοντο νέας Φοίνικες, καὶ Φοινίκων, Σιδώνιοι. Τού-
τοισι πᾶσι, καὶ τοῖσι ἐς τὸν πεζὸν τεταγμένοισι αὐ-
5 τέων, ἐπῆσαν ἐκάστοισι ἐπιχώριοι ἡγεμόνες· τῶν ἐγῶ,
οὐ γὰρ ἀναγκαίη ἐξέργομαι ἐς ἱστορίας λόγον, οὐ πα-
ραμέμνημαι. οὔτε γὰρ ἔθνεος ἐκάστου ἐπάξιοι ἔσαν οἱ
ἡγεμόνες· ἐν τε ἔθνει ἐκάστῳ ἴσαι περ πόλιες, τοσοῦ-
τοι καὶ ἡγεμόνες ἔσαν. εἶποντο δὲ ὡς οὐ στρατηγοί,

tes custodirent: caeteri igitur ex Ponto expeditionis
huius socii naves contulerant centum, eodem modo
instructi ac Graeci. Sunt autem hi Ionum et Dorien-
sium coloni.

(96.) In singulis istarum navium erant propugna-
tores Persae et Medi et Sacae. Quae ex earumdem
navium numero optime vehebantur, has praebue-
rant Phoenices, et in his prae caeteris Sidonii. Sin-
gulorum autem populorum copiis navalibus, perinde
atque terrestribus, praecerant duces ex popularibus:
quorum ego nomina edere, quum nihil necesse sit
ad historiae rationem, supersedeo. Nec enim cuique
populo duces erant memoratu digni: et, quot in
quoque populo civitates, tot etiam duces erant. Se-
quebantur hi autem non ut duces vere nominati aut
praetores, sed ut alii militantes servi. Caeterum im-

ἀλλ' ὡςπερ οἱ ἄλλοι στρατευόμενοι δοῦλοι. ἐπεὶ στρα- 10
τηγοὶ τε αἱ τὸ πᾶν ἔχοντες κράτος, καὶ ἄρχοντες τῶν
ἐθνέων ἐκάστων, ὅσοι αὐτέων ἔσαν Πέρσαι, εἰρέαται μοι.

- 97 Τοῦ δὲ ναυτικοῦ ἐστρατήγεον οἶδε· Ἀριαβίγνης τε ὁ Δα-
ρείου, καὶ Πρηξάσπης ὁ Ἀσπαθίνεω, καὶ Μεγάβαζος
ὁ Μεγαβάτεω, καὶ Ἀχαιμένης ὁ Δαρείου. τῆς μὲν Ἰά-
δος τε καὶ Καρικῆς στρατιῆς, Ἀριαβίγνης, ὁ Δαρείου τε
παῖς καὶ τῆς Γωβρούεω θυγατρός· Αἰγυπτίων δὲ ἐστρα- 5
τήγεε Ἀχαιμένης, Ξέρξεω ἐὼν ἀπ' ἀμφοτέρων ἀδελ-
φός· τῆς δὲ ἄλλης στρατιῆς ἐστρατήγεον οἱ δύο. τριηκόν-
τεροι δὲ, καὶ πεντηκόντεροι, καὶ κέρκουροι, καὶ ἵππαγω-
γὰ πλοῖα μακρὰ συνελθόντα ἐς τὸν ἀριθμὸν ἐφάνη τρισ-
98 χίλια. Τῶν δὲ ἐπιπλεόντων μετὰ γε τοὺς στρατηγούς,
οἶδε ἔσαν οἱ ὀνομαστότατοι· Σιδώνιος Τετράμνηστος Ἀνύ-
σου, καὶ Τύριος Μάπην Σιρώμου, καὶ Ἀράδιος Μέρ-

peratores penes quos summa fuit imperii, et singu-
lorum populorum duces, quotquot eorum Persae
fuerunt, a me dicti sunt. (97.) *Navalibus* autem
copiis cum imperio praefecti hi erant: Ariabignes,
Darii filius, et Praxaspes Aspatinis, et Megabazus
Megabatis, et Achaemenes Darii filius. Ionicis qui-
dem et Caricis copiis Ariabignes praefuit, Darii filius
ex filia Gobriae; Aegyptiis Achaemenes, frater Xer-
xis eodem patre eademque matre natus; reliquis nau-
ticis copiis duo reliqui. Actuaria autem navigia par-
tim triginta partim quinquaginta remorum, tum
cercuros, et hippagogas naves longas convenisse con-
stat ad tria millia numero. (98.) Eorum qui in hac
classe militarunt, secundum imperatores, illustris-
simi hi sunt: Tetramnestus, Anysi filius, Sidonius;

βαλος Ἀγβάλου, καὶ Κίλιξ Συέννησις Ὀρομέδοντος,
 5 καὶ Λύκιος Κυβερνίσκος Σίκα· καὶ Κύπριοι, Γόργος
 τε ὁ Χέρσιος, καὶ Τιμῶναξ ὁ Τιμαγόρου· καὶ Καρῶν,
 Ἰστιαῖός τε ὁ Τύμνεω, καὶ Πίγρης ὁ Σελδάμου, καὶ
 Δαμασίθυμος ὁ Κανδαύλεω. Τῶν μὲν νυν ἄλλων οὐ 99
 παραμέμνηται ταξιαρχέων, ὡς οὐκ ἀναγκαζόμενος·
 Ἀρτεμισίης δὲ, τῆς μάλιστα θῶμα ποιεῦμαι ἐπὶ τὴν
 Ἑλλάδα στρατευσαμένης, γυναικός· ἥτις, ἀποθανόν-
 5 τος τοῦ ἀνδρός, αὐτὴ τε ἔχουσα τὴν τυραννίδα, καὶ παι-
 δὸς ὑπάρχοντος νενηίω, ὑπὸ λήματός τε καὶ ἀνδρηίης
 ἐστρατεύετο, οὐδεμιῆς ἐκούσης οἱ ἀναγκαίης. οὐνομα μὲν
 εἴη ἦν αὐτῇ Ἀρτεμισίη, θυγάτηρ δὲ ἦν Λυγδάμιος· γέ-
 νος δὲ ἐξ Ἀλικαρνησοῦ τὰ πρὸς πατρός, τὰ μητρὸθεν δὲ
 10 Κρηῆσα. ἡγεμόνευε δὲ Ἀλικαρνησέων τε καὶ Κώων καὶ

Mapen, Siromi filius, Tyrius; Merbalus Agbali, Ara-
 dius; Syennesis, Oromedontis, Cilix; Cyberniscus,
 Sicae filius, Lycius; Gorgus, Chersis filius, et Timo-
 nax Timagorae, uterque Cyprius; tres Cares, Hi-
 stiaeus, Tymnis filius, Pigres Seldomi, et Damasi-
 thymus, Candaulis filius. (99.) Reliquos ordinum
 duces silentio praetereo; nec enim necesse est hos
 commemorare, exceptâ *Artemisiâ* muliere, quam
 fuisse huius belli Graeciae illati sociam demiror.
 Haec enim, mortuo marito, quum ipsa regnum te-
 neret, filiumque haberet adolescentem, animi im-
 petu roboreque elata, expeditioni huic sociam sese,
 nullâ necessitate adacta, adiunxit. Nomen igitur huic
 Artemisia fuit, pater Lygdamis; paternum genus ex
 Halicarnasso, maternum ex Creta. Imperavit illa Ha-
 licarnassensibus, Cois, Nisyriis, et Calydniis: prae-

Νισυρίων τε καὶ Καλυδνίων, πέντε νέας παρεχομένη.
καὶ συναπάσης τῆς στρατιῆς, μετὰ γε τὰς Σιδωνίων,
κίας εὐδοξοτάτας παρείχεται, πάντων τε τῶν συμμά-
χων γνώμας ἀρίστας βασιλεῖ ἀπεδέξατο. τῶν δὲ κατέ-
λεξα πολίων ἡγεμονεύειν αὐτήν, τὸ ἔθνος ἀποφαίνω πᾶν 15
εἰς Δωρικόν· Ἀλικαρνησσηῶν μὲν, Τροϊζηνίους· τοὺς δὲ
ἄλλους, Ἐπιδαυρίους. Ἐς μὲν τούτωνδε ὁ ναυτικὸς στρα-
τὸς εἴρηται.

100 Ξέρξης δὲ, ἐπεὶ ἠρίθμησέ τε καὶ διετάχθη ὁ στρατός,
ἐπεθύμησε αὐτὸς σφραγίσας διεξελάσας θεῖσασθαι. μετὰ
δὲ ἐποίησε ταῦτα, καὶ διεξελαύνων ἐπὶ ἄρματος παρὰ
ἔθνος ἐν ἑκάστον, ἐπυθάνετο· καὶ ἀπέγραφον οἱ γραμ-
ματισταί· ἕως ἐξ ἑσχάτων ἐς ἑσχατα ἀπύκειτο καὶ τῆς 5
ἵππου καὶ τοῦ πεζοῦ. ὡς δὲ ταῦτά οἱ ἐπεποιήτο, τῶν
νεῶν κατελκυσθεισέων ἐς θάλασσαν, ἐμβαῦτα ὁ Ξέρξης

Cap. C. 1. ἠρίθμησέ τε. ἠρίθμηθη τε ed. Schaeff. ex coniect.

bueratque naves quinque, quae navium omnium uni-
versae classis, post Sidonias, praestantissimae erant.
Eadem apud regem optimas prae sociis omnibus sen-
tentias dixit. Quibus civitatibus imperasse eam dixi,
has omnes Doricae gentis esse adfirmo: Halicarnas-
senses nempe, Troezenios: reliquos vero, Epidau-
rios. Hactenus igitur navales recensui copias.

(100.) Postquam initus est copiarum numerus, et
ordine compositus universus exercitus, cupivit Xer-
xes exercitum obeundo lustrare: idque fecit. Curru
praeter unumquemque populum praetervectus, sin-
gula percontabatur, et scribae scripto consignabant;
donec ab una extremitate ad alteram et equitum et
peditum pervenit. Deinde, navibus in mare deductis,
relicto curru navem conscendit Sidoniam, in eaque

549, 63.

μετεκβαῖς ἐκ τοῦ ἄρματος ἐς νέα Σιδωνίην, ἵξετο ὑπὸ
 σκιῇ χρυσῆῃ καὶ παρέπλεε παρὰ τὰς πρῶρας τῶν
 10 νεῶν, ἐπειρωτῶν τε ἐκάστας ὁμοίως ὡς καὶ τὸν πεζόν,
 καὶ ἀπογραφομένους. τὰς δὲ νέας οἱ ναύαρχοι ἀναγα-
 γόντες ὅσον τε τέσσερα πλέθρα ἀπὸ τοῦ αἰγιαλοῦ, ἀνε-
 κώχευον, τὰς πρῶρας ἐς γῆν τρέψαντες πάντες μετω-
 πηδόν, καὶ ἐξοπλίσαντες τοὺς ἐπιβάτας ὡς ἐς πόλεμον.
 15 ὁ δ' ἐντὸς τῶν πρῶρέων πλέων ἐθνεῖτο καὶ τοῦ αἰγιαλοῦ.

Ὡς δὲ καὶ ταύτας διεξέπλωσε, καὶ ἐξέβη ἐκ τῆς 101
 νεὸς, μετεπέμψατο Δημάρτην τὸν Ἀρίστωνος, συστρα-
 τευόμενον αὐτῷ ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. καλέσας δ' αὐτὸν,
 εἶρετο τάδε: „Δημάρτηε, νῦν μοί σε ἡδύ τι ἐστὶ ἐπείρε-
 5 „σθαι τὰ θέλω. σὺ εἰς Ἑλληνα τε, καὶ, ὡς ἐγὼ πυν-
 „θάνομαι σεῦ τε καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων τῶν ἐμοὶ
 „ἐς λόγους ἀπικνεομένων, πόλιος οὐτ' ἐλαχίστης, οὐτ'

sub tabernaculo aureo residens praeter proras na-
 vium praetervectus est, sciscitans de singulis, per-
 inde atque in terrestri exercitu fecerat, et omnia scri-
 pto consignari iubens. Naves, ex quadringentorum
 admodum pedum intervallo a littore abductas, in
 ancoris tenebant praefecti, proris omnibus continuâ
 fronte in terram conversis, propugnatoribus in ar-
 mis stantibus, velut ad pugnam paratis: et rex spe-
 ctabat, inter proras et littus navigans.

(101.) Ita lustrata classe, *Xerxes* navi egressus,
Demaratum vocari iussit, *Aristonis* filium, expeditio-
 nis adversus Graeciam socium; eumque, ubi adfuit,
 his verbis compellavit: *Demarate, nunc me iuvat,*
ex te quae scire cupio quaerere. Tu Graecus es, et,
ut ego non ex te solum, sed et ex aliis Graecis

„ἀσθενεστάτης. νῦν ὦν μοι τόδε Φράσον, εἰ Ἕλληνες
 „ὑπομενέουσι χεῖρας ἐμοὶ ἀνταειρόμενοι. οὐ γὰρ, ὡς
 „ἐγὼ δοκέω, οὐδ' εἰ πάντες Ἕλληνες καὶ οἱ λοιποὶ οἱ 10
 „πρὸς ἐσπέρας οἰκόντες ἄνθρωποι συλληχθεῖσαν, οὐκ
 „ἀξιομαχοί εἰσι ἐμὲ ἐπίοντα ὑπομεῖναι, μὴ ἔοντες ἄρ-
 „θμιοι. ἐθέλω μέντοι καὶ τὸ ἀπὸ σεῦ, ὀκῴϊόν τι λέγεις
 „περὶ αὐτέων, πυθέσθαι.“ Ὁ μὲν ταῦτα εἰρώατα. ὁ δὲ,
 ὑπολαβὼν ἔφη „Βασιλεῦ, κότερα ἀληθῆνὴ χρήσομαι 15
 „πρὸς σέ, ἢ ἠδονῆς;“ Ὁ δὲ μιν ἀληθῆνὴ χρήσασθαι
 ἐκέλευε, Φᾶς οὐδέν οἱ ἀηδέστερον ἔσσεσθαι ἢ πρότερον ἦν.
 102 Ὡς δὲ ταῦτα ἤκουσε Δημάροτος, ἔλεγε τάδε „Βα-
 „σιλεῦ, ἐπειδὴ ἀληθῆνὴ διαχρήσασθαι πάντως με κε-
 „λεύεις, ταῦτα λέγοντα τὰ μὴ ψευδόμενός τις ὑστε-
 „ρον ὑπὸ σεῦ ἀλώσεται· τῇ Ἑλλάδι πενίη μὲν αἰεὶ κο-

qui mihi in colloquium veniunt, audio, ex ea civitate es, quae nec minima est nec infirmissima. Nunc ergo hoc dic mihi, an Graeci ausuri sint manus contra me tollere? Nam, ut equidem existimo, ne universi quidem Graeci et reliqui ad occidentem habitantes homines, si vires suas cuncti coniungerent, pares forent ad mihi resistendum, nisi prorsus inter se fuerint concordēs. At cupio tamen etiam ex te, quid sit quod de hoc dicas, cognoscere. Cui ita interroganti Demaratus respondit: Utrum, Rex, ex veritate tibi dicam, an ad gratiam? Et ille iussit eum ex veritate dicere, nihilo enim minus illum ob id sibi acceptum fore, quam antea fuisset. (102.) His auditis, Demaratus: Rex, inquit, quoniam ex rei veritate me loqui iubes, eaque dicere quae non mentitum me esse posthac

550, 94.

5 „τε σύντροφός ἐστι· ἀρετὴ δὲ ἑπακτός ἐστι, ἀπὸ τε σο-
 „φίης κατεργασμένη καὶ νόμου ἰσχυροῦ· τῇ διαχρεω-
 „μένη ἢ Ἑλλάς, τὴν τε πενίην ἀπαμύνεται καὶ τὴν δε-
 „σποσύνην. αἰνέω μὲν νυν πάντα Ἑλληνας τοὺς περὶ
 „κείνους τοὺς Δωρικοὺς χώρους οἰκημένους· ἔρχομαι δὲ
 10 „λέξων οὐ περὶ πάντων τούσδε τοὺς λόγους, ἀλλὰ περὶ
 „Λακεδαιμονίων μούνων· πρῶτα μὲν, ὅτι οὐκ ἐστὶ ὅπως
 „κοτὲ σοὺς δέξονται λόγους δουλοσύνην φέροντας τῇ Ἑλ-
 „λάδι· αὐτίς δὲ, ὡς ἀντιώσονται τοι ἐς μάχην, καὶ ἦν
 „οἱ ἄλλοι Ἕλληνες πάντες τὰ σὰ φρονέωσι. ἀριθμοῦ
 15 „δὲ πέρι, μὴ πύθη ὅσοι τινὲς ἔοντες ταῦτα ποιέειν οἴοι
 „τέ εἰσι· ἦν τε γὰρ τύχῳσι ἐξεστρατευμένοι χίλιοι, οὐ-
 „τοι μαχήσονταιί τοι, ἦν τε ἐλάσσονες τούτέων, ἦν τε καὶ
 „πλεῖνες.“ Ταῦτα ἀκούσας Ξέρξης, γελάσας ἔφη 103

deprehendar, morem tibi geram. In Graecia ab omni quidem aetate paupertas habitavit: accessit vero virtus, sapientiae et legis validae filia, qua utens Graecia et paupertatem abigit et dominatum. Et laudo quidem Graecos omnes circa terras illas Doricas habitantes: nec vero de cunctis nunc Graecis verba faciam, sed de solis Lacedaemoniis: quos, primum, dico nequaquam accepturos esse tuas condiciones, servitutem Graeciae proponentes; deinde, obviam illos tibi ituros aio in pugnam, etiamsi alii omnes Graeci tecum sentirent. Ad numerum autem quod adinet, noli quaerere quot sint numero, qui hoc facturi sint: nam sive mille fuerint qui in aciem prodeant, hi tecum congregientur, sive his pauciores, sive plures. (103.) Quibus auditis, ridens Xerxes ait: Dema-

„Δημάροτε, οἷον ἐθέλῃσθε ἔπος, ἄνδρας χιλίους στρα-
 „τιῇ τοσῆδε μαχήσασθαι! ἄγε, εἰπέ μοι, οὐ Φῆς του-
 „τέων τῶν ἀνδρῶν αὐτὸς βασιλεὺς γενέσθαι; σὺ ὦν
 „ἐβελήσεις αὐτίκα μάλα πρὸς ἄνδρας δέκα μάχεσθαι; 5
 „καὶ τοι εἰ τὸ πολιτικὸν ὑμῶν πᾶν ἐστὶ τοιοῦτον οἷον σὺ
 „διαίρεεις, σέ γε τὸν κείνων βασιλῆα πρέπει πρὸς τὸ
 „διπλήσιον ἀντιτάσσεσθαι κατὰ νόμους τοὺς ὑμετέρους.
 „εἰ γὰρ κείνων ἕκαστος δέκα ἀνδρῶν τῆς στρατιῆς τῆς
 „ἐμῆς ἀντάξιός ἐστι, σέ δέ γε δίζημαι εἴκοσι εἶναι ἀν- 10
 „τάξιον· καὶ οὕτω μὲν ὀρθοῖτ' ἂν ὁ λόγος ὁ παρὰ σεῦ
 „εἰρημένος. εἰ δὲ, τοιοῦτοί τε ἐόντες, καὶ μεγάβεια το-
 „σοῦτοι οἷος σὺ τε καὶ οἱ παρ' ἐμὲ Φοιτῶσι Ἑλλήνων ἐς
 „λόγους, ἀυχεῖτε τοσοῦτον, ὅρα μὴ μάτην κόμπος ὁ
 „λόγος οὗτος εἰρημένος εἶη. Ἐπεὶ θερεῖ ἴδω παντὶ τῷ 15
 „οἰκότι. κῶς ἂν δυναίαιτο χίλιοι, ἢ καὶ μύριοι, ἢ καὶ

*rate, quodnam emisisti verbum, mille viros cum
 tam ingenti exercitu congressuros? Dic mihi,
 age: nonne tu ais, regem te horum hominum
 fuisse? Vis-ne igitur tu e vestigio contra decem
 pugnare viros? Atqui, si vestri cives cuncti tales
 sunt, quales tu declaras, decet te regem eorum, ex
 vestris institutis, cum duplo numero ingredi.
 Nam si illorum quisque denis viris de meo exer-
 citu par est, a te utique postulo ut viginti viris
 par sis: atque ita demum recte stabit ratio quam
 tu dicis. Sin, quum tales sitis talique staturâ,
 quali tu et alii Graeci qui me convenire consue-
 verunt, tantopere gloriamini, vide ne vana iacta-
 tio sit hoc quod dicitis. Age enim, videamus quid
 probabili ulla ratione fieri possit? Quonam igi-*

551, 25.

„πεντακισμύριοι, ἔοντες γε ἐλεύθεροι πάντες ὁμοίως,
 „καὶ μὴ ὑπ' ἐνὸς ἀρχόμενοι, στρατῶ τοσῶδε ἀντιστῆναι;
 „ἐπεὶ τοὶ πλεῦνες περὶ ἓνα ἕκαστον γινόμεθα ἢ χίλιοι,
 20 „ἔόντων κείνων πέντε χιλιάδων. ὑπὸ μὲν γὰρ ἐνὸς ἀρ-
 „χόμενοι κατὰ τρόπον τὸν ἡμέτερον, γενοῖσάτ' ἂν, δειμαί-
 „νοντες τοῦτον, καὶ παρὰ τὴν ἑαυτῶν Φύσιν ἀμείνονες,
 „καὶ ἴοιεν ἀναγκαζόμενοι μάλιστα εἰς πλεῦνας ἐλάσσο-
 „νες ἔοντες· ἀνείμενοι δὲ εἰς τὸ ἐλεύθερον, οὐκ ἂν ποιεοίεν
 25 „τουτέων οὐδέτερα. Δοκέω δὲ ἔγωγε καὶ ἀνισωβέντας
 „πλήθει, χαλεπῶς ἂν Ἑλληνας Πέρσησι μούνοισι μά-
 „χεσθαι. ἀλλὰ παρ' ἡμῶν τοῦτό ἐστι τὸ σὺ λέγεις· ἐστι
 „γε μέντοι οὐ πολλόν, ἀλλὰ σπάνιον. εἰσὶ γὰρ Περ-
 „σέων, τῶν ἑμῶν αἰχμοφόρων, οἱ ἐβελήσουσι Ἑλλήνων

CHI. 19. περὶ ἓνα. παρὰ ἓνα ed. Schaeff. ex Valck. coniect.

*tur pacto mille homines, aut etiam decies, aut
 denique quinquagies mille, qui cuncti pariter li-
 beri sint, nec unius subiecti imperio: quo pacto
 inquam, hi resistere tanto exercitui poterunt?
 Nam, si sunt illi quinquies mille, nos plures quam
 milleni sumus qui illorum unumquemque circum-
 stabimus. Quod si quidem, ut apud nos, sic illi
 unius subiecti essent imperio, possent, illius metu,
 et contra suam naturam fieri meliores, et flagellis
 coacti pauciores numero adversus plures in prae-
 lium ire: sed liberi, et suo arbitrio permixti, neu-
 trum horum facient. Puto vero equidem, aequali
 etiam numero aegre Graecos solis Persis resistere
 posse. Sed apud nos hoc reperitur, quod tu ais:
 quamquam non frequens, sed rarum. Sunt enim in-
 ter Persas, in satellitum meorum numero, viri qui*

„ἀνδράσι τρισὶ ὁμοῦ μάχεσθαι· τῶν σὺ ἐὼν ἄπειρος, 30
 104 „πολλὰ Ὀλυηρείεις.“ Πρὸς ταῦτα Δημάροτος λέγει·
 „ὦ βασιλεῦ, ἀρχῆθεν ἠπιστάμην, ὅτι ἀληθείῃ χροώ-
 „μενος οὐ σίλα τοι ἐρέω. σὺ δὲ ἐπεὶ ἠνάγκασας λέγειν
 „τῶν λόγων τοὺς ἀληθεστάτους, ἔλεγον τὰ κατήκοντα
 „Σπαρτιήτησι. καίτοι, ὡς ἐγὼ τυγχάνω τὰ νῦν τάδε 5
 „ἔστοργῶς ἐκείνους, αὐτὸς μάλιστα ἐξεπίστεται, οἱ με
 „τιμὴν τε καὶ γέρεα ἀπελόμενοι πατρώϊα, ἀπολὶν τε
 „καὶ Φυγάδα πεποιήκασι· πατὴρ δὲ σὸς ὑποδέξάμενος,
 „βίον τέ μοι καὶ οἶκον δέδωκε. οὐκ αὖν οἶκός ἐστι ἀνδρα
 „τὸν σώζοντα εὐνοίην Φαινομένην διωθέεσθαι, ἀλλὰ στέρ- 10
 „γειν μάλιστα. Ἐγὼ δὲ οὔτε δέκα ἀνδράσι ὑπίσχομαι
 „οἷός τε εἶναι μάχεσθαι, οὔτε δυοῖσι· ἐκῶν τε εἶναι οὐδ’

cum tribus simul Graecis pugnam inire non detrectabunt: quorum tu inexpertus, multa nugaris. (104.) Ad haec Demaratus, Rex, inquit, ab initio noveram, vera me dicentem non dicturum grata tibi: sed, quoniam me coëgisti verissima eloqui, dixi quae ad Spartanos adtinent. Quamquam, quo pacto ego nunc maxime adversus illos adfectus sim, tu optime nosti; quum illi me, honore et muneribus paternis spoliatum, domo atque patria pepulerint: quem tuus pater benigne exceptum, victu ac domicilio donavit. Quare credibile non est, hominem sanae mentis exploratam respuere benevolentiam, sed eam potius quam maxime complecti. Ego vero neque cum decem simul viris posse me dimicare praedico, nec cum duobus: et, mei si res arbitrii sit, ne cum uno quidem congregiar. Quod si vero necessitas aut ma-

552, 53.

„ ἀν μουνομαχέοιμι. εἰ δὲ ἀναγκαίη εἴη, ἢ μέγας τις ὁ
 „ ἐποτρύνων ἀγῶν, μαχοίμην ἀν πάντων ἥδιστα ἐνὶ του-
 15 „ τέων τῶν ἀνδρῶν, οἱ Ἑλλήνων ἕκαστός Φησι τριῶν ἄξιος
 „ εἶναι. ὡς δὲ καὶ Λακεδαιμόνιοι, κατὰ μὲν ἓνα μαχεό-
 „ μνοι, οὐδαμῶν εἰσι κακίονες ἀνδρῶν· ἀλέες δὲ, ἀρι-
 „ στοὶ ἀνδρῶν ἀπάντων. Ἐλευθέροισι γὰρ εὐόντες, οὐ πάν-
 „ τα ἐλευθέροισι εἰσι· ἔπεστι γὰρ σφι δεσπότης, νόμος,
 20 „ τὸν ὑποδειμαίνουσι πολλῶ ἔτι μᾶλλον, ἢ οἱ σοὶ σέ.
 „ ποιεῦσι γῶν τὰ ἀν ἐκεῖνος ἀνώγη· ἀνώγει δὲ ταῦτὸ
 „ αἰεὶ, οὐκ ἔῶν Φεύγειν οὐδὲν πλῆθος ἀνθρώπων ἐκ μά-
 „ χης, ἀλλὰ μένοντας ἐν τῇ τάξει, ἐπικρατέειν ἢ ἀπέλ-
 „ λυσθαι. σοὶ δὲ εἰ φαίνομαι ταῦτα λέγων Φλυθρέειν,
 25 „ τᾶλλα σιγαῖν ἐθέλω τὸ λοιπόν· νῦν δὲ ἀναγκασθεῖς
 „ ἔλεξα. γένοιτο μέντοι κατὰ νόον τοι, βασιλεῦ.“

gnum aliquod discrimen urgeret, libenter admodum cum uno ex his viris congregarer, quorum unus quisque tribus se parem ait esse Graecis. Ita etiam Lacedaemonii, singuli cum singulis pugnantes, nullis viris sunt inferiores; conferti vero, omnium hominum fortissimi. Licet enim liberi sint, non sunt tamen omni ex parte liberi: praeest enim eis dominus, Lex; quem illi dominum multo magis timent, quam te tui. Faciunt certe quidem semper id quod lex imperat: imperat autem illa semper idem, vetans ex acie profugere quantacumque sit hostium multitudo, iubensque in ordine suo stantes aut vincere aut occumbere. Quod si vero tibi nugari videor haec dicendo, desino reliqua persequi: nunc, quae dixi, coactus dixi. Cedant autem tibi omnia ex tua, Rex, sententia!

- 105 Ὁ μὲν δὴ ταῦτα ἀμείψατο· Ξέρξης δὲ ἐς γέλωτά
 τε ἐτρέψατο, καὶ οὐκ ἐποίησατο ὄργην οὐδεμίην, ἀλλ'
 ἠπίως αὐτὸν ἀπεπέμψατο. τούτῳ δὲ ἐς λόγους ἐλθὼν
 Ξέρξης, καὶ ὑπαρχὸν ἐν τῷ Δορίσκῳ τούτῳ καταστή-
 σας Μασκάμην τὸν Μεγαδόστειω, τὸν δὲ ὑπὸ Δα- 5
 ρεῖου σταθέντα καταπαύσας, ἐξήλαυε τὸν στρατὸν διὰ
 106 τῆς Θρηίκης ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. Κατέλιπε δὲ ἄνδρα
 τοιόνδε Μασκάμην γενόμενον, τῷ μούνῳ Ξέρξης δῶρα
 πέμπεσκε, ὡς ἀριστεύοντι πάντων ὅσους κατέστησε αὐ-
 τὸς ἢ Δαρεῖος ὑπάρχους· πέμπεσκε δὲ ἀνὰ πᾶν ἔτος·
 ὡς δὲ καὶ Ἀρταξέρξης ὁ Ξέρξεω τοῖσι Μασκαμείοισι 5
 ἐγκύνοισι. Κατέστασαν γὰρ ἔτι πρότερον ταύτης τῆς
 ἐλάσιος ὑπαρχοὶ ἐν τῇ Θρηίκῃ καὶ τοῦ Ἑλλησπόντου

CV. 2. ἐτρέψατο. *Alii* ἔτρεψε, responsum illud in risum vertit rex.

(105.) His a Demarato dictis, risum edens *Xerxes* nullâ irâ est concitatus, sed comiter hominem dimisit: eoque absoluto colloquio, exercitum per Thraciam adversus Graeciam eduxit, postquam Dorisco huic, ubi adhuc moratus erat, Mascamen praefecit, Megadostis filium, amoto ab hac dignitate praefecto illo qui a Dario erat constitutus. (106.) *Mascames* autem hic, qui ibi relictus est, talem se virum praestitit, ut ei uni deinde *Xerxes* quotannis munera mittere consueverit, tamquam qui praeter omnes, quotquot aut ipse aut *Darius*, praefectos constituerat, fortissime rem gessisset: eodemque honore *Artaxerxes* etiam, *Xerxis* filius, posteros Mascamis persecutus est. Constituti enim iam ante hanc expeditionem erant regii praefecti in Thracia et ubique in Hellesponto. Hi igitur omnes, tam qui in Thracia

553, 82.

πανταχῆ. οὗτοι ἂν πάντες, οἳ τε ἐκ Θρηήκης καὶ τοῦ
 Ἑλλησπόντου, πλὴν τοῦ ἐν Δορίσκῳ, ὑπὸ Ἑλλήνων
 10 ὕστερον ταύτης τῆς στρατηλασίας ἐξηρέθησαν· τὸν δὲ ἐν
 Δορίσκῳ Μασκάμην οὐδαμοὶ καὶ ἐδυνάστησαν ἐξελεῖν,
 πολλῶν πειρησαμένων. διὰ τούτου δὲ οἱ τὰ δῶρα πέμ-
 πεται παρὰ τοῦ βασιλεύοντος αἰεὶ ἐν Πέρσῃσι. Τῶν 107
 δὲ ἐξαιρεθέντων ὑπὸ Ἑλλήνων οὐδένα βασιλεὺς Ξέρξης
 ἐνόμισε εἶναι ἄνδρα ἀγαθόν, εἰ μὴ Βόγην μούνον, τὸν
 ἐξ Ἡϊόνος. τούτον δὲ αἰνέων οὐκ ἐπαύετο, καὶ τοὺς πε-
 5 ριεόντας αὐτοῦ ἐν Πέρσῃσι παῖδας ἐτίμα μάλιστα. ἐπεὶ
 καὶ ἄξιος αἰῶνος μεγάλου ἐγένετο Βόγης· ὅς ἐπειδὴ ἐπο-
 λιορκέετο ὑπὸ Ἀθηναίων καὶ Κίμωνος τοῦ Μιλτιάδew,
 παρεὶν αὐτῷ ὑπόσπονδον ἐξελεῖν καὶ νοστήσαι ἐς τὴν
 Ἀσίην, οὐκ ἐτέλησε, μὴ δειλίῃ δόξειε περιεῖναι βασιλείῃ,
 10 ἀλλὰ διεκαρτέρεε ἐς τὸ ἔσχατον. ὡς δ' οὐδὲν ἔτι Φορ-

erant; quam qui in Hellesponto, excepto Dorisci
 praefecto, post hanc Xerxis expeditionem eiecti sunt
 a Graecis: Mascamen vero, Dorisci praefectum, nulli
 umquam, quamquam multi conati sunt, eiicere po-
 tuerunt; quam ob caussam constanter ei dona mit-
 tuntur a rege Persarum. (107.) Ex illorum autem
 numero, qui a Graecis eiecti sunt, nullum rex Da-
 rius fortem fuisse virum iudicavit, praeterquam
 unum Bogen, Eionis praefectum: quem laudare
 ille non desiit, et filios eius in Persis relictos prae-
 cipuo honore prosecutus est. Etenim insigni etiam
 laude dignus *Boges* fuit: qui ab Atheniensibus et
 Cimone Miltiadis filio oppugnatus, quum potuisset
 fide data salvus egredi et in Asiam redire, noluit,
 ne per ignaviam vitae suae consuluisse videretur

βῆς ἐνῆν ἐν τῷ τείχεϊ, συννήσας πυρὴν μεγάλην, ἔσφαξε τὰ τέκνα καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τὰς παλλακὰς καὶ τοὺς οἰκέτας· καὶ ἔπειτα ἐσέβαλε ἐς τὸ πῦρ. μετὰ δὲ ταῦτα, τὸν χρυσὸν ἅπαντα τὸν ἐκ τοῦ ἄστεος καὶ τὸν ἀργυρον ἔσπειρε ἀπὸ τοῦ τείχεος ἐς τὸν Στρυμόνα· πειή- 15
 σας δὲ ταῦτα, ἑαυτὸν ἐπέβαλε ἐς τὸ πῦρ. οὕτω μὲν οὗτος δικαίως αἰνέεται ἔτι καὶ ἐς τὸδε ὑπὸ Περσέων.

108 Ξέρξης δὲ ἐκ τοῦ Δορίσκου ἐπορεύετο ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα· τοὺς δὲ αἰεὶ γινομένους ἐμποδῶν, συστρατεύεσθαι ἠνάγκαζε. ἐδέδούλωτο γὰρ, ὡς καὶ πρότερόν μοι δεδήλωται, ἢ μέχρι Θεσσαλίας πᾶσα, καὶ ἦν ὑπὸ βασιλῆα δασμοφόρος, Μεγαβάζου τε καταστρεψαμένου, 5
 καὶ ὕστερον Μαρδονίου. Παραμείβετο δὲ πορευόμενος ἐκ Δορίσκου, πρῶτα μὲν τὰ Σαμοθρηϊκία τείχεα, τῶν

regi, sed ad extremum usque duravit. Postquam autem nihil alimenti in urbe fuit reliquum, ingenti rogo exstructo, liberos et uxorem et pellices et famulos iugulavit, iugulatosque in ignem coniecit: deinde, auro omni et argento, quod in urbe erat, per murum in Strymonem disperso, se ipsum super illorum cadavera in ignem praecipitavit. Itaque merito hic vir ad hunc usque diem a Persis laudatur.

(108.) *Xerxes* vero, ex *Dorisco* in *Graeciam* duccens exercitum, per quoscunque iter faciebat populos, cunctos secum militare coëgit. Erat enim, ut iam ante exposui, omnis ille tractus usque ad *Thesaliam* in *Persarum* ditione, et regi tributaria; a *Megabazo* primum, ac dein a *Mardonio* subacta. Iter autem ex *Dorisco* faciens praeteriit primum *Samo-thracica* castella, quorum postremum ad occidentem

554, 11.

ἔσχατῆ πεπόλισται πρὸς ἐσπέρην πόλις τῆ οὐνομά ἐστι
 Μεσαμβρίῃ· ἔχεται δὲ ταύτης Θασίων πόλις, Στρώ-
 10 μη. διὰ δὲ σφραγῶν τοῦ μέσου Λίσσος ποταμὸς διαρ-
 ρέει· ὃς τότε οὐκ ἀντέσχε τὸ ὕδωρ παρέχων τῷ Ξέρξῳ
 στρατῷ, ἀλλ' ἐπέλιπε. ἡ δὲ χώρα αὕτη πάλαι μὲν
 ἐκαλέετο Γαλλαϊκὴ, νῦν δὲ Βριαντικὴ· ἔστι μάλιστα, τῷ
 δικαιοτάτῳ τῶν λόγων, καὶ αὕτη Κικόνων. Διαβὰς δὲ 109
 τοῦ Λίσσου ποταμοῦ τὸ ρέεθρον ἀποξηρασμένον, πόλις
 Ἑλληνίδας τάσδε παραμείβετο, Μαρωνεῖαν, Δίκαιαν,
 Ἄβδηρα. ταύτας τε δὴ παρέξῃε, καὶ κατὰ ταύτας δέ,
 5 λίμνας ὀνομαστάς τάσδε· Μαρωνεῖας μὲν μεταξὺ καὶ
 Στρώμης κειμένην Ἰσμαρίδα· κατὰ δὲ Δίκαιαν, Βιστο-
 νίδα, ἐς τὴν ποταμοὶ δύο ἐσιεῖσι τὸ ὕδωρ, Τραυῆς τε καὶ
 Κόμψατος. κατὰ δὲ Ἄβδηρα, λίμνην μὲν οὐδεμίαν ἐοῦ-
 σαν ὀνομαστὴν παραμείψατο Ξέρξης, ποταμὸν δὲ Νέ-

situm est oppidum cui nomen Mesembria; cui pro-
 ximum est Thasiorum oppidum Stryme. Inter haec
 duo oppida medius interfluit *Lissus* fluvius; qui tunc
 non suffecit aquae praebendae exercitui Xerxis, sed
 defecit. Vocabatur autem olim haec regio Gallaica,
 nunc vero Briantica: at est etiam haec, verum si
 quaeris, Ciconum. (109.) Traiecto Lissi fluvii alveo
 exsiccato, praeter Graecas hasce civitates duxit, Ma-
 roneam, Dicaeam, Abdera. Praeter has, inquam, iter
 fecit, et praeter claros lacus circa illas sitos hosce:
 Ismariden lacum, qui est inter Maroneam et Stry-
 men; tum, prope Dicaeam, *Bistonidem* lacum, in
 quem duo fluvii aquam infundunt, Trauus et Com-
 psatus. Circa Abdera praeter lacum quidem notabi-
 lem nullum *Xerxes* praeteriit; *Nestum* vero fluvium

στον, ρέοντα ἐς Θάλασσαν. Μετὰ δὲ ταύτας τὰς χώρας 10
 ἰὼν τὰς ἠπειρώτιδας πόλεις παρήϊε· τῶν ἐν μῆϊ λίμνη εὐ-
 σα τυγχάνει ὡσεὶ τριήκοντα σταδίαν μάλιστα κη τὴν
 περίοδον, ἰχθυώδης τε καὶ κάρτα ἀλμυρῆ. ταύτην τὰ ὑπο-
 ζύγια μούνα ἀρδόμενα ἀνεξήρηνε. τῇ δὲ πόλι ταύτῃ οὐ-
 νομά ἐστὶ Πίστυρος. Ταύτας μὲν δὴ τὰς πόλεις, τὰς 15
 παραθαλασσίαις τε καὶ Ἑλληνίδασι, ἐξ εὐανύμου χειρὸς
 110 ἀπέργων παρεξήϊε. Ἐθνεα δὲ Θρηάκων, δι' ὧν τῆς χώ-
 ρης ὁδὸν ἐποιέετο, τοσάδε· Παῖτοι, Κίκονες, Βίστονες,
 Σαπαῖοι, Δερσαῖοι, Ἡδωνοὶ, Σάτραι. τούτων οἱ μὲν
 παρὰ Θάλασσαν κατοικημένοι ἐν τῆσι νηυσὶ εἶποντο· οἱ
 δὲ αὐτέων τὴν μεσόγαίαν οἰκέοντες, καταλεχθέντες τε 5
 ὑπ' ἐμεῦ, πλὴν Σατρέων, οἱ ἄλλοι πάντες, περὶ ἀναγ-
 111 καζόμενοι εἶποντο. Σάτραι δὲ οὐδενὸς καὶ ἀνθρώπων
 ὑπήκοοι ἐγένοντο, ὅσον ἡμεῖς ἴδμεν· ἀλλὰ διατελεῦσι

traiecit, qui ibi in mare influit. Post has regiones
 ulterius progrediens, alia praeteriit continentis op-
 pida: quorum ad unum est lacus triginta fere sta-
 diorum in circuitu, piscosus, et salsus admodum.
 Hunc lacum sola iumenta potando arefecerunt: no-
 men oppido est Pistyrus. Omnia ista oppida mari-
 tima et graecanica a sinistra relinquens praeteriit.
 (110.) *Populi* autem *Thracici*, quorum per fines
 agmen Xerxes duxit, hi sunt: Paeti, Cicones, Bistones,
 Sapaeci, Dersaeci, Edoni, Satrae. Ex his qui ad mare
 habitant, navibus regem secuti sunt; qui mediterranea
 incolunt, quos recensui, exceptis Satris, reliqui
 omnes pedibus sequi coacti sunt. (111.) *Satrae*
 vero nullius umquam hominis imperio, quod equi-
 dem noverim, fuerunt subiecti: sed soli ex Thra-

τὸ μέγχι ἐμεῦ αἰεὶ ἔόντες ἐλεύθεροι, μῦνοι Θρηίκων.
οἰκέουσί τε γὰρ οὔρεα ὑψηλά, ἴδησί τε παντοίησι καὶ
5 νιΦάσι συνηρεΦέα, καὶ εἰσὶ τὰ πολέμια ἄκροι. οὔτοι οἱ
τοῦ Διονύσου τὸ μαντήϊόν εἰσι ἐκτημένιοι. τὸ δὲ μαντήϊόν
ταῦτο, ἔστι μὲν ἐπὶ τῶν οὔρέων τῶν ὑψηλοτάτων· Βησσοὶ
δὲ τῶν Σατρέων εἰσὶ οἱ προσητεύοντες τοῦ ἰσοῦ, πρόμαν-
τις δὲ ἡ χρέουσα, κατὰ περ ἐν Δελφοῖσι, καὶ οὐδὲν ποι-
κιλώτερον. Παραμειψάμενος δὲ ὁ Ξέρξης τὴν εἰρημέ- 112
νην, δεύτερα τουτέων παραμείβετο τείχια τὰ Πιέρων·
τῶν καὶ ἐν Φάγρης ἐστὶ οὔνομα, καὶ ἐτέρῳ Πέργαμος.
ταύτη μὲν δὴ παρ' αὐτὰ τὰ τείχια τὴν ὁδὸν ἐποίεετο, ἐκ
5 δεξιῆς χειρὸς τὸ Πάγγαιον οὔρος ἀπέργων, ἐὼν μέγα
τε καὶ ὑψηλόν· ἐν τῷ χρύσειά τε καὶ ἀργύρεα ἐνι μέ-
ταλλα, τὰ νέμονται Πιέρές τε καὶ Ὀδομαντοί, καὶ μά-

CXII. 3. τῶν καὶ. τῶν δὲ ed. Schaeff. ex coniect.

cibus ad meam usque aetatem liberi semper per-
manserunt. Incolunt enim praealtos montes, nemo-
ribus omnis generis et nive obtectos, suntque bello
inprimis strenui. Hi sunt, apud quos est *Bacchi*
oraculum, in altissimis montibus situm. Et *Bessi*
sunt, qui apud Satras in hoc templo oracula inter-
pretantur; oracula autem sacerdos mulier edit, sicuti
Delphis, neque illa magis perplexa. (112.) Regio-
nem quam dixi emensus *Xerxes*, deinde praeter
Pierum castella transiit, quorum uni Phagres nomen
est, alii Pergamus. Et hac quidem iter iuxta ipsa
castella fecit, a dextra *Pangaeum* relinquens, vastum
montem et praealtum; in quo et auri et argenti in-
sunt metalla, quae partim a Pieribus, partim ab
Odomantis, maxime vero a Satris exercentur. (113.)

Herod. T. III. P. 4

R

- 113 λιστα Σάτραι. Ὑπεροικέοντας δὲ τὸ Πάγγαιον πρὸς
 βορέῳ ἀνέμου Παίονας, Δόβηράς τε καὶ Παιόπλας πα-
 ρεξίων, ἤϊε πρὸς ἑσπέρην· ἐς ὃ ἀπίκετο ἐπὶ ποταμὸν τε
 Στρυμόνα καὶ πόλιν Ἡϊάνα, τῆς ἔτι ζωὸς εἰὼν ἤρχε Βό-
 γης, τοῦ περ ὀλίγω πρότερον τούτων λόγον ἐποιεῦμην. 5
 ἢ δὲ γῆ αὕτη ἢ περὶ τὸ Πάγγαιον ὄρος, καλεῖται Φυλ-
 λίς· κατατείνουσα, τὰ μὲν πρὸς ἑσπέρην, ἐπὶ ποτα-
 μὸν Ἀγγίτην, ἐκδιδόντα ἐς τὸν Στρυμόνα· τὰ δὲ πρὸς
 μεσαμβρίην, τείνουσα ἐς αὐτὸν τὸν Στρυμόνα, ἐς τὸν αἰ
 114 Μάγοι ἐκαλλιρέοντο, σφάζοντες ἵππους λευκοῦς. Φαρ- 10
 μακεύσαντες δὲ ταῦτα—ἐς τὸν ποταμὸν, καὶ ἄλλα
 πολλὰ πρὸς τούτοισι, ἐν Ἐννέα Ὀδοῖσι τῆσι Ἡδωνῶν
 ἐπορεύοντο κατὰ τὰς γεφύρας, τὸν Στρυμόνα εὐρόντες
 ἐξευγμένον. Ἐννέα δὲ Ὀδοὺς πυνθανόμενοι τὸν χῶρον 5
 τοῦτον καλέεσθαι, τοσούτους ἐν αὐτῷ παῖδάς τε καὶ
 παρθένους ἀνδρῶν τῶν ἐπιχωρίων ζῶντας κατώρυσσον.

Postquam per populos a septentrione Pangaei habi-
 tantes, per Paeones, Doberes et Paeoplas transiit,
 versus occidentem vertit, donec ad fluvium *Strymo-*
nem pervenit, et ad Eionem urbem; cui tunc adhuc
 vivus praefectus erat Boges, cuius paulo ante feci
 mentionem. Terra haec circa Pangaeum montem
Phyllis vocatur; quae, orientem versus, ad fluvium
 Angiten pertinet, qui in Strymonem influit; versus
 meridiem vero ad ipsum Strymonem, cui sacra fece-
 runt Magi, mactatis equis albis. (114.) Hisce et mul-
 tis aliis incantamentis in fluvium peractis, in Novem
 viis per pontes fecerunt iter, quibus iunctum *Stry-*
monem invenerunt. Quem locum ubi audierunt *No-*
vem vias vocari, totidem ibi pueros ac virgines viro-

Περσικὸν δὲ τὸ ζῶντας κατορύσσειν· ἐπεὶ καὶ Ἀμη-
στριν, τὴν Ξέρξεω γυναῖκα, πυνθάνομαι γηράσασαν
10 δις ἑπτὰ Περσέων παῖδας ἑόντων ἐπιφανέων ἀνδρῶν
ὑπὲρ ἑωυτῆς τῶ ὑπὸ γῆν λεγομένῳ εἶναι θεῶ ἀντιχα-
ρίζεσθαι κατορύσσουσαν.

Ὡς δὲ ἀπὸ τοῦ Στρυμόνος ἐπορεύετο ὁ στρατός, ἐν- 115
θαῦτα πρὸς ἡλίου δυσμέων ἐστὶ αἰγιαλός, ἐν τῷ οἰκη-
μένῃ Ἀργίλον πόλιν Ἑλλάδα παρεξήιε. αὐτὴ δὲ, καὶ
ἢ κατύπερθε ταύτης, καλέεται Βισαλτή. ἐνθεῦτεν δὲ,
6 κόλπον τὸν ἐπὶ Ποσιδηίου ἐξ ἀριστερῆς χειρὸς ἔχων, ἦιε
διὰ Συλέος πεδίου καλεομένου, Σταγειρον πόλιν Ἑλ-
λάδα παραμειβόμενος, καὶ ἀπίκετο ἐς Ἀκανθον· ἅμα
ἀγόμενος τούτων ἕκαστον τῶν ἐθνέων καὶ τῶν περὶ τὸ
Πάγγαιον ὄρος οἰκούντων, ὁμοίως καὶ τῶν πρότερον κα-
10 τέλεξα· τοὺς μὲν παρὰ Θάλασσαν ἔχων οἰκημένους ἐν

rum indigenarum vivos defoderunt. Persicus hic mos est, *vivos defodere*. Nam et Amestrin, Xerxis uxorem, audio, aetate provectam, his septem Persarum illustrium liberos defodi iussisse, deum qui sub terra esse dicitur remuneraturam.

(115.) Ut a Strymone profectus est exercitus, ibi versus occidentem est ora maris, in qua sitam urbem Graecam Argilon praeteriit. Regio haec, et quae supra est, *Bisaltia* vocatur. Inde sinum, cui Neptuni templum imminet, a sinistra habens, postquam per Syleum qui vocatur campum transiit, et *Stagirum* praeteriit Graecam urbem, Acanthum pervenit; singules horum populorum et eorum qui circa Pangaeum incolunt, simul secum ducens, pariter atque illos quos supra commemoravi: quorum hi qui ad

νηυσὶ στρατευομένους, τοὺς δ' ὑπὲρ θαλάσσης, πεζῶν
 ἐπομένους. τὴν δὲ ὁδὸν ταύτην, τῇ βασιλεὺς Ξέρξης
 τὸν στρατὸν ἤλασε, οὔτε συγχέουσι Θρηῆκες, οὔτ' ἐπι-
 116 σπεύρουσι, σέβονται τε μεγάλως τὸ μέχρ' ἑμεῦ. Ὡς
 δὲ ἄρα εἰς τὴν Ἀκανθὸν ἀπίκετο, ξενίην τε ὁ Πέρσης
 τοῖσι Ἀκανθίοσι προεῖπε, καὶ ἐδωρήσατό σφεας ἐσθήτη
 Μηδικῇ, ἐπαινέει τε, ὁρέων αὐτοὺς προθύμους ἔοντας εἰς
 117 τὸν πόλεμον, καὶ τὸ ὄρυγμα ἀκούων. Ἐν Ἀκάνθῳ δὲ 5
 ἔντος Ξέρξεω, συνήνεκε ὑπὸ νούσου ἀποθανεῖν τὸν ἐπε-
 στεῶτα τῆς δαΐρυχος Ἀρταχαίην, δοκιμὸν ἔοντα παρὰ
 Ξέρξῃ, καὶ γένος Ἀχαιμενίδην, μεγάλῃ τε μέγιστον
 ἔοντα Περσέων· ἀπὸ γὰρ πέντε πηχέων βασιληῶν ἀπέ- 5
 λιπε τέσσερας δακτύλους· ὧν ἑνὸς τε μέγιστον ἀν-
 θρώπων. ὥστε Ξέρξεα, συμφορὴν ποιησάμενον μεγά-
 λην, ἐξενεῖκαί τε αὐτὸν κάλλιστα καὶ θάψαι· ἐτυμβο-

mare habitant, navibus militabant; qui vero supra mare, pedibus sequebantur. Viam autem hanc, qua rex Xerxes exercitum duxit, nec confundunt Thracæ, nec conserunt, sed ad meam usque ætatem magnopere venerantur. (116.) *Acanthum* ut Persa pervenit, hospitium Acanthiis edixit, et Medica veste eos donavit laudavitque, promptos videns ad bellum, cognitoque eorum circa fossam studio. (117.) Dum Acanthi versatur *Xerxes*, morbo mortuus est *Artachæes*, qui fossæ fuerat præfectus, probatus regi vir, genere Achæmenides, staturâ inter Persas cunctos eminens, quippe non nisi quatuor digitis brevior quinque cubitis, idemque omnium hominum vocalissimus. Itaque ingenti luctu adfectus Xerxes magnifice illum extulit humavitque, et universus

356, 5.

χρέε δὲ πᾶσα ἡ στρατιή. τούτω δὲ τῷ Ἀρταχαίῃ θύου-
 10 σι Ἀκάνθιοι ἐκ Θεοπροπίου ὡς ἡρώϊ, ἐπονομάζοντες τὸ
 οὔνομα. βασιλεὺς μὲν δὴ Ξέρξης, ἀπολομένου Ἀρτα-
 χαίεω, ἐποιέετο συμφορῆν. Οἱ δὲ ὑποδεκόμενοι Ἑλ- 118
 λήνων τὴν στρατιήν, καὶ δειπνίζοντες Ξέρξεα, ἐς πᾶν
 κακοῦ ἀπικέατο, οὕτω ὥστε ἀνάστατοι ἐκ τῶν οἰκίων
 ἐγίνοντο· ὅκου γε Θασιίοισι, ὑπὲρ τῶν ἐν τῇ ἡπειρῶ πα-
 5 λίων τῶν σφετέρων δεξαμένοισι τὴν Ξέρξεω στρατιήν καὶ
 δειπνίσασι, Ἀντίπατρος ὁ Ὀργέος ἀραισημένος, τῶν
 ἀστῶν ἀνὴρ δόκιμος ὁμοῖα τῷ μάλιστα, ἀπέδεξε ἐς
 τὸ δεῖπνον τετρακόσια τάλαντα ἀργυρίου τετελεσμένα.
 Ὡς δὲ παραπλησίως καὶ ἐν τῆσι ἄλλῃσι πόλισι οἱ ἐπε- 119
 στεῶτες ἀπεδείκνυσαν τὸν λόγον. τὸ γὰρ δεῖπνον τοιοῦδε
 τι ἐγίνετο, οἷα ἐκ πολλοῦ χρόνου προειρημένον, καὶ περὶ
 πολλοῦ ποιούμενον. τοῦτο μὲν, ὡς ἐπύθοντο τάχιστα τῶν

exercitus tumulo humum adgessit. Huic Artachaei ex
 oraculi effato sacra faciunt Acanthii, nomen eius in-
 vocantes. Ita rex Xerxes obitum Artachaeis luctu
 prosecutus est. (118.) Gracci vero ii, qui exercitum
 exceperunt, hospitiumque praebuere Xerxi, ad ex-
 tremam redacti sunt miseriam, adeo ut suis etiam
 larihus fierent extorres. Quippe Thasiis quidem,
 quum nomine civitatum suarum, quae in continente
 sunt, Xerxis exercitum hospitio et coenâ excepissent,
 Antipater Orgis filius ad id delectus, vir inter cives
 suos in primis probatus, demonstravit *insumta in
 coenam fuisse quadringenta argenti talenta.* (119.)
 Similemque aliarum etiam civitatum principes ratio-
 nem impensarum reddiderunt. Erat enim coena, ut-
 pote multo ante indicta, et magnâ curâ adparata,

κηρύκων τῶν περιαγγελόντων, δασάμενοι σῖτον ἐν τῆσι 5
 πόλισι οἱ ἄστοι, ἄλευρά τε καὶ ἄλφιτα ἐποίεον πάντες
 ἐπὶ μῆνας συχνούς· τοῦτο δὲ, κτήνεα σιτεύεσκον, ἐξου-
 ρίσκοντες τιμῆς τὰ κάλλιστα, ἔτρεζόν τε ὄρνιθας χειρ-
 σαίους καὶ λιμναίους, ἐν τε οἰκήμασι καὶ λάκκοισι, ἐς
 ὑπόδοχάς τῷ στρατοῦ· τοῦτο δὲ, χρυσεὰ τε καὶ ἀργύ- 10
 ρεα ποτήριά τε καὶ κρητῆρας ἐποιεῦντο, καὶ τὰ ἄλλα
 ὅσα ἐπὶ τραπέζαν τίβεσται πάντα. ταῦτα μὲν δὴ αὐ-
 τῶν τε βασιλείῃ καὶ τοῖσι ὁμοσίτοισι μετ' ἐκείνου ἐπε-
 πείητο· τῆ δὲ ἄλλῃ στρατιῇ, τὰ ἐς Φορβὴν μούνα τασ-
 σόμενα. ὅπως δὲ ἀπίκοιτο ἡ στρατιῇ, σκηνὴ μὲν ἔσκε 15
 πεπηγυῖα ἐτοίμη, ἐς τὴν αὐτὸς σταθμὸν ποιείσκειτο Ξέρ-
 ξης· ἡ δὲ ἄλλῃ στρατιῇ ἔσκε ὑπαίθριος. ὡς δὲ δεῖπνον
 γίνοιτο ὥρη, οἱ μὲν δεκόμενοι ἔχεσκον πόνον· οἱ δὲ, ὅπως

huiusmodi. Simul atque praeconum vocem audiverunt per civitates adventum exercitus adnunciantium, partiti inter se oppidani frumentum quod in urbe erat, farinam et polentam multos per menses conficiebant omnes; simulque pecora saginabant, pulcritudine et pretio exquisita, avesque tam terrestres quam palustres et domibus et in vivariis alebant, quibus exciperent exercitum; denique aurea et argentea pocula crateresque et reliqua omnia quae mensae imponuntur, comparabant. Et haec quidem soli utique regi eiusque convivis comparabantur; reliquo vero exercitui sola cibaria. Quando advenit exercitus, tabernaculum structum paratumque erat, quae mansio esset ipsi *Xerxi*: reliquus exercitus sub dio agebat. Ubi *coenae* aderat hora, hi qui hospites recipiebant laboris abunde habebant: illi vero, post-

558, 37.

πλησθέντες νύκτα αὐτοῦ ἀγάγοιεν, τῇ ὕστεραίῃ τὴν τε
 20 σκηνὴν ἀνασπάσαντες, καὶ τὰ ἐπιπλα πάντα λαβόν-
 τες, οὕτω ἀπελαύνεσκον, λείποντες οὐδέν, ἀλλὰ Φε-
 ρόμενοι. Ἐνθα δὴ Μεγακρέοντος, ἀνδρὸς Ἀβδηρίτεω, 120
 ἔπος εὖ εἰρημένον ἐγένετο, ὃς συνεβούλευσε Ἀβδηρίτησι
 , πανδημῆι, αὐτοὺς καὶ γυναῖκας, ἐλθόντας εἰς τὰ σφέ-
 τερα ἰρὰ, ἵζεσθαι ἰκέτας τῶν θεῶν, παραιτηομένους
 5 καὶ τὸ λοιπὸν σφι ἀπαμύνειν τῶν ἐπιόντων κακῶν τὰ
 ἡμίσεια· τῶν τε παροιχομένων ἔχειν σφι μεγάλην χά-
 ριν, ὅτι βασιλεὺς Ξέρξης οὐδὲς ἐκάστης ἡμέρης ἐνόμισε
 σῖτον αἰρέεσθαι. παρέχειν γὰρ ἂν Ἀβδηρίτησι, εἰ καὶ
 ἄριστον προεῖρητο ὁμοῖα τῷ δείπνῳ παρασκευάζειν, ἢ μὴ
 10 ὑπομένειν Ξέρξεα ἐπιόντα, ἢ καταμείναντας, κάκιστα

quam bene pasti noctem transegerunt, postridie re-
 vulso tabernaculo, et ablatis quaecumque moveri po-
 terant, discedebant, nihil relinquentes, sed asportan-
 tes omnia. (120.) Quam in partem commode dictum
 memoratur Megacreontis, civis Abderitae, qui suasit
 Abderitis, ut cives universi, mares atque foeminae,
 templa adirent sua, supplicesque precarentur a
 Diis, ut posthac dimidium imminentium malo-
 rum velint amoliri, et praeteritorum caussâ gra-
 tias eisdem diis agerent, quod rex Xerxes non
 bis singulis diebus cibum capere consuisset. Quod
 si enim imperatum Abderitis fuisset, prandium
 etiam similiter atque coenam parare, duorum al-
 terutrum illis fuisse eligendum, aut non manere
 advenientem Xerxem, aut, si mansissent, omnium
 hominum pessime adtritum iri. Isti igitur, quam-

πάντων ἀνθρώπων διατριβῆναι.“ Οἱ μὲν δὴ πιεζόμενοι, ὁμοίως τὸ ἐπιτασσόμενον ἐπετέλεον.

- 121 Ξέρξης δὲ ἐκ τῆς Ἀκάνθου, ἐντειλάμενος τοῖσι στρατηγῶσι τὸν ναυτικὸν στρατὸν ὑπομένειν ἐν Θέρμῃ, ἀπῆκε ἀπ' ἐαυτοῦ πορεύεσθαι τὰς νέας· Θέρμη δὲ τῇ ἐν τῷ Θέρμαϊῷ κόλπῳ οἰκημένη, ἀπ' ἧς καὶ ὁ κόλπος οὗτος τὴν ἐπωνυμίην ἔχει· ταύτῃ γὰρ ἐπυθάνετο συντομώτατον εἶναι. Μέχρι μὲν γὰρ Ἀκάνθου ᾧδε τεταγμένος ὁ στρατὸς ἐκ Δορίσκου τὴν ὁδὸν ἐποίεετο. τρεῖς μοίρας ὁ Ξέρξης δασάμενος πάντα τὸν πεζὸν στρατὸν, μίαν αὐτέων ἔταξε παρὰ Θάλασσαν ἰέναι ὁμοῦ τῷ ναυτικῷ· ταύτης μὲν δὴ ἐστρατήγεον Μαρδόνιός τε καὶ Μασίστης. ἑτέρη δὲ τεταγμένη ἦε τοῦ στρατοῦ τριτημορῖς τὴν μεσόγαιαν, τῆς ἐστρατήγεον Τριτανταίχμης τε καὶ

CXX. 11. διατριβῆναι. ἐκτριβῆναι malim.

quam gravissime afflicti, tamen exsecuti sunt mandatum.

(121.) Acantho Xerxes classem a se dimisit, iter persequi iussam, mandato dato praefectis, ut navales copiae ad Thermam sese opperirentur: ad illam dico Thermam, quae Thermaeo sinui imminet, qui ab illa etiam nomen invenit: hac enim maxime compendiarium esse viam cognoverat. Quippe a Dorisco, usque Acanthum, in hunc modum ordinatus exercitus fecerat iter. Terrestres omnes copias in tria agmina aequis fere partibus Xerxes partitus erat: quorum unum, cui Mardonius et Masistes praeerant, iussum erat secundum mare simul cum classe iter facere; alterum agmen, ducibus Tritantaeche et Gergi, per mediterranea proficiscebatur; tertia pars, cum qua

Γέργισ. ἡ δὲ τρίτη τῶν μοιρέων, μετ' ἧς ἐπικρούετο αὐτὸς
 ὁ Ξέρξης, ἥτε μὲν τὸ μέσον αὐτέων, στρατηγούς δὲ πα-
 15 ρείχετο Σμερδομένεά τε καὶ Μεγάβυζον. Ὁ μὲν νυν 122
 ναυτικός στρατός, ὡς ἀπέβη ὑπὸ Ξέρξεω, καὶ διεξέ-
 πλωσε τὴν διώρυχα τὴν ἐν τῷ Ἄβω γενομένην, διέχου-
 σαν δὲ ἐς κόλπον ἐν τῷ Ἄσσα τε πόλις καὶ Πιλῶρος
 5 καὶ Σίγγος καὶ Σάρτη οἰκῆνται ἐνεῦθεν, ὡς καὶ ἐκ
 τούτέων τῶν πολίων στρατιὴν παρέλαβε, ἔπλεε ἀπιέ-
 μενος ἐς τὸν Θερμαῖον κόλπον. κάμπτων δὲ Ἄμπελον,
 τὴν Τορωναίην ἀκροῖν, παραμείβετο Ἑλληνίδας τάσδε
 πόλις, ἐκ τῶν νέας τε καὶ στρατιὴν παρελάμβανε, Το-
 10 ρώνην, Γαληψὸν, Σερμύλην, Μηκύβερον, Ὀλυνθον.
 ἡ μὲν νυν χώρα αὕτη, Σιθωνίη καλεῖται. Ὁ δὲ ναυτι- 123
 κός στρατός ὁ Ξέρξεω, συντάμνων ἀπ' Ἄμπελου ἀκροῖς
 ἐπὶ Καναστραῖον ἀκροῖν, τὸ δὴ πάσης τῆς Παλλήνης

CXXII. 6. ἀπιέμενος. *Alii ἀπικόμενος.*

ipse erat Xerxes, mediâ incedebat viâ, ducibus Smerdomene et Megabyzo. (122.) Navalis igitur exercitus, postquam a Xerxe dimissus est, et per fossam navigavit, quae per Athon montem in eum sinum perducta erat, supra quem situm est Assa oppidum, et Pilorus, et Singus, et Sarta; inde absumto ex his quoque oppidis militum manu, in Thermaeum sinum navigare perrexit. *Ampelon* circumvectus, Toronaeum promontorium, praeter Graecas hasce civitates navigavit, Toronam, Galepsum, Sermylam, Mecerbernâ, Olynthum; e quibus item naves et milites adsumpsit. Nomen huius regionis *Sithonia* est. (123.) Ab Ampelo dein promontorio idem nauticus Xerxis exercitus rectam viam ad Canastraeum pro-

ἀνέχει μάλιστα, ἐνθεῦτεν νέας τε καὶ στρατιὴν παρε-
λάμβανε ἐκ Ποτιδαίης, καὶ Ἀφύτιος, καὶ Νέης Πό- 5
λιος, καὶ Αἰγῆς, καὶ Θεράμβω, καὶ Σκιώνης, καὶ
Μένδης, καὶ Σάνης. αὐταὶ γὰρ εἰσι αἱ τὴν νῦν Παλ-
λήνην, πρότερον δὲ Φλέγρην καλεομένην, νεμόμεναι.
Παραπλέων δὲ καὶ ταύτην τὴν χώραν, ἔπλεε ἐς τὸ
προειρημένον, παραλαμβάνων στρατιὴν καὶ ἐκ τῶν προσ- 10
εχέων πόλιων τῇ Παλλήνῃ, ὁμορρεουσέων δὲ τῶ Θερ-
μαίῳ κόλπῳ τῆσι οὐνόματά ἐστι τάδε, Λίπαξος,
Κώμβροια, Λίσαι, Γίγωνος, Κάμψα, Σμίλα, Αἴ-
νεια. ἡ δὲ τούτέων χώρα, Κροσσαίη ἔτι καὶ ἐς τόδε κα-
λέεται. Ἀπὸ δὲ Αἰνεΐης, ἐς τὴν ἐτελεύτων καταλέγων 15
ταῖς πόλιν, ἀπὸ ταύτης ἤδη ἐς αὐτόν τε τὸν Θερμαῖον
κόλπον ἐγένετο τῶ ναυτικῶ στρατῶ ὁ πλόος, καὶ γῆν
τὴν Μυγδονίην. πλέων δὲ ἀπίκετο ἐς τε τὴν προειρημέ-

montorium carpens, quod ex universa Pallene ma-
xime prominet, naves inde et milites ex Potidaea et
Aphyti et Neapoli et Aega et Therambo et Sciona
et Menda et Sana adsumsit. Haec enim sunt oppida
in *Pallene*, quae nunc vocatur, sita; cui regioni
olim *Phlegra* fuerat nomen. Hanc regionem praec-
tervectus, in constitutum locum navigavit, obiter
adsumtis etiam copiis ex oppidis Pallenae finitimis,
et Thermaeo sinui adiacentibus, quorum haec sunt
nomina: Lipaxus, Combrea, Lisae, Gigonus, Camp-
psa, Smila, Aenea. Regio, in qua insunt haec op-
pida, etiam nunc *Crossaea* vocatur. Ab Aenea, in
qua finem enumerandorum oppidorum feci, iam in
ipsum *Thermaeum sinum*, et in terram *Mygdoniam*
navigavit classis, pervenitque ad praedictam urbem

559, 97.

νην Θέρμην, καὶ Σινδόν τε πόλιν καὶ Χαλέστρην, ἐπὶ
 20 τὸν Ἀξιὸν ποταμὸν ὃς οὐρίζει χάρην τὴν Μυγδονίην τε
 καὶ Βοττιαΐδα, τῆς ἔχουσι τὸ παρά θάλασσαν στεῖνόν
 χωρίον πόλις Ἰχναί τε καὶ Πέλλα.

Ὁ μὲν δὴ ναυτικὸς στρατὸς, αὐτοῦ περὶ Ἀξιὸν πο- 124.
 ταμὸν, καὶ πόλιν Θέρμην, καὶ τὰς μεταξὺ πόλις του-
 τέων, περιμένων βασιλῆα, ἐστρατοπεδεύετο. Ξέρξης δὲ
 καὶ ὁ πεζὸς στρατὸς ἐπορεύετο ἐκ τῆς Ἀκάνθου, τὴν
 5 μεσόγαιαν τάμνων τῆς ὁδοῦ, βουλόμενος ἐς τὴν Θέρ-
 μην ἀπικέσθαι. ἐπορεύετο δὲ διὰ τῆς Παιονικῆς καὶ Κρη-
 στωνικῆς ἐπὶ ποταμὸν Ἐχειδάρον, ὃς ἐκ Κρηστωναίων
 ἀρξάμενος, ῥέει διὰ Μυγδονίης χάρης, καὶ ἔξίει παρὰ
 τὸ ἔλος τὸ ἐπ' Ἀξίῳ ποταμῶ. Πορευομένῳ δὲ ταύτῃ, 125
 λέοντες οἱ ἐπεβῆκαντο τῆσι σιτοφόροισι καμήλοισι. κα-
 ταφαιτέοντες γὰρ οἱ λέοντες τὰς νύκτας, καὶ λείποντες

Thermam, et *Sindum* et *Chalestram* oppidum, ad
Axium fluvium; qui *Mygdoniam* a *Bottiaeide* deter-
 minat, cuius in regionis arcto ad mare spatium oppida
 sunt *Ichnae* et *Pella*.

(124.) *Classis* igitur ibi circa *Axium* fluvium et
Thermam urbem aliaque in medio sita oppida in
 statione mansit, regem exspectans. *Xerxes* vero et
terrestris exercitus, ex *Acantho* profectus, per me-
 diterranea carpsit viam, *Thermam* tendens. Fecit au-
 tem iter per *Paeonicam* terram et per *Crestonicam*
 ad fluvium *Echedorum*, qui e *Crestonaeis* initio sum-
 to per *Mygdoniam* fluit, et iuxta paludem, quae est
 supra *Axium*, in sinum illum aquas suas infundit.

(125.) Hac dum iter fecit *Xerxes*, in camelos impe-
 dimenta portantes impetum fecere *leones*. Hi enim

τὰ σφέτερα ἦθεα, ἄλλου μὲν οὐδενὸς ἄπτοντο οὔτε ὑπο-
 ζυγίου, οὔτε ἀνθρώπου, οἱ δὲ τὰς καμήλους ἐκεραΐζον 5
 μούνας. Θωμάζω δὲ τὸ αἴτιον, ὅ τι κοτὴ ἦν, τῶν ἄλ-
 λων τὸ ἀναγκάζον ἀπεχομένους τοὺς λέοντας, τῆσι κα-
 μήλοισι ἐπιτίθεσθαι· τὸ μῆτε πρότερον ὀπάπεσαν Θη-
 126 ρίον, μῆτ' ἐπεπειρέατο αὐτοῦ. Εἰσὶ δὲ κατὰ ταῦτα τὰ
 χωρία καὶ λέοντες πολλοὶ, καὶ βόες ἄγριαι, τῶν τὰ
 κέρα ὑπερμεγάθεά ἐστι, τὰ ἐς Ἑλληνας Φαιτέοντα.
 οὖρος δὲ τοῖσι λέουσί ἐστι ὅ τε δι' Ἀβδήρων ῥέων ποτα-
 μὸς Νέστος, καὶ ὁ δι' Ἀκαρνανίης ῥέων Ἀχελῷος. οὔτε 5
 γὰρ τὸ πρὸς τὴν ἡῶ τοῦ Νέστου οὐδαμῶθι πάσης τῆς ἔμ-
 προσθεν Εὐρώπης ἴδοι τις ἀνὴρ λέοντα, οὔτε πρὸς ἑσπέρας
 τοῦ Ἀχελῷου ἐν τῇ ὑπολοίπῳ ἡπείρῳ· ἀλλ' ἐν τῇ με-
 127 ταξῦ τούτων τῶν ποταμῶν γίνονται. Ὡς δὲ ἐς τὴν
 Θέρμην ἀπίκετο ὁ Ξέρξης, ἰδρυσεν αὐτοῦ τὴν στρατιήν.

noctu e consuetis suis sedibus descendentes, nullo alio neque iumento tacto, neque homine, solas corripiebant camelos. Atqui mirari subit, quid causae fuerit quod leones compelleret, ut, intactis aliis omnibus, solis camelis insidiarentur, quum numquam vel vidissent hoc animal, vel periculum eius fecissent. (126.) Sunt autem in his regionibus frequentes *leones*, et boves item sylvestres, quorum cornua immani sunt magnitudine; quae in Graeciam solent importari. Terminus autem *leonibus* est Nestus fluvius per Abdera fluens, et Acarnaniam perfluens Achelous. Nam nec orientem versus ulla in parte anterioris Europae leonem aliquis videat, nec ab occidente Acheloi in reliqua continente; sed inter duos istos fluvios leones gignuntur. (127.) *Ther-*

ἐπέσχε δὲ ὁ στρατὸς αὐτοῦ στρατοπεδεύομενος τὴν πα-
 ρὰ Θάλασσαν χώραν τσῆνδε· ἀρξάμενος ἀπὸ Θέρμης
 5 πόλιος καὶ τῆς Μυγδονίης, μέχρι Λυδία τε ποταμοῦ
 καὶ Ἀλιάκμονος, αἱ οὐρίζουσι γῆν τὴν Βοττιαίδα τε
 καὶ Μακεδονίδα, ἐς τὸ αὐτὸ ῥέεθρον τὸ ὕδωρ συμμίσγον-
 τες. ἐστρατοπεδεύοντο μὲν δὴ ἐν τούτοις τοῖσι χωρίοις
 οἱ Βάρβαροι. τῶν δὲ καταλεχθέντων τούτων ποταμῶν,
 10 ἐκ Κρησταναίης ῥέων Ἐχειδώρος μούνος οὐκ ἀντέχρησε
 τῇ στρατιῇ πινόμενος, ἀλλ' ἐπέλιπε.

Ξέρξης δὲ ὄρεων ἐκ τῆς Θέρμης οὖρα τὰ Θεσσα- 128
 λικὰ, τὸν τε Ὀλυμπον καὶ τὴν Ὀσσαν, μεγάβει τε
 ὑπερομήκεα ἔοντα, διὰ μέσου τε αὐτέων αὐλῶνα στει-
 νὸν πυνθανόμενος εἶναι, δι' οὗ ῥέει ὁ Πηνειὸς, ἀκούων τε
 5 εἶναι ταύτη ὁδὸν ἐς Θεσσαλίην Φέρουσαν, ἐπεβύμησε
 πλώσας θεήσασθαι τὴν ἐκβολὴν τοῦ Πηνειοῦ· ὅτι τὴν

mam ut Xerxes pervenit, substitit ibi cum exercitu. Obtinebant autem castra exercitus totam oram maritimam, inde a Therma urbe et terra Mygdonia usque ad Lydiam fluvium et Haliaemonem, qui Bottiaeam a Macedonia disterminant, in eundem alveum aquas suas confundentes. Tantum terrae spatium occuparunt barbarorum castra. Fluviorum autem, quos commemoravi, solus Echedorus, e Crestonacis fluens, ad potandum non suffecit exercitui, sed aqua illum destituit.

(128.) *Xerxes* vero ex *Therma* prospectans *Thesalicos* montes, *Olympum* atque *Ossam*, altitudine mirum in modum eminentes, ut rescivit in medio illorum angustam esse convallem, quam perfluat *Peneus* amnis, audivitque esse ibi viam quae in

ἄνω ὁδὸν ἔμελλε ἐλαῖν διὰ Μακεδόνων, τῶν κατύπερθε
 οἰκημένων, εἰς Περρᾶιβοὺς παρὰ Γόννον πόλιν· ταύτη
 γὰρ ἀσφαλέςτατον ἐπυθάνετο εἶναι. ὡς δὲ ἐπεθύμησε,
 καὶ ἐποίηε ταῦτα. ἐσβὰς εἰς Σιδωνίην νέα, εἰς τὴν περ 10
 ἐσέβαινε αἰεὶ ὅπως τι ἐθέλοι τοιοῦτο ποιῆσαι, ἀνέδεξε
 σημήϊον καὶ τοῖσι ἄλλοισι ἀνάγεσθαι, καταλιπὼν αὐ-
 τοῦ τὸν πεζὸν στρατόν. ἐπεὶ δὲ ἀπίκετο, καὶ ἐβήσατο
 Ξέρξης τὴν ἐκβολὴν τοῦ Πηνειοῦ, ἐν θάσματι μεγάλῳ
 ἐνέσχετο. καλέσας δὲ τοὺς κατηγεμόνας τῆς ὁδοῦ, εἶρε- 15
 129 το εἰ τὸν ποταμὸν ἐστὶ παρατρέψαντα ἐτέρῃ εἰς θάλασ-
 σαν ἐξαγαγεῖν. Τὴν δὲ Θεσσαλίην λόγος ἐστὶ τὸ πα-
 λαιὸν εἶναι λίμνην, ὥστε γε συγκεκληθισμένην πάντο-
 φεν ὑπερμήκεσι οὖρεσι. τὰ μὲν γὰρ αὐτῆς πρὸς τὴν ἡῶ
 ἔχοντα, τό τε Πήλιον οὖρος καὶ ἡ Ὀσσα ἀποκλῆει,

Thessaliam ferat, cupidus fuit nave conscensa spe-
 ctandi *ostium Penei*: quippe ducturus erat exerci-
 tum superiore via per Macedonas, superne habitantes,
 in Perrhaebos praeter Gonnon urbem, quum tutissi-
 mum illac iter esse rescivisset. Et sicut cupivit, ita
 fecit. Conscensa nave Sidonia, quam eandem semper
 conscendere consueverat, quoties tale quidpiam sus-
 ciperet, signum reliquis etiam navibus proposuit
 solvendi, relicto ibi pedestri exercitu. Ubi ad ostium
 Penei Xerxes pervenit, illudque spectavit, ingenti
 captus est admiratione: advocatosque viae duces in-
 terrogavit, fieri-ne posset, ut averteretur fluvius et
 aliâ parte in mare derivaretur? (129.) *Thessa-*
liam fama est *lacum* olim fuisse, utpote altissimis
 montibus undique circum clausam. Etenim latus
 orienti obversum praeccludunt *Pelios* et *Ossa* mon-

5 συμμίσγοντα τὰς ὑπαρείας ἀλλήλοισι· τὰ δὲ πρὸς βο-
 ρεῶ ἀνέμου, Οὐλυμπος· τὰ δὲ πρὸς ἐσπέσην, Πίνδος·
 τὰ δὲ πρὸς μεσαμβροίην τε καὶ ἀνεμον νότον, ἡ Ὀθρυς·
 τὸ μέσον δὲ τούτων τῶν λεχθέντων οὐρέων ἡ Θεσσαλίη
 ἐστὶ, εὐῶσα καίλη. ὥστε ὧν ποταμῶν ἐς αὐτὴν καὶ ἄλ-
 10 λων συχῶν ἐσβαλλόντων, πέντε δὲ τῶν δοκίμων μάλι-
 στα τῶνδε, Πηνειοῦ, καὶ Ἀπιδανοῦ, καὶ Ὀνοχώνου,
 καὶ Ἐνιπέου, καὶ Παμίσου· οἱ μὲν νυν ἐς τὸ πεδίον τοῦτο
 συλλεγόμενοι ἐκ τῶν οὐρέων τῶν περικληθόντων τὴν Θεσ-
 σαλίην οὐνομαζόμενοι, δι' ἐνὸς αὐλῶνος, καὶ τούτου στει-
 15 νοῦ, ἔκρουον ἔχουσι ἐς θάλασσαν, προσυμμίσγοντες τὸ
 ὕδωρ πάντες ἐς ταῦτό· ἐπεὰν δὲ συμμιχθῶσι τάχιστα,
 ἐνθεῦτεν ἤδη ὁ Πηνειὸς τῶ οὐνόματι κατακρατέων, ἀνω-
 νύμους τοὺς ἄλλους εἶναι ποιεῖ. Τὸ δὲ παλαιὸν λέγεται,
 οὐκ ἔντος κω τοῦ αὐλῶνος καὶ διεκρούου τούτου, τοὺς πο-

tes, quorum radices sese contingunt: septemtrionale
 latus *Olympus* praecludit, occidentale *Pindus*, me-
 ridiei obversum *Othrys*: et cava terra inter praedi-
 ctos montes intercepta, *Thessalia* est. Igitur quum
 in hanc terram et alii frequentes rivi et quinque
 prae caeteris clari influant hi, Peneus, Apidanus,
 Onochonus, Enipeus, et Pamisus; omnes hi modo
 nominati rivi, ex montibus Thessaliam cingentibus
 in hunc campum influentes, per unam convallem,
 eamque angustam, exitum habent in mare, postquam
 in unum alveum aquas suas cuncti infuderunt: qui
 ex quo confluxere, caeteri nomen omittunt suum,
 et unum *Penei* nomen manet. Pristinis vero tempo-
 ribus, quum convallis illa nondum existeret, quae
 exitum aperit aquis, aiunt rivos illos, et praeter

ταμους τούτους, καὶ πρὸς τοῖσι ποταμοῖσι τούτοισι τὴν 20
 Βοιβηίδα λίμνην, οὔτε οὐνομάζεσθαι κατὰ περ νῦν, ῥέειν
 τε οὐδὲν ἔσσον ἢ νῦν ῥέοντας δὲ, πειέειν τὴν Θεσσαλίην
 πᾶσαν πέλαγος. αὐτοὶ μὲν νυν Θεσσαλοὶ Φασι Πο-
 σειδέωνα ποιῆσαι τὸν αὐλῶνα, δι' οὗ ῥέει ὁ Πηνεῖς, οἰ-
 κότα λέγοντες. ὅστις γὰρ νομίζει Ποσειδέωνα τὴν γῆν 25
 σείειν, καὶ τὰ διεστωῶτα ὑπὸ σεισμῶ τοῦ Θεοῦ τούτου
 ἔργα εἶναι, καὶ ἀν' ἐκεῖνο ἰδὼν Φαίη Ποσειδέωνα ποιῆ-
 σαι. ἔστι γὰρ σεισμῶ ἔργον, ὡς ἐμοὶ ἐφαίνετο εἶναι, ἢ
 130 διάστασις τῶν οὐρέων. Οἱ δὲ κατηγεόμενοι, εἰρομένου
 Ξέρξεω εἰ ἔστι ἄλλη ἐξοδος ἐς θάλασσαν τῶ Πηνεῖῳ,
 ἐξεπιστάμενοι ἀτρεκέως, εἶπον· „Βασιλεῦ, ποταμῶ τοῦ-
 „ τῶ οὐκ ἔστι ἄλλη ἐξήλυσις ἐς θάλασσαν κατήκουσα,
 „ ἀλλ' ἤδε αὐτῆ· οὔρεσι γὰρ περιεστεφάνωται πᾶσα 5

CXXX. 5. ἢδε αὐτη. ἢδε αὐτῆ malim cum viris doctis, haec una.

rivos Boebeidem lacum, nomina quidem ea quibus nunc adpellantur non habuisse, sed nihilo minus quam nunc fluxisse, atque adeo effecisse ut *pelagus* esset tota *Thessalia*. Et ipsi quidem Thessali aiunt, *Neptunum fecisse convallem illam, per quam tamquam canalem effluit Peneus*: nec praeter rationem hoc adfirmant. Qui enim Neptunum existimat movere terram, et, quae terrae motu diducta sunt, opera huius dei esse; is istud videns dixerit, *Neptunum id fecisse*. Est enim illa montium diductio, ut mihi quidem adparet, terrae motu effecta. (130.) Viae autem duces, quaerenti Xerxi *an alius foret Peneo exitus in mare*, rem accurate compertam habentes, responderunt: *Non est, Rex, huic flumini alius exitus qui ad mare pertineat, nisi hic*

562, 89.

„Θεσσαλίη.“ Ξέρξης δὲ λέγεται εἰπεῖν πρὸς ταῦτα·
 „Σοφοὶ ἄνδρες εἰσὶ Θεσσαλοὶ. ταῦτ' ἄρα πρὸ πολλοῦ
 „ἐβουλάξαντο γνωσιμαχέοντες, καὶ ἄλλα, καὶ ὅτι
 „χώρην ἄρα εἶχον εὐαίρετόν τε καὶ ταχυάλωτον. τὸν γὰρ
 10 „ποταμὸν πρῆγμα ἀνὴρ μόνον ἐπεῖναι σφῶν ἐπὶ τὴν
 „χώρην, χώματι ἐκ τοῦ αὐλῶνος ἐκβιβάσαντα, καὶ
 „παρατρέψαντα δι' ὧν νῦν ῥέει ῥεέθρων· ὥστε Θεσσα-
 „λίην πᾶσαν ἔξω τῶν οὐρέων ὑπόβρυχα γενέσθαι.“
 Ταῦτα δὲ ἔχοντα ἔλεγε ἐς τοὺς Ἀλευέω παῖδας, ὅτι
 15 πρῶτοι Ἑλλήνων, ἔόντες Θεσσαλοὶ, ἔδσαν ἑαυτοὺς βα-
 σιλεῖ· δοκέων ὁ Ξέρξης ἀπὸ παντός σφῆας τοῦ ἔθνους
 ἐπαγγέλλεσθαι Οἰλίην. εἶπας δὲ ταῦτα, καὶ θεησά-
 μενος, ἀπέπλεε ἐς τὴν Θέρμην.

Ὁ μὲν δὴ περὶ Πιερίην διέτριβε ἡμέρας συχνάς. τὸ 131

*ipse: est enim tota Thessalia undique montibus
 cincta. Ad haec Xerxes dixisse memoratur: Pruden-
 tes viri sunt Thessali: itaque iam multo ante sibi
 praecaverunt, pares se nobis non esse agnoscentes,
 quum aliis rebus, tum quod terram incolunt captu
 et expugnatu facilem. Nullâ enim aliâ re fuerit
 opus, nisi ut hoc flumen in illorum terram immit-
 tatur, aggere ex hac convalle repulsum, et in eos
 per quos nunc fluit alveos aversum; quo universa
 Thessalia, praeter montes, aquis mergeretur. Haec
 dixit ad Aleuae filios spectantia, quod illi, Thessali
 quum essent, primi Graecorum sese regi tradiderant;
 quos de communi gentis consilio societatem sibi pol-
 licitos esse Xerxes arbitrabatur. His dictis, quae vo-
 luerat contemplatus, Thermam renavigavit.*

(131.) Ibi tum aliquam multos dies in Pieria est
Herod. T. III. P. I. S

γὰρ δὴ οὗρος τὸ Μακεδονικὸν ἔκειρε τῆς στρατιῆς τριτη-
μορίς, ἵνα ταύτῃ διεξιῆ ἅπαντα ἢ στρατιῇ ἐς Περρῆαιβούς.
Οἱ δὲ δὴ κήρυκες οἱ ἀποπεμφθέντες ἐς τὴν Ἑλλάδα ἐπὶ
γῆς αἴτησιν, ἀπικέατο· οἱ μὲν, κεινοὶ, οἱ δὲ, Φέροντες 5
132 γῆν τε καὶ ὕδωρ. Τῶν δὲ δόντων ταῦτα ἐγένοντο οἶδε,
Θεσσαλοὶ, Δόλοπες, Ἐνιῆνες, Περρῆαιβοὶ, Λοκροὶ,
Μάγνητες, Μηλιεῖς, Ἀχαιοὶ οἱ Φθιώται, καὶ Θη-
βαῖοι, καὶ οἱ ἄλλοι Βοιωτοὶ, πλὴν Θεσπιδέων τε καὶ
Πλαταιέων. Ἐπὶ τούτοισι οἱ Ἕλληνες ἔταμον ὄρκιον 5
οἱ τῷ βαρβάρῳ πόλεμον ἀειράμενοι. τὸ δὲ ὄρκιον ὧδε
εἶχε· „Ὅσοι τῷ Πέρσῃ ἔδοσαν σφραγᾶς αὐτοὺς Ἕλλη-
„νες εἶντες, μὴ ἀναγκασθέντες, καταστάντων σφιδεῦ
„τῶν πρηγμάτων, τούτους δεκατεῦσαι τῷ ἐν Δελφοῖσι
133 „θεῷ.“ τὸ μὲν δὴ ὄρκιον ὧδε εἶχε τοῖσι Ἕλλησι. Ἐς 10

commoratus. Etenim montem Macedonicum tertia pars exercitus tondebat, ut illac universae copiae in Perrhaebos transirent. Interim praecones per Graeciam ad postulandam terram dimissi redierunt; alii vacui, alii *terram et aquam* adferentes. (132.) Qui haec dederunt populi, hi fere fuere: Thessali, Dolopes, Enianes, Perrhaebi, Locri, Magnetes, Malienses, Achaei Phthiotae, Thebani et reliqui Boeoti, exceptis Thespiensibus et Plataeensibus. Contra hos Graeci ii, qui bellum adversus barbarum susceperunt, foedus pepigerunt interposito iuramento, cuius haec erat formula: *Quicumque populi Graeci Persae sese tradiderint, nulla necessitate coacti, rebus suis bene habentibus, hos Delphico deo esse decimandos.* Haec formula foederis fuit a Graecis contra hos initi. (133.) Athenas autem et Spartam praecones

563, 17.

δὲ Ἀθήνας καὶ Σπάρτην οὐκ ἀπέπεμψε ὁ Πέρσης ἐπὶ
 γῆς αἴτησιν κήρυκας, τῶνδὲ εἴνεκα. πρότερον Δαρείου
 πέμψαντος ἐπ' αὐτὸ τοῦτο, οἱ μὲν αὐτέων, τοὺς αἰτέον-
 5 τας ἐς τὸ Βάραθρον, οἱ δὲ ἐς Φρέαρ, ἰσβαλόντες, ἐκέ-
 λευον γῆν τε καὶ ὕδωρ ἐκ τούτων Φέρειν παρὰ βασι-
 λέα. τούτων μὲν εἴνεκα οὐκ ἔπεμψε Ξέρξης τοὺς αἰτή-
 στοντας. Ὅτι δὲ τοῖσι Ἀθηναίοισι ταῦτα ποιήσασι τοὺς
 κήρυκας συνήνεκε ἀνεβέλητον γενέσθαι, οὐκ ἔχω εἶπαι,
 10 πλὴν ὅτι σφέων ἢ χώρη καὶ ἢ πόλις ἐδηιώη· ἀλλὰ
 τοῦτο οὐ διὰ ταύτην τὴν αἰτίην δοκέω γενέσθαι. Τοῖσι 134
 δὲ ὧν Λακεδαιμονίοισι μῆνις κατέσκηψε Ταλθυβίου,
 τοῦ Ἀγαμέμνονος κήρυκος. ἐν γὰρ Σπάρτῃ ἐστὶ Ταλ-
 θυβίου ἱρόν· εἰσὶ δὲ καὶ ἀπόγονοι Ταλθυβίου, Ταλθυ-
 5 βιάδαι καλεόμενοι, τοῖσι αἱ κηρυκῆναι αἱ ἐκ Σπάρτης

ad terram postulandam Xerxes non misit, hac de
 caussa. Superiori tempore, quum ad hoc ipsum Da-
 rius legatos misisset, hos, qui postulatum venerant,
 Athenienses in *barathrum*, Lacedaemonii vero in
puteum praecipitaverant, iussos *ex his terram et*
aquam capere regi adferendam. Hanc ob caussam ad
 hos Xerxes non misit qui postularent. Quod quidem
 ob facinus adversus praecones admissum quidnam
 Atheniensibus mali acciderit, dicere non possum, nisi
 quod terra eorum et urbs evastata est: at hoc quidem
 non illam ob culpam puto accidisse. (134.) In
 Lacedaemonios vero incubuit *Talthybii* ira, praeco-
 nis Agamemnonis. Est enim Spartaе Talthybii fa-
 num: et supersunt ibi posterii Talthybii, *Talthybia-*
dae nominati, quibus hoc privilegium datum est,
 ut omnia praeconum munera apud Spartanos exer-

πᾶσαι γέρας δέδονται. μετὰ δὲ ταῦτα, τοῖσι Σπαρ-
 τιῆτησι καλλιερῆται θυομένοισι οὐκ ἐδύνατο· τοῦτο δ'
 ἐπὶ χρόνον συχνὸν ἦν σφι. ἀχθόμενων δὲ καὶ συμφο-
 ρῇ χρωσμένων Λακεδαιμονίων, ἀλῆς τε πολλάκις συλ-
 λεγομένης, καὶ κήρυγμα τοιόνδε ποιευμένων, εἴ τις βού- 10
 λοιτο Λακεδαιμονίων πρὸ τῆς Σπάρτης ἀποθνήσκειν,
 Σπερθίης τε ὁ Ἀνηρίστου καὶ Βούλις ὁ Νικόλεω, ἄνδρες
 Σπαρτιῆται, Φύσει τε γεγονότες εὖ, καὶ χρήμασι ἀνή-
 κοντες ἐς τὰ πρῶτα, ἐβελονταὶ ὑπέδυσαν ποινὴν τῖσαι
 Ἐέρξῃ τῶν Δαρείου κηρύκων τῶν ἐν Σπάρτῃ ἀπολομένων. 15
 οὕτω Σπαρτιῆται τούτους, ὡς ἀποθανευμένους, ἐς Μή-
 135 δους ἀπέπεμψαν. Αὕτη τε ἡ τόλμα τούτέων τῶν ἀν-
 δρῶν θάματος ἀξίη, καὶ τὰδε πρὸς τούτοισι τὰ ἔπεα.
 πορευόμενοι γὰρ ἐς Σοῦσα, ἀπικνέονται παρὰ Ὑδάρνεα.
 ὁ δὲ Ὑδάρνης ἦν μὲν γένος Πέρσης, στρατηγὸς δὲ τῶν

ceant. Ab illo vero tempore Spartanis sacra facienti-
 bus non contigit perlitare: idque longum per tempus
 apud eos obtinuit. Quod quum dolerent Lacedaemo-
 nii, et in magna ponerent calamitate, concione po-
 puli saepius habita, et praeconio edito in hanc sen-
 tentiam, *si quis vellet Lacedaemoniorum pro Spar-
 ta mortem obire*; tum vero Sperthias Aneristi filius,
 et Bulis Nicolai, cives Spartani, egregio viri ingenio,
 [sive, nobili loco nati,] et opibus eminentes, ultro
 sese obtulerunt ad poenas Xerxi solvendas pro Darii
 praeconibus, Spartaee occisis. Ita hos Spartani, tam-
 quam subituros supplicium, in Medos miserunt.
 (135.) Estque et audacia ista horum virorum admi-
 ratione digna, et eorundem oratio, quae fuit huius-
 modi. Dum Susa proficiscuntur, veniunt ad Hydar-

5 παραβαλασσίων ἀνθρώπων τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ ὅς σφεας,
 ξείνια προσέμενος, εἰστία. Ξεινίζων δὲ, εἴρετο λέγων τά-
 δε· „ Ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι, τί δὴ Φεύγετε βασιλεῖ Ὀί-
 „λοι γενέσθαι; ὁρᾶτε γὰρ ὡς ἐπίσταται βασιλεὺς ἀν-
 „δρας ἀγαθοὺς τιμᾶν, ἐς ἐμέ τε καὶ τὰ ἐμὰ πρήγμα-
 10 „τα ἀποβλέποντες. οὕτω δὴ καὶ ὑμεῖς εἰ δοίητε ὑμέας
 „αὐτοὺς βασιλεῖ, δεδοξῶσθε γὰρ πρὸς αὐτοῦ ἀνδρες
 „εἶναι ἀγαθοὶ, ἕκαστος ἀν ὑμέων ἀρχοὶ γῆς Ἑλλάδος,
 „δόντος βασιλῆος.“ Πρὸς ταῦτα ὑπεκρίναντο τάδε·
 20 „ Ὑδαρνες, οὐκ ἐξ ἴσου γίνεται ἡ συμβουλίη ἢ ἐς ἡμέας
 15 „τείνουσα. τοῦ μὲν γὰρ πεπειρημένος συμβουλευεῖς, τοῦ
 „δὲ ἀπειρος ἑών. τὸ μὲν γὰρ δοῦλος εἶναι ἐξεπίστεται,
 „ἐλευθερίας δὲ οὐκ ἐπειρήθης, οὐτ' εἰ ἔστι γλυκὺ, οὐτ'
 „εἰ μῆ. εἰ γὰρ αὐτῆς πειρήσαιο, οὐκ ἀν δόρασι συμ-

nem. Is Hydarnes genere Persa erat, praefectus orae
 maritimae Asiae; qui eos ad hospitium vocatos, et
 liberaliter exceptos, his verbis interrogavit: *Viri
 Lacedaemonii, quid tandem respuitis amici esse
 Regis? Me et res meas respicientes, videtis quo
 pacto sciat Rex viros bonos honorare. Ita igitur
 vos quoque si Regi vos traderetis, quos ille viros
 bonos iudicat, unusquisque vestrum parti cuidam
 Graeciae imperaturus esset Regis beneficio. Ad
 haec illi responderunt: Hydarnes, non ex aequo
 proficiscitur hoc quod tu nobis das consilium.
 Nam id, quod tu expertus es, nobis consulis:
 alterum autem non es expertus. Servire quidem
 nosti; libertatis vero nondum cepisti experimen-
 tum, utrum dulcis sit, nec ne. Hanc enim si esses
 expertus, consuleres nobis, ut pro ea non hastis*

„βουλευοῖς ἡμῶν περὶ αὐτῆς μάχεσθαι, ἀλλὰ καὶ πε-
 136 „λέκεσι.“ Ταῦτα μὲν Ὑδάρνεα ἀμείψαντο. Ἐνθεῦ- 20
 τεν δὲ ὡς ἀνέβησαν εἰς Σοῦσα, καὶ βασιλεῖ εἰς ὄψιν
 ἦλθον, πρῶτα μὲν, τῶν δορυφόρων κελευόντων, καὶ
 ἀνάγκην σφί προσφερόντων προσκυνέειν βασιλῆα προσ-
 πίπτοντας, οὐκ ἔφασαν, ὠθεόμενοι πρὸς αὐτέων ἐπὶ κε- 5
 Φαλῆν, ποιήσειν ταῦτα οὐδαμὰ· οὔτε γὰρ σφί ἐν νόμῳ
 εἶναι ἀνθρώπων προσκυνέειν, οὔτε κατὰ ταῦτα ἤκειν. ὡς
 δὲ ἀπεμαχέσαντο τοῦτο, δευτέρᾳ σφί λέγουσι τάδε καὶ
 λόγου τοιοῦδε ἐχόμενα· „ὦ βασιλεῦ Μήδων, ἔπεμ-
 „ψαν ἡμέας Λακεδαιμόνιοι ἀντὶ τῶν ἐν Σπάρτῃ ἀπο- 10
 „λομένων κηρύκων, ποιῆν ἐκείνων τίσοντας.“ Λέγουσι
 δὲ αὐτοῖσι ταῦτα Ξέρξης ὑπὸ μεγαλοφροσύνης „οὐκ,
 „ἔφη, ὁμοῖος ἔσσεσθαι Λακεδαιμονίοισι· κείνους μὲν γὰρ
 „συγχέαι τὰ πάντων ἀνθρώπων νόμιμα, ἀποκτείναν-

modo pugnaremus, verum etiam securibus. Haec illi responderunt Hydarni. (136.) Inde ubi Susa adscenderunt, et in conspectum venerunt regis, primum quidem, iubentibus satellitibus et vim illis adferentibus ut in terram prostrati adorarent regem, neutiquam se, etiam si in caput ab illis detruerentur, id facturos aiebant; nec enim sui moris esse adorare hominem, nec eâ causâ venisse. Tum, postquam ne id facerent ita repugnarunt, deinde haec et his similia dixere; *Rex Medorum! Miserunt nos Lacedaemonii, ut pro praeconibus Spartae occisis poenam solvamus.* Quibus Xerxes, ut erat generoso animo, respondit, *Non se similem futurum Lacedaemoniis: illos enim, occidendo praecones, iura hominibus omnibus sancta vio-*

564, 76.

15 „τας κήρυκας· αὐτὸς δὲ, τὰ κείνοισι ἐπιπλήσσει, ταῦ-
 „τα οὐ ποιήσῃ, οὐδ' ἀνταποκτείνας ἐκείνους, ἀπολύ-
 „σειν Λακεδαιμονίους τῆς αἰτίας.“ Οὕτω ἡ Ταλθυ- 137
 βίου μῆνις, καὶ ταῦτα ποιησάντων Σπαρτιητέων, ἐπαύ-
 σατο τὸ παραυτίκα, καὶ περ ἀπονοστησάντων ἐς Σπάρ-
 την Σπερθιῶ τε καὶ Βούλιος. χρόνῳ δὲ μετέπειτα πολ-
 5 λῶ ἐπηγέρθη, κατὰ τὸν Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων
 πόλεμον, ὡς λέγουσι Λακεδαιμόνιοι. τοῦτό μοι ἐν τοῖσι
 θειότατον φαίνεται γενέσθαι. ὅτι μὲν γὰρ κατέσκηψε
 ἐς ἀγγέλους ἡ Ταλθυβίου μῆνις, οὐδὲ ἐπαύσατο πρὶν ἢ
 ἐξῆλθε, τὸ δίκαιον οὕτω ἔφερε· τὸ δὲ συμπεσεῖν ἐς τοὺς
 10 παῖδας τῶν ἀνδρῶν τουτέων τῶν ἀναβάντων πρὸς βασι-
 λῆα διὰ τὴν μῆνιν, ἐς Νικόλαν τε τὸν Βούλιος, καὶ ἐς
 Ἀνήριστον τὸν Σπερθιῶ, ὃς εἶλε αἰλίας τοὺς ἐκ Τίρυν-
 θος, ὀλκάδι καταπλώσας πλήρεϊ ἀνδρῶν· δῆλον ᾧ μοι

CXXXVII. 13. καταπλώσας πλήρεϊ ἀνδρῶν. *Corrigunt viri do-
 cti καταπλώσαντας πλήρεϊ Ἀνδρῶν.*

lasse; se vero, quod in illis damnet facinus, id non admissurum; neque illos vicissim interficiendo culpâ liberaturum Lacedaemonios. (137.) Ita, ratione istâ a Lacedaemoniis initâ, pacata in praesens tempus est Talthybii ira, licet Spartam redierint Sperthias et Bulis. At multo post tempore recruduit illa, ut aiunt Lacedaemonii, in bello Peloponnesiorum et Atheniensium. Quae res, si qua alia, utique divinitus accidisse mihi videtur. Nam, ut in legatos ingrueret Thalthybii ira, neque cessaret priusquam exitum esset nacta, id ius et fas ferebat: quod vero in filios ingruerit horum virorum qui pacandae eius caussa ad regem erant profecti, in Nicolaum Bulidis filium, et in Sperthiae filium Aneristum, qui pesca-

ὅτι θεῖον ἐγένετο τὸ πρῆγμα ἐκ τῆς μῆνιος. οἱ γὰρ, πεμφθέντες ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἄγγελοι εἰς τὴν Ἀσίην, 15
 προδοθέντες δὲ ὑπὸ Σιτάλκεω τοῦ Τήρεω, Θρηίκων βασιλῆος, καὶ Νυμφοδώρου τοῦ Πύθεω, ἀνδρὸς Ἀβδηρί-
 τεω, ἤλωσαν κατὰ Βισάνθην τὴν ἐν Ἑλλησπόντῳ, καὶ ἀπαχθέντες εἰς τὴν Ἀττικὴν, ἀπέθανον ὑπὸ Ἀθηναίων
 μετὰ δὲ αὐτέων καὶ Ἀριστεάσ ὁ Ἀδειμάντου, Κορίν- 20
 θιος ἀνὴρ. ταῦτα μὲν νυν πολλοῖσι ἔτεσι ὕστερον ἐγένε-
 το τοῦ βασιλέος στόλου.

138 ἘΠΑΝΕΙΜΙ δὲ ἐπὶ τὸν πρότερον λόγον. Ἡ δὲ
 στρατηλασίη ἢ βασιλέος οὐνομα μὲν εἶχε ὡς ἐπ' Ἀθή-
 νας ἐλαύνει, κατίετο δὲ εἰς πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα. πυνθα-
 νόμενοι δὲ ταῦτα πρὸ πολλοῦ οἱ Ἕλληνες, οὐκ ἐν ὁμοίῳ
 πάντες ἐποιεῦντο. οἱ μὲν γὰρ αὐτέων, δόντες γῆν τε 5

tores Tirynthios cepit, navi oneraria navigans viris repleto; id igitur ex divini numinis ira accidisse plane mihi fit manestum. Hi enim, quum a Lacedaemoniis legati missi essent in Asiam, proditi a Sitalee Terei filio, Thracum rege, et Nymphodoro Pythaeae filio Abderita, intercepti sunt prope Bisanthen ad Hellepontum; et in Atticam abducti, interfecti sunt ab Atheniensibus, cum eisque Aristeeas Adimanti filius, Corinthius. Sed hoc quidem multis annis post hanc regis accidit expeditionem.

(138.) SED ad superiorem revertor narrationem. Regis haec expeditio titulum quidem habebat tamquam adversus Athenas tendens, sed contra universam dirigebatur Graeciam. Qua re multo ante cognita, non eodem modo Graeci omnes erant adfecti. Quippe eorum alii, quum terram et aquam Persae

καὶ ὕδωρ τῷ Πέρσῃ, εἶχον θάρσος ὡς οὐδὲν πεισόμενοι
 ἀχαρι πρὸς τοῦ βαρβάρου· οἱ δὲ, οὐ δόντες, ἐν δείματι
 μεγάλῳ κατέστασαν, ἅτε οὔτε νεῶν ἐυσσέων ἐν τῇ Ἑλ-
 λάδι ἀριθμὸν ἀξιομάχων δέκεσθαι τὸν ἐπιόντα, οὔτε
 10 βουλομένων τῶν πολλῶν ἀντάπτεσθαι τοῦ πολέμου, μη-
 διζόντων δὲ προθύμως. Ἐνθαῦτα ἀναγκαίῃ ἐξέρογομαι 139
 γνώμην ἀποδέξασθαι, ἐπίϑηνον μὲν πρὸς τῶν πλεόνων
 ἀνθρώπων, ὅμως δὲ, τῇ γ' ἐμοὶ φαίνεται εἶναι ἀληθές.
 οὐκ ἐπισχῆσω. Εἰ Ἀθηναῖοι, καταρρώδησαντες τὸν ἐπιόν-
 5 τα κίνδυνον, ἐξέλιπον τὴν σφετέρην, ἢ καὶ μὴ ἐκλιπόν-
 τες, ἀλλὰ μείναντες, ἔδωσαν σφέας αὐτοὺς Ξέρξῃ, κα-
 τὰ τὴν θάλασσαν οὐδαμοὶ ἀν' ἐπειρῶντο ἀντιεύμενοι βα-
 σιλείϊ. εἰ τοίνυν κατὰ τὴν θάλασσαν μηδεὶς ἠντιοῦτο Ξέρ-
 ξῃ, κατὰ γε ἀν' τὴν ἥπειρον τοιαύδε ἐγίνετο. εἰ καὶ πολ-
 10 λοὶ τειχέων κιβῶνες ἦσαν ἐληλαμένοι διὰ τοῦ Ἴσθμοῦ

dedissent, confidebant nihil mali a barbaro sibi illa-
 tum iri: alii vero, qui non dederant, ingenti metu
 tenebantur; quum nec navium idoneus numerus es-
 set in Graecia, quibus excipere invadentem hostem
 possent, et multitudo arma capere nollet, sed haud
 eunctanter faveret Medis. (139.) Atque hoc loco
 necessitas me cogit, ut sententiam dicam, invidiosam
 quidem illam apud plerosque homines: nec tamen
 me retinebo, quin id quod manifeste verum mihi
 videtur, pronunciem. Si *Athenienses* imminentis
 periculi metu terrâ suâ excessissent, aut si manentes
 tradidissent se *Xerxi*, Graecorum nulli periculum
 facturi erant mari occurrendi regi. Quod si ergo
 mari nemo restitisset *Xerxi*, in continenti utique ita
 se res erat habitura. Quantumvis multae murorum

Πελοποννησίοισι, προδοθέντες ἀν Λακεδαιμόνιοι ὑπὸ τῶν
 συμμάχων (οὐκ ἐκόντων, ἀλλ' ὑπ' ἀναγκαίης, κατὰ
 πόλιν ἀλισκομένων ὑπὸ τοῦ ναυτικοῦ στρατοῦ τοῦ βαρ-
 βάρου) ἐμουνώθησαν· μουνωθέντες δὲ ἀν, καὶ ἀποδεξά-
 μενοι ἔργα μεγάλα, ἀπέθανον γενναίως. ἢ ταῦτα ἀν 15
 ἔπαθον ἢ πρὸ τοῦ, ὀρέωντες ἀν καὶ τοὺς ἄλλους Ἑλλη-
 νας μηδίζοντας, ὁμολογίῃ ἀν ἐχώρισαντο πρὸς Ξέρξεα·
 καὶ οὕτω ἀν, ἐπ' ἀμφοτέρα, ἢ Ἑλλὰς ἐγένετο ὑπὸ Πέρ-
 σης. τὴν γὰρ ὠφελίην τὴν τῶν τειχέων τῶν διὰ τοῦ
 Ἴσθμοῦ ἐληλαμένων οὐ δύναμαι πυθέσθαι ἥτις ἀν ἦν, 20
 βασιλέος ἐπικρατέοντος τῆς θαλάσσης. Νῦν δέ, Ἀθη-
 ναίους ἀν τις λέγων σωτῆρας γενέσθαι τῆς Ἑλλάδος,
 οὐκ ἀν ἀμαρτάνοι τὸ ἀληθές. οὔτοι γὰρ ἐπὶ ὀκότερα τῶν

CXXXIX. 23. τὸ ἀληθές. τἀληθές corrigunt viri docti.

loricae per Isthmum fuissent a Peloponnesiis erectae,
 deserti *Lacedaemonii* a sociis (non illis quidem vo-
 lentibus, sed necessitate coactis, quippe quorum ci-
 vitates singulatim ab hostium classe fuissent expugna-
 tae) soli fuissent relictī: soli autem relictī, fortibus
 editis facinoribus, genereose erant occubituri. Aut
 hoc fato erant functuri: aut, priusquam illud forent
 experti, quum vidissent reliquos Graecos cum Medis
 sentire, ipsi quoque deditionem erant facturi: atque
 ita, utrumlibet accidisset, Graecia in potestate erat
 futura Persarum. Nam murorum illorum per Isth-
 mum ductorum quaenam futura fuisset utilitas, ex-
 putare equidem non possum, quando rex maris te-
 nuisset imperium. Nunc si quis dicat, *Athenien-
 ses sospitatores fuisse Graeciae*, non aberraverit a
 vero: etenim, utram rationem rerum gerendarum

πρηγμάτων ἐτράποντο, ταῦτα ρέψειν ἔμελλε. ἐλόμενοι
 25 δὲ τὴν Ἑλλάδα περιεῖναι ἐλευθέρην, τοῦτο τὸ Ἑλληνι-
 κὸν πᾶν τὸ λοιπὸν, ὅσον μὴ ἐμήδισε, αὐτοὶ οὗτοι ἔσαν
 οἱ ἐπεγείραντες, καὶ βασιλῆα μετὰ γε θεοὺς ἀνωσά-
 μενοι. οὐδέ σφεας χρηστήρια φοβερά, ἐλθόντα ἐκ Δελ-
 Φῶν, καὶ ἐς δεῖμα βαλόντα, ἔπεισε ἐκλιπεῖν τὴν Ἑλ-
 30 λάδα· ἀλλὰ καταμείναντες, ἀνέσχοντο τὸν ἐπίοντα ἐπὶ
 τὴν χώραν δέξασθαι.

Πέμπαντες γὰρ οἱ Ἀθηναῖοι ἐς Δελφοὺς θεοπρόπους, 140
 χρηστηριάξασθαι ἔσαν ἐτοῖμοι. καὶ σφι ποιήσασι περὶ τὸ
 ἱερὸν τὰ νομιζόμενα, ὡς ἐς τὸ μέγαρον ἐσελθόντες ἴζον-
 το, χρᾶ ἢ Πυθίῃ, τῇ οὐνομα ἦν Ἀριστονίκη, τάδε·
 5 ὦ μέλεισι, τί κάθησθε; λιπῶν, Φεῦγ' ἔσχατα γαίης,

CXXXIX. 25. τοῦτο. οὕτω malebam cum Valck.

illi sequerentur, ea ratio praeponderatura erat. Ita-
 que, quum hoc sint secuti ut libera maneret Graecia,
 hi soli sunt, qui, quidquid Graeci generis reliquum
 erat quod cum Medis non sentiret, id excitarunt,
 quique, secundum deos utique, regem repulerunt.
 Neque eos oracula terribilia Delphis advenientia,
 ingentemque incutientia metum, movere potuerunt
 ut Graeciam desererent: sed permanentes sustinue-
 runt invadentem fines suos hostem.

(140.) Missis enim Delphos legatis consulere ora-
 culum Athenienses voluerant. Qui legati postquam,
 peractis circa templum legitimis caerimoniis, aedem
 essent ingressi consedisentque, hoc eis Pythia, cui
 nomen erat Aristonica, oraculum ediderat:

*O miseri! quid sedetis? fugite ad extrema ter-
 rarum,*

δάματα καὶ πόλιος τροχοειδέος ἄκρα κάρηνα.

Οὔτε γὰρ ἡ κεφαλὴ μένει ἔμπεδον, οὔτε τὸ σῶμα,
οὔτε πόδες νέατοι, οὔτ' ἂν χεῖρες, οὔτε τι μέσσης
λείπεται, ἀλλ' ἄζηλα πέλει. Κατὰ γὰρ μιν ἐρείπει
πῦρ τε καὶ ὄζυς Ἄρης, Συριηγενὲς ἄρμα διώκων. 10

πολλὰ δὲ καὶ ἄλλ' ἀπολεῖ πυργώματα, καὶ τὸ σὸν οἶον
πολλοὺς δ' ἀθανάτων νηοὺς μαλερῶ πυρὶ δώσει,
οἱ που ἰδρῶτι ρεούμενοι ἐστήκασι,

δείματι παλλόμενοι· κατὰ δ' ἀκροτάτοις ὀρόφοισι
αἷμα μέλαν κέχυται, προῖδὸν κακότητος ἀνάγκας. 15

Ἄλλ' ἴτον ἐξ ἀδύτοιο, κακοῖς δ' ἐπικίδνατε θυμόν.

141 Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ τῶν Ἀθηναίων Θεοπρόποι, συμ-

relictis aedibus et summis collibus in-orbem-con-
ditae urbis!

Nec enim caput firmum manebit, nec corpus,
nec extremi pedes, neque manus, nec de media
quidquam

supererit, sed misere adflicta erit. Disturbabit
enim illam

et ignis, et acer Mavors, Syriacum agens currum.
Multaque etiam alia munita perdet loca, non
modo tuum:

multaque Immortalium templa rabido dabit igni,
quae iam nunc passim stant sudore defluentia,
metuque trementia: et de summis tectis
sanguis ater defluit, inevitabilium praenuncius
malorum.

Sed excedite hoc penetrati, et animi robur op-
ponite malis.

(141.) His auditis, Atheniensium legati gravissimo

567, 68.

Φορῇ τῇ μεγίστῃ ἐχρέωντο. προβάλλουσι δὲ σφέας αὐ-
 τοὺς ὑπὸ τοῦ κακοῦ τοῦ κεχρησμένου, Τίμων ὁ Ἄνδρο-
 βούλου, τῶν Δελφῶν ἀγῆρ δόκιμος ὁμοῖα τῶ μάλιστα,
 5 συνεβούλευέ σοι ἱκετηρίην λαβοῦσι, δεύτερα αὐτίς ἐλ-
 θόντας χρᾶσθαι τῶ χρηστηρίῳ ὡς ἰκέτας. πειθόμενοισι
 δὲ ταῦτα τοῖσι Ἀθηναίοισι, καὶ λέγουσι „ὦναξ, χρῆ-
 „σον ἡμῖν ἄμεινόν τι περὶ τῆς πατρίδος, αἰδεσθεῖς τὰς
 „ἱκετηρίας τάσδε τὰς τοι ἤκομεν Φέροντες· ἢ οὐ τοι ἀπι-
 10 „μεν ἐκ τοῦ αἰδύτου, ἀλλ' αὐτοῦ τῆδε μενέομεν, ἐστ'
 „ἂν καὶ τελευτήσωμεν.“ ταῦτα δὲ λέγουσι ἢ πρόμαν-
 τισ χρᾶ· δεύτερα τάδε·

Οὐ δύναται Παλλὰς Δι' Ὀλύμπιον ἐξιλάσασθαι,
 λισσομένη πολλοῖσι λόγοις καὶ μήτιδι πυκνῇ.

15 Σοὶ δὲ τόδ' αὐτίς ἔπος ἐρέω, ἀδάμαντι πελάσσας·

CXLI. 15. πελάσσας. Fors. πιδήσας.

luctu erat adfecti. Qui quum ob nunciatam calami-
 tatem prorsus abiectissent animum, Timon Androbuli
 filius, civis Delphensis, spectatus in primis inter suos,
 consuluit eis, ut sumto oleae ramo iterum intrarent,
 et supplicum habitu denuo peterent oraculum. Cui
 quum illi obsecuti essent, dixissentque: *O rex Apol-
 lo! melius nobis oraculum de patria ede, hos sup-
 plicum ramos respiciens, quos tibi ferimus: aut
 ex hoc penetrali non discedimus, sed hic mane-
 bimus usque dum vitâ excedamus: haec ubi dixe-
 runt, alterum illis oraculum Pythia edidit huius-
 modi:*

*Non potest Pallas Iovem Olympium flectere,
 multis illum verbis precata prudentique consilio.
 Tibi vero hoc rursus verbum edico, adamantis
 instar firmum:*

Τῶν ἄλλων γὰρ ἀλισκομένων, ὅσα Κέκροπος οὖρος
 ἐντὸς ἔχει, κευθμῶν τε Κιβαιρῶνος ζαθέσιο,
 τείχος Τριτογενεῖ ξύλινον διδοῖ εὐρύσπα Ζεὺς
 μοῦνον ἀπέρθητον τελέθειν, τὸ σὲ τέκνα τ' ὀνήσει.

Μηδὲ σὺ γ' ἵπποσύνην τε μένειν καὶ πεζὸν ἰόντα 20
 πολλὸν ἀπ' ἠπείρου στρατὸν ἥσυχος, ἀλλ' ὑποχωρεῖν
 νῶτον ἐπιστρέψας. ἔτι τοι κοτὲ κἀντίος ἔσση.

ὦ Φεΐη Σαλαμίς· ἀπολεῖς δὲ σὺ τέκνα γυναικῶν,
 ἢ που σκιδναμένης Δημήτερος, ἢ συνιούσης.

142 Ταῦτά σφι, ἠπιώτερα γὰρ τῶν προτέρων καὶ ἦν καὶ
 εἶδοκεε εἶναι, συγγραψάμενοι, ἀπαλλάσσοντο εἰς τὰς
 Ἀθήνας. ὡς δὲ ἀπελθόντες οἱ Θεοπρόποι ἀπήγγελλον εἰς

*Quando alia omnia capientur, quae intra Cecropis fines
 et sacri Cithaeronis latebras sunt comprehensa;
 Tritoniae hoc dat late-cernens Iupiter, ut ligneus murus
 solus inexpugnabilis sit, qui te tuosque liberos servet.*

*Neque tu equitum peditumque ingentem exercitum
 tranquillus mane, a continente invadentem; sed
 recipe te,
 terga vertens. Erit tempus, quum tu etiam contra stabis.*

*O divina Salamis! perdes tu filios mulierum,
 sive passim disseminata Cerere, sive collecta.*

(142.) Quae quum mitiora ipsis essent esseque viderentur quam prius editum oraculum, scripto haec consignarunt, et redierunt Athenas. Id ipsum vero

568, 1.

τὸν δῆμον, γνῶμαι καὶ ἄλλαι πολλαὶ ἐγίνοντο διζη-
 5 μένων τὸ μαντήϊον, καὶ αἶδε συνεστηκυῖαι μάλιστα. τῶν
 πρεσβυτέρων ἔλεγον μετεξέτεροι, δοκέειν σφί τὸν θεὸν
 τὴν ἀκρόπολιν χρῆσαι περιέσεσθαι. ἡ γὰρ ἀκρόπολις τὸ
 πάλαι τῶν Ἀθηνέων ῥηχῶ ἐπέφρακτο· οἱ μὲν δὲ κατὰ
 τὸν Φραγμαὸν συνεβάλλοντο τοῦτο τὸ ξύλινον τεῖχος εἶναι.
 10 οἱ δ' αὖ ἔλεγον, τὰς νέας σημαίνειν τὸν θεόν, καὶ ταῦ-
 τας παραρτέεσθαι ἐκέλευον, τὰ ἄλλα ἀπέντας. τοὺς ὦν
 δὲ τὰς νέας λέγοντας εἶναι τὸ ξύλινον τεῖχος, ἔσφαλλε
 τὰ δύο τὰ τελευταῖα ῥηθέντα ὑπὸ τῆς Πυθίης·

ᾧ θεῖν Σαλαμίς· ἀπολέεις δὲ σὺ τέκνα γυναικῶν,
 15 ἢ που σκιδναμένης Δημήτερος, ἢ συνιούσης.
 κατὰ ταῦτα τὰ ἔπεα συνεχέοντο αἰ γνῶμαι τῶν Φαμέ-

responsum postquam reversi legati ad populum re-
 tulere, et aliae multae dicebantur sententiae ab his
 qui in mentem oraculi inquirebant, et hae duae ma-
 xime inter se conflictantes. Dicebant seniorum non-
 nulli, videri deum significare *superfuturam esse ar-*
cem. Erat enim olim arx Athenarum septo munita:
 hi igitur, id septum cogitantes, hunc esse *lignum*
illum murum coniectabantur. Alii contra, *naves*,
 aiebant, *a deo significari*; hasque parandas esse,
 atque instruendas omissis aliis rebus omnibus, con-
 tendebant. Hi vero ipsi, qui *naves esse* dicebant *lig-*
neum murum, in duobus postremis Pythiae versibus
 illis haesitabant:

*O divina Salamis! perdes tu filios mulierum,
 sive passim disseminatâ Cerere, sive collectâ.*

Quae ob verba conturbabantur animi eorum qui *na-*
ves interpretabantur *lignum murum*. Nam inter-

νων τὰς νέας τὸ ξύλινον τείχος εἶναι. οἱ γὰρ χρησμο-
λόγοι ταύτη ταῦτα ἐλάμβανον, ὡς ἀμφὶ Σαλαμίνα
δεῖ σφέας ἐσσωθῆναι, ναυμαχίην παρασκευασαμένους.

143 Ἦν δὲ τῶν τις Ἀθηναίων ἀνὴρ ἐς πρώτους νεωστὶ παριῶν,
τῷ ὄνομα μὲν ἦν Θεμιστοκλῆς, παῖς δὲ Νεοκλέος
ἐκαλέετο. οὗτος ὠνὴρ οὐκ ἔφη πᾶν ὀρθῶς τοὺς χρησμο-
λόγους συμβάλλεσθαι, λέγων τοιαύδε· „Εἰ ἐς Ἀθη-
„ναίους εἶχε τὸ ἔπος εἰρημένον ἐόντως, οὐκ ἂν οὕτω μιν 5
„δοκέειν ἠπίως χρησθῆναι, ἀλλὰ ὧδε, ὦ σχετλίη
„Σαλαμῖς, ἀντὶ τοῦ ὦ φεῖη Σαλαμῖς· εἴπερ
„γε ἔμελλον οἱ οἰκήτορες ἀμφ’ αὐτῇ τελευτήσῃ. ἀλ-
„λὰ γὰρ ἐς τοὺς πολεμίους τῷ θεῷ εἰρηῆσθαι τὸ χρη-
„στήριον, συλλαμβάνοντι κατὰ τὸ ὀρθόν, ἀλλ’ οὐκ ἐς 10
„Ἀθηναίους.“ παρασκευάζεσθαι ὧν αὐτοὺς ὡς ναυμα-

CXLIII. 5. ἐόντως. ἐόντως corrigunt viri docti.

pretes oraculi in hanc sententiam verba haec acci-
piebant, quasi ad Salaminem essent cladem accep-
turi, si ad navalem pugnam sese comparassent.
(143.) Erat autem Athenis vir quidem, nuper inter
primarios cives locum consecutus, cui erat nomen
Themistocles, vulgo vero *Neoclis filius* adpella-
batur. Hic vir, negans recte ista accipi ab oraculorum
interpretibus, in hanc sententiam disseruit. *Si ad
Athenienses spectaret istud dictum, non adeo mihi
verbo usurum fuisse, ait, deum, sed O misera
Salamis dicturum fuisse, non O divina Sala-
mis; si quidem circa eam perituri essent incolae.
Sed enim in hostes valere dei responsum, si quis
illud recte intelligat, non in Athenienses. Itaque
suasit civibus, ut ad navalem pugnam sese compa-*

χρήσοντας συνεβούλευε, ὡς τούτου ἔόντος τοῦ ξυλίνου τεί-
 χεος. Ταύτη Θεμιστοκλῆς ἀποφαινομένου, Ἀθηναῖοι
 ταῦτά σφι ἐγνώσαν αἰρετώτερα εἶναι μᾶλλον ἢ τὰ τῶν
 15 χρησμολόγων· οἱ οὐκ ἔων ναυμαχίην ἀρτέεσθαι, τὸ δὲ
 σύμπαν εἶναι, οὐδὲ χεῖρας ἀνταεῖρεσθαι, ἀλλὰ ἐκλι-
 πόντας χώραν τὴν Ἀττικὴν, ἄλλην τινὰ οἰκίζεω. Ἐτέρῃ 144
 τε Θεμιστοκλεῖ γνώμη ἐμπροσθε ταύτης ἐς καιρὸν ἠρί-
 στευσε. ὅτε Ἀθηναίοισι γενομένων χρημάτων μεγάλων
 ἐν τῷ κοινῷ, τὰ ἐκ τῶν μετάλλων σφι προσῆλθε τῶν
 5 ἀπὸ Λαυρείου, ἐμελλον λάξεσθαι ὀρχηδὸν ἕκαστος δέ-
 κα δραχμάς· τότε Θεμιστοκλῆς ἀνέγνωσε Ἀθηναίους,
 τῆς διαιρέσεως ταύτης παυσαμένους, νέας τρυτέων τῶν
 χρημάτων ποιήσασθαι δικασίας, ἐς τὸν πόλεμον τὸν

rarent, hunc enim esse ligneum murum. Hanc in
 partem quum sententiam Themistocles dixisset, cen-
 suerunt Athenienses potiolem esse hanc rationem,
 quam illam quae erat ab oraculorum interpretibus
 proposita: qui, adparatum navalis pugnae dissuaden-
 tes, summam rei in eo verti contendebant, ut ne
 manus quidem contra invadentes hostes tollerent, sed,
 relicta prorsus Atticâ, in alia terra novas sedes quae-
 rerent. (144.) Alia vero etiam ante hanc eiusdem *The-*
mistoclis sententia opportune vicerat. Quum ingen-
 tes fuissent in Atheniensium aerario pecuniae, quae
 ex metallis a Lauro redierant, in eoque res esset, ut
 ea pecunia viritim civibus divideretur, et unusquis-
 que decem acciperet drachmas; tunc Themistocles
 persuaserat civibus, ut, omissâ illâ distributione,
 naves ex hac pecuniâ ducentas aedificarent ad bel-
 lum, ut aiebat, cum Aeginetis. Hoc enim bellum,
Herod. T. III. P. I. T

πρὸς Αἰγινήτας λέγων. οὗτος γὰρ ὁ πόλεμος συσταὸς, ἔσωσε τότε τὴν Ἑλλάδα, ἀναγκάσας θαλασσίους γε- 10 νέσθαι Ἀθηναίους. αἱ δὲ, ἐς τὸ μὲν ἐποιήθησαν, οὐκ ἐχρήσθησαν· ἐς δέον δὲ οὕτω τῇ Ἑλλάδι ἐγένοντο. Αὐταὶ τε δὴ αἱ νέες τοῖσι Ἀθηναίοισι προποιεῖσθαι ὑπῆρχον, ἐτέρας τε ἔδεε προσναυπηγέεσθαι. ἔδοξε τε σφι, μετὰ τὸ χρηστήριον βουλευομένοισι, ἐπίοντα ἐπὶ τὴν Ἑλ- 15 λάδα τὸν βάρβαρον δέκεσθαι τῆσι νηυσὶ πανδημεὶ, τῶ θεῷ πειθομένους, ἅμα Ἑλλήνων τοῖσι βουλομένοισι. τὰ μὲν δὴ χρηστήρια ταῦτα τοῖσι Ἀθηναίοισι ἐγεγόνεε.

145 Συλλεγομένων δὲ ἐς ταῦτὸ τῶν περὶ τὴν Ἑλλάδα Ἑλλήνων τῶν τὰ ἀμείνω Φρονούντων, καὶ διδόντων σφίσι λόγον καὶ πίστιν, ἐνθαῦτα ἐδόκει βουλευομένοισι αὐτοῖσι, πρῶτον μὲν χρημάτων πάντων καταλλάσσεσθαι

tunc conflatum, Graeciae fuit saluti, eo quod Athenienses mari dare operam coëgit. Sed naves hae, ad quem comparatae fuerant usum, in eum quidem non sunt adhibitae: at ita tamen opportuno tempore in promptu fuere Graeciae. Has igitur naves, ante comparatas, tunc habuere Athenienses; praeterque eas aliae erant aedificandae. Et post acceptum oraculi responsum habita deliberatione decreverunt, deo obsequentes cum omnibus copiis naves conscendere, et mari, unà cum eis ex Graecis qui ita vellent, excipere Barbarum Graeciam invadentem. Ista igitur, quae dixi, oracula Atheniensibus evenerant.

(145.) Postquam vero in unum locum convenere quicumque ex Graecis Graeciam incolentibus meliora sentiebant, ibi tum collatis inter se sermonibus, fideque data, de communi consilio placuit, primum re-

570, 59.

5 τὰς τε ἔχθρας καὶ τοὺς κατ' ἀλλήλους ἔοντας πολέ-
 μους. ἔσαν δὲ πρὸς τινὰς καὶ ἄλλους ἐγκεχρημένοι· ὁ
 δὲ ὢν μέγιστος, Ἀθηναίοισι τε καὶ Αἰγινήτησι. μετὰ
 δὲ, πυνθανόμενοι Ξέρξεα σὺν τῷ στρατῷ εἶναι ἐν Σάρ-
 10 τῶν βασιλέος πρηγμάτων· ἐς Ἄργος τε ἀγγέλους,
 ὁμαιχμίην συνθησομένους πρὸς τὸν Πέρσην, καὶ ἐς Σι-
 κελίην ἄλλους πέμπειν παρὰ Γέλωνα τὸν Δεινομένεος,
 ἐς τὴν Κέρκυραν, κελεύοντάς βοηθεῖν τῇ Ἑλλάδι, καὶ
 ἐς Κρήτην ἄλλους· φρονήσαντες εἰ καὶ ἐν τε γένοιτο τὸ
 15 Ἑλληνικὸν, καὶ εἰ συγκύψαντες ταῦτ' ἡρήσοιεν πάν-
 τες, ὡς δειῶν ἐπιόντων ὁμοίως πᾶσι Ἑλλησι. τὰ δὲ
 Γέλωνος πρήγματα μεγάλα ἐλέγετο εἶναι, οὐδαμῶν
 Ἑλληνικῶν τῶν οὐ πολλὸν μέζω. Ὡς δὲ ταῦτά σφι 146

rum omnium componere inimicitias et mutua bella,
 quae inter ipsos obtinerent. Erant autem et inter alios
 conserta bella; maximum vero inter Athenienses et
 Aeginetas. Deinde vero, quum rescivissent Sardibus
 cum exercitu esse Xerxem, placuit speculatores mit-
 tere in Asiam, qui res regis explorarent; tum et Ar-
 gos mittere legatos, societatem adversus Persas con-
 ciliaturos; item alios in Siciliam mittere ad Gelonem
 Dinomenis filium, et in Corcyram, qui auxilia Grae-
 cis mittenda postularent; denique alios in Cretam:
 hoc consilio, ut, si fieri posset, in unum coalesceret
 Graecum omne genus, cunctique concordēs iunctis
 agerent viribus; quippe cunctis pariter Graecis immi-
 nente periculo. Dicebantur autem permagnae esse
 res Gelonis, multo ampliores quam ullius populi
 Graeci. (146.) His ita decretis, depositis inimiciis,

ἔδοξε, καταλυσάμενοι τὰς ἑχθρας, πρῶτα μὲν κατα-
 σκόπους πέμπουσι ἐς τὴν Ἀσίην ἄνδρας τρεῖς. οἱ δὲ, ἀπι-
 κόμενοί τε ἐς Σάρδις, καὶ καταμαθόντες τὴν βασιλέως
 στρατιήν, ὡς ἐπαίστοι ἐγένοντο, βασανισθέντες ὑπὸ τῶν 5
 στρατηγῶν τοῦ πεζοῦ στρατοῦ, ἀπήγοντο ὡς ἀπολεύ-
 μενοι. καὶ τοῖσι μὲν κατακέκριτο θάνατος. Ξέρξης δὲ
 ὡς ἐπύθετο ταῦτα, μεμφθεὶς τῶν στρατηγῶν τὴν γνώ-
 μιν, πέμπει τῶν τινας δορυφόρων, ἐντειλάμενος, ἣν κα-
 ταλάβωσι τοὺς κατασκόπους ζῶντας, ἄγειν παρ' ἑω- 10
 τόν. ὡς δὲ ἐτι περιέοντας αὐτοὺς κατέλαβον, καὶ ἦγον
 ἐς ὄψιν τὴν βασιλέως· τὸ ἐνθεῦτεν, πυθόμενος ἐπ' οἷσι
 ἦλθον, ἐκέλευέ σφεας τοὺς δορυφόρους περιάγοντας
 ἐπιδείκνυσθαι πάντα τε τὸν πεζὸν στρατὸν καὶ τὴν ἵπ-
 πον· ἔπειτ' ἀνὰ ταῦτα θηούμενοι ἕωςι πλήρεις, ἀπο- 15
 147 πέμπειν ἐς τὴν ἀν' αὐτοὶ ἐβέλωσι χώραν ἰσωνείας. Ἐπι-

primum speculatores mittunt in Asiam, tres viros. Qui postquam Sardes venerunt, exercitumque explorarunt regis, deprehensi a ducibus copiarum pedestrium, tortique, abducebantur supplicio adficiendi: capitis enim erant damnati. Quod ubi Xerxes rescivit, improbatâ ducum sententiâ, satellitum nonnullos misit iussos ad se adducere speculatores, si vivos etiam nunc nacti essent. Qui quum illos susperstites invenissent, et in conspectum produxissent regis; tum vero rex, postquam ex eis quaesivit quâ causâ venissent, imperavit satellitibus, ut circumducerent homines, pedestremque omnem exercitum et equitatum illis ostenderent, spectaculoque satiatos, in quamcumque vellent regionem dimitterent incolumes. (147.) Ista imperans rex, hanc rationem adiecit, ut di-

571, 90.

λέγων δὲ τὸν λόγον τόνδε, ταῦτα ἐνετέλλετο, ὡς „εἰ
 μὲν ἀπώλοντο οἱ κατάσκοποι, οὔτε ἂν τὰ ἑαυτοῦ πρή-
 γματα προεπύθοντο οἱ Ἕλληνες, ἔντα λόγου μέζω·
 5 οὔτ' ἂν τι τοὺς πολεμίους μέγα ἐσινέατο, ἀνδρας τρεῖς
 ἀπολέσαντες· νοστησάντων δὲ ταυτέων ἐς τὴν Ἑλλάδα,
 δοκέειν, ἔφη, ἀκούσαντας τοὺς Ἕλληνας τὰ ἑαυτοῦ
 πρήγματα, πρὸ τοῦ στόλου τοῦ γινομένου παραδώσειν
 σφέας τὴν ἰδίην ἐλευθερίην, καὶ οὕτω οὐδὲ δεήσειν ἐπ' αὐ-
 10 τοὺς στρατηλατέοντας πρήγματα ἔχειν.“ Οἷκε δὲ αὐτοῦ
 αὕτη ἢ γνώμη τῇ γε ἄλλῃ. ἐὼν γὰρ ἐν Ἀβύδῳ ὁ Ξέρ-
 ξης, εἶδε πλοῖα ἐκ τοῦ Πόντου σιταγωγὰ διεκπλώνοντα
 τὸν Ἑλλήσποντον, ἐς τε Αἴγιαν καὶ Πελοπόννησον κο-
 μιζόμενα. οἱ μὲν δὴ πάρεδροι αὐτοῦ, ὡς ἐπύθοντο πολέ-
 15 μια εἶναι τὰ πλοῖα, ἐτοῖμοι ἔσαν αἰρέειν αὐτὰ, ἐσβλέ-

*ceret, si periissent speculatores, nec praescituros
 fuisse Graecos quanto regis copiae sint famâ am-
 pliores, nec ipsos magnum incommodum hostibus
 fuisse adlaturos tribus occisis viris: qui si in
 Graeciam redierint, videri Graecos, cognitis Per-
 sarum rebus, ante susceptam hanc expeditionem
 libertatem suam tradituros; atque ita ne opus
 quidem Persis fore, ut ducendi adversus illos exer-
 citus molestiam sustineant! Similis ista regis sen-
 tentia fuit alteri huic. Quum Abydi Xerxes versaretur,
 conspicatus est naves frumentarias ex Ponto per
 Hellespontum navigantes, et Aeginam atque Pelopon-
 nesum petentes. Consiliarii igitur qui adsidebant ei,
 ut cognoverunt hostiles esse naves, capere illas erant
 parati, respicientes nutum regis, quando ille impe-
 rium esset daturus. Xerxes vero ex illis quaesivit,*

ποντες ἐς τὸν βασιλῆα, ὁκότε παραγγελέει. ὁ δὲ Ξέρξης εἶρετο αὐτοὺς, ὅκη πλέοιεν· οἱ δὲ εἶπαν· „Ἐς τοὺς „σοὺς πολεμίους, ᾧ δέσποτα, σίτον ἄγοντες.“ ὁ δὲ ὑπολαβὼν ἔφη· „Οὐκῶν καὶ ἡμεῖς ἐκεῖ πλέομεν, ἔνθα περ „καὶ οὔτοι, τοῖσί τε ἄλλοισι ἐξηρτυμένοι καὶ σίτω. τί 20 „δῆτα ἀδικέουσι οὔτοι, ἡμῖν σιτία παρακομίζοντες;“ Οἱ μὲν νυν κατὰ σκοποὶ, οὕτω θεσπόμενοι τε καὶ ἀποπεμφθέντες, ἐνόστησαν ἐς τὴν Εὐρώπην.

148 Οἱ ΔΕ συναμύονται Ἑλλήνων ἐπὶ τῷ Πέρσῃ, μετὰ τὴν ἀπόπεμψιν τῶν κατασκοπῶν, δευτέρα ἐπεμπον ἐς Ἄργος ἀγγέλους. Ἀργεῖοι δὲ λέγουσι τὰ κατ' ἐωυτοὺς γενέσθαι ᾧδε. πυθέσθαι γὰρ αὐτίκα κατ' ἀρχαῖς τὰ ἐν τοῦ βαρβάρου ἐγειρόμενα ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. πυθόμενοι 5 δὲ, καὶ μαθόντες ὡς σφεας οἱ Ἕλληνες πειρήσονται παραλαμβάνοντες ἐπὶ τὸν Πέρσῃν, πέμψαι θεοπρόπους

quorsum hi navigarent. Qui ut dixere, Ad tuos hostes, Domine; frumentum eis advehentes: respondit ille: Atqui etiam nos eodem navigamus, quo hi, et aliis rebus et frumento instructi. Quid ergo mali hi faciunt, quod frumentum nobis adportant? Speculatores igitur, quos dixi, postquam omnia spectarunt et a Xerxe dimissi sunt, ita in Graeciam rediere.

(148.) GRAECI contra *Persam* coniurati, postquam in *Asiam* speculatores mandarunt; porro *Argos* miserunt legatos. Aiunt autem *Argivi*, res tunc apud se in hunc modum esse gestas. Statim ab initio cognitos ipsis fuisse adparatus quos adversus *Graeciam* faceret *Barbarus*: quumque simul intellexissent operam daturus esse *Graecos*, ut sese in socie-

572, 20.

ἐς Δελφοὺς, τὸν θεὸν ἐπειρησομένους „ὡς σφι μέλλει
 ἄριστον ποιεῦσι γενέσθαι· νεωστὶ γὰρ σφέων τεθνάναι
 10 ἔξακισχιλίους ὑπὸ Λακεδαιμονίων καὶ Κλεομένους τοῦ
 Ἀναξανδρίδew.“ τῶνδε δὴ εἴνεκα πέμπειν· τὴν δὲ Πυθίην
 ἐπειρωτῶσι αὐτοῖσι ἀνελεῖν τὰδε·

Ἐχθρὲ περικτιόνεσσι, Φίλ' ἀθανάτῃσι θεοῖσι,
 εἴσω τὸν προβόλαιον ἔχων, πεφυλαγμένος ἦσο,
 15 καὶ κεφαλὴν πεφύλαξο· κάρη δὲ τὸ σῶμα σαώσῃ.
 ταῦτα μὲν τὴν Πυθίην χρῆσαι πρότερον· μετὰ δὲ, ὡς
 ἐλθεῖν τοὺς ἀγγέλους ἐς δὴ τὸ Ἄργος, ἐπελθεῖν ἐπὶ τὸ
 βουλευτήριον, καὶ λέγειν τὰ ἐντεταλμένα. τοὺς δὲ πρὸς
 τὰ λεγόμενα ὑποκρίνασθαι, ὡς „ἐτοῖμοί εἰσι Ἀργεῖοι
 20 ποιέειν ταῦτα, τριήκοντα ἔτεα εἰρήνην σπεισάμενοι Λα-
 κεδαιμονίοισι, καὶ ἠγεόμενοι κατὰ τὸ ἥμισυ πάσης τῆς
 συμμαχίης· καὶ τοι κατὰ γε τὸ δίκαιον γίνεσθαι τὴν

tatem contra Persas adsciscerent, legatos se misisse
 Delphos, qui ex Deo quaerent, *quidnam facientes
 melius consulturi essent rebus suis? Nuper enim
 sex millia de suis occisos esse a Lacedaemoniis
 et a Cleomene, Anaxandridae filio. Eâ caussâ le-
 gatos se mississe; interrogantibus vero hoc respon-
 sum reddidisse Pythiam:*

*Finitimis invise, care immortalibus Diis,
 verutum intus tenens, cautus sede,
 et capiti cave: caput enim corpus servabit.*

Hoc responsum sibi initio redditum a Pythia fuisse:
 deinde vero Argos venisse legatos; et adeuntes sena-
 tum, exposuisse mandata. Ad ea *Argivos* respondisse,
*paratos se esse ea facere, si, compositâ cum
 Lacedaemoniis in triginta annos pace, dimidium*

ἡγεμονίην ἑαυτῶν, ἀλλ' ὅμως σφι ἀποχραῖν κατὰ τὸ
 149 ἥμισυ ἡγεομένοισι.“ Ταῦτα μὲν λέγουσι τὴν βουλὴν
 ὑποκρίνασθαι, καὶ περ ἀπαγορευόντός σφι τοῦ χρηστη-
 ρίου μὴ ποιέεσθαι τὴν πρὸς τοὺς Ἕλληνας συμμαχίην.
 σπουδὴν δὲ ἔχειν σπονδαὺς γενέσθαι τριηκονταετίδας, καὶ
 περ τὸ χρηστήριον φοβεομένοισι, ἵνα δὴ σφι οἱ παῖδες 5
 ἀνδρωθέωσι ἐν τούτοις τοῖσι ἔτεσι μὴ δὲ σπονδέων ἐου-
 σέων, ἐπιλέγεσθαι, ἣν ἄρα σφέας καταλάβη πρὸς τῶ
 γεγονότι κακῷ ἄλλο πταῖσμα πρὸς τὸν Πέρσην, μὴ
 τὸ λοιπὸν ἕως Λακεδαιμονίων ὑπήκοοι. Τῶν δὲ ἀγγέ-
 λων τοὺς ἀπὸ τῆς Σπάρτης πρὸς τὰ ρηθέντα ἐκ τῆς βου- 10
 λῆς ἀμείψασθαι τοῖσδε· „περὶ μὲν σπονδέων ἀνοίσειν ἐς
 τοὺς πλεῦνας· περὶ δὲ ἡγεμονίης αὐτοῖσι ἐντετάλθαι ὑπο-

imperii in universos socios ipsi obtinuissent: et aequum quidem esse, ut penes ipsos summa sit totius imperii; contentos se autem dimidio fore. (149.)
 Haec aiunt senatum respondisse, tametsi Argivos oraculum vetuisset contrahere cum Graecis societatem: et, metuentes licet oraculum, cupidos tamen fuisse foedus in triginta annos cum Lacedaemoniis paciscendi, ut intra hos annos pueri ipsorum ad virilem pervenirent aetatem. Quod si enim foedus non conciliaretur, veritos esse, ne, si ad superius malum alia quaedam calamitas in bello Persico accessisset, reliquum foret ut prorsus Lacedaemoniorum subiicerentur imperio. Ad ista autem a senatu dicta eos ex legatis, qui Spartâ erant missi, haec respondisse: *De foedere quidem relatuos se ad multitudinem; de belli imperio autem mandatum sibi esse ut respondeant dicantque, duos sibi esse*

573, 50.

κρίνασθαι, καὶ δὴ λέγειν, σφὶ μὲν εἶναι δύο βασιλῆας,
 Ἀργείοισι δὲ ἓνα· οὐκ ἔστι δυνατόν εἶναι τῶν ἐκ Σπάρτης
 15 οὐδέτερον παῦσαι τῆς ἡγεμονίης. μετὰ δὲ δύο τῶν σφε-
 τέρων ὁμόψηφον τὸν Ἀργεῖον εἶναι, κωλύειν οὐδέν·“ Οὐ-
 τω δὴ οἱ Ἀργεῖοί φασι οὐκ ἀνασχέσθαι τῶν Σπαρτιη-
 τέων τὴν πλεονεξίην, ἀλλ' ἐλέσθαι μᾶλλον ὑπὸ τῶν
 βαρβάρων ἀρχεσθαι, ἢ τι ὑπεῖξαι Λακεδαιμονίοισι·
 20 προειπεῖν τε τοῖσι ἀγγέλοισι, πρὸ δύντος ἡλίου ἀπαλ-
 λάσσεσθαι ἐκ τῆς Ἀργείων χώρας· εἰ δὲ μὴ, περιέψε-
 σθαι ὡς πολεμίους. Αὐτοὶ μὲν Ἀργεῖοι τοσαῦτα του- 150
 τέων πέρι λέγουσι. Ἔστι δὲ ἄλλος λόγος λεγόμενος
 ἀνα τὴν Ἑλλάδα, ὡς Ξέρξης ἐπέμψε κήρυκα ἐς Ἀρ-
 γος, πρότερον ἢ περ ὀρμῆσαι στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλ-
 5 λάδα. ἐλθόντα δὲ τοῦτον λέγεται εἶπαι· „Ἄνδρες Ἀρ-
 „ γεῖοι, βασιλεὺς Ξέρξης τάδε ὑμῖν λέγει. Ἡμεῖς νο-

reges, Argivis vero unum: fieri autem non posse, ut alteri utri regi Spartanorum abrogetur imperium. At, quin cum suis duobus Argivus aequum ius suffragii habeat, nihil impedire. Ita, aiunt Argivi, non ferendam sibi visam esse Spartanorum arrogantiam, maluisseque se sub Barbarorum esse imperio, quam Lacedaemoniis parere: edixisseque senatum legatis, ut ante solis occasum finibus suis excederent; id ni facerent, hostium loco habitum iri. (150.) Ista quidem his de rebus ipsi memorant Argivi. Est vero alia fama per Graeciam vulgata; misisse Xerxem, priusquam expeditionem in Graeciam susciperet, Argos caduceatorem. Qui ubi advenit, in hunc modum locutus esse fertur: *Viri Argivi! rex Persarum haec vobis dicit. Nos*

„μίζομεν Πέρσῃν εἶναι, ἀπ' οὗ ἡμεῖς γεγόναμεν, παῖ-
 „δα Περσέος τοῦ Δανάης, γεγονότα ἐκ τῆς Κηφέας
 „θυγατρὸς Ἀνδρομέδης. οὕτω ἂν ὦν εἴημεν ὑμέτεροι
 „ἀπόγονοι. οὔτε ὦν ἡμέας οἶκός ἐπὶ τοὺς ἡμετέρους προ- 10
 „γόνους στρατεύεσθαι, οὔτε ὑμέας ἄλλοισι τιμαρτέον-
 „τας, ἡμῶν ἀντιξόους γενέσθαι, ἀλλὰ παρ' ὑμῶν αὐ-
 „τοῖσι ἡσυχίην ἔχοντας κατῆσθαι. ἦν γὰρ ἐμοὶ γένη-
 „ται κατὰ νόον, οὐδαμοὺς μέζοντας ὑμέων ἄξω.“ Ταῦ-
 „τα ἀκούσαντας Ἀργεῖους λέγεται πρῆγμα ποιήσασθαι, 15
 καὶ παραχρῆμα μὲν οὐδὲν ἐπαγγελιομένους μεταίτεειν
 ἐπεὶ δέ σφεας παραλαμβάνειν τοὺς Ἕλληνας, οὕτω
 δὴ, ἐπισταμένους ὅτι οὐ μεταδώσουσι τῆς ἀρχῆς Λα-
 κεδαιμόνιοι, μεταίτεειν, ἵνα ἐπὶ προφάσιος ἡσυχίην ἄγω-
 151 σι. Συμπεσεῖν δὲ τούτοισι καὶ τόνδε τὸν λόγον λέγου-
 σί τινες Ἑλλήνων, πολλοῖσι ἔτεσι ὕστερον γενόμενον του-

Persen existimamus, a quo progeniti sumus, fuisse Persei filium, Danaae nepotem, natum ex Cephæi filia Andromeda: ita igitur a vobis sumus oriundi. Proinde æquum non est, ut aut nos progenitoribus nostris bellum faciamus, aut ut vos, aliis opem ferentes, contra nos in acie stetis; sed ut domi manentes, quietem agatis. Nam, si mihi ex sententia res successerint, nullos potiore loco, quam vos, habebo. Haec audientes, Argivos magni fecisse: et statim quidem, nihil nec pollicitos esse Graecis, nec ab illis postulasse; sed, postquam eos ad societatem Graeci invitarunt, tum vero, quum bene gnari essent Lacedaemonios secum non communicaturos esse imperium, dimidium illius postulasse, ut hoc praetextu utentes otium agerent. (151.) Cum his etiam

574, 81.

τέων. τυχεῖν ἐν Σούσαισι τοῖσι Μεμνονίοισι ἐόντας ἐτέ-
ρου πρήγματος εἴνεκα ἀγγέλους Ἀθηναίων, Καλλίην
5 τε τὸν Ἴππονίκου, καὶ τοὺς μετὰ τούτου ἀναβάντας.
Ἀργείους δὲ, τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον πέμψαντας καὶ
τούτους ἐς Σοῦσα ἀγγέλους, εἰρωτᾶν Ἀρταξέρξεα τὸν
Ξέρξεω „εἰ σφι ἔτι ἐμμένει τὴν πρὸς Ξέρξεα Φιλίην
συνεκεράσαντο, ἢ νομιζοῖατο πρὸς αὐτοῦ εἶναι πολέμιοι.“
10 βασιλῆα δὲ Ἀρταξέρξεα „μάλιστα ἐμμένειν, Φάναι,
καὶ οὐδεμίην νομίζειν πόλιν Ἀργεος Φιλιωτέρην.“ Εἰ μὲν 152
νυν Ξέρξης τε ἀπέπεμψε ταῦτα λέγοντα κήρυκα ἐς Ἀρ-
γος, καὶ Ἀργείων ἀγγελοι ἀναβάντες ἐς Σοῦσα ἐπει-
ρώτων Ἀρταξέρξεα περὶ Φιλίης, οὐκ ἔχω ἀτρεκέως εἶ-
5 παι· οὐδέ τινα γνώμην περὶ αὐτέων ἀποφαίνομαι ἄλ-

congruere, aiunt Graecorum nonnulli, aliam rem, quae quidem multis post annis incidisse memoratur. Adfuisse tunc forte Susis Memnoniis, alterius cuiuspiam rei causa, legatos Atheniensium, Calliam Hipponici filium, eiusque collegas: *Argivos* vero et ipsos, per idem tempus missis Susa legatis, ex *Artaxerxe* quacsisse, *utrum sibi adhuc firma maneat amicitia quam cum Xerxe conciliassent, an hostes ab illo iudicentur?* His regem Artaxerxem respondisse, *utique firmam manere, neque se ullam civitatem sibi magis amicam, quam Argos, existimare.* (152.) Iam vero, an revera Xerxes caduceatorem Argos miserit ista dicentem; et an Argivorum legati, Susa profecti, Artaxerxem de amicitia interrogaverint; id equidem pro certo confirmare non possum: nec de his aliam pronuncio sententiam, nisi quam ipsi dicunt Argivi. Caeterum hoc satis

λην γε ἢ τὴν περ' αὐτοὶ Ἀργεῖοι λέγουσι. Ἐπίσταμαι δὲ τοσοῦτο, ὅτι, εἰ πάντες ἄνθρωποι τὰ οἰκήϊα κακὰ ἐς μέσον συνενέικαιεν, ἀλλάξασθαι βουλόμενοι τοῖσι πλησίοισι, ἐγκύψαντες ἂν ἐς τὰ τῶν πέλας κακὰ, ἀσπασίως ἕκαστοι αὐτέων ἀποφεροῖατο ὀπίσω τὰ ἐσενείκων- 10
το. οὕτω δὴ οὐκ Ἀργεῖοισι αἰσχίστα πεποίηται. Ἐγὼ δὲ Ὀφείλω λέγειν τὰ λεγόμενα, πείθεσθαί γε μὲν ὦν οὐ παντάπασι Ὀφείλω· καί μοι τοῦτο τὸ ἔπος ἐχέτω ἐς πάντα τὸν λόγον. Ἐπεὶ καὶ ταῦτα λέγεται, ὡς ἄρα Ἀργεῖοι ἔσαν οἱ ἐπικαλεσάμενοι τὸν Πέρσην ἐπὶ τὴν 15
Ἑλλάδα, ἐπειδὴ σφι πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους κακῶς ἢ αἰχμὴ ἐστήκεε, πᾶν δὴ βουλόμενοί σφι εἶναι πρὸ τῆς παρεούσης λύπης. Τὰ μὲν περὶ Ἀργείων εἴρηται.

153 ἘΣ ΔΕ τὴν Σικελίην ἄλλοι τε ἀπίκατο ἄγγελοι ἀπὸ τῶν συμμάχων, συμμίζοντες Γέλωνι· καὶ δὴ καὶ

scio, si omnes homines propria mala in commune conferrent, cum aliorum malis illa permutaturi, fore ut unusquisque, propius inspectis aliorum malis, lubens rursus ea reportaret, quae ipse adtulisset. Ita nimirum non turpissime Argivi egerunt. Ego autem dicere debeo quae memorantur; nec vero omnibus utique fidem debeo adhibere: atque hoc idem in universam hanc Historiam dictum intelligi velim. Nam et hoc traditur, Argivos advocasse Persam in Graeciam, quum male illis cessisset adversus Lacedaemonios bellum, quumque quidvis potius sibi accidere mallent, quam in tristi eo statu, quo tunc erant, manere. Atque haec de Argivis hactenus.

(153.) IN SICILIAM et alii a sociis missi legati venerunt, cum *Gelone* acturi, et a Lacedaemoniis mis-

575, 11.

ἀπὸ τῶν Λακεδαιμονίων Σύαγρος. Τοῦ δὲ Γέλωνος
 τούτου πρόγονος, οἰκῆτωρ ἐὼν Γέλῃς, ἦν ἐκ νήσου Τή-
 5 λου, τῆς ἐπὶ Τριοπίῳ κειμένης· ὅς κτιζομένης Γέλῃς ὑπὸ
 Λινδίων τε τῶν ἐκ Ῥόδου, καὶ Ἀντιφῆμου, οὐκ ἐλείφθη.
 ἀνα χροῖον δὲ αὐτοῦ οἱ ἀπόγονοι γενόμενοι ἰσοθάνται
 τῶν χθονίων θεῶν, διετέλεον ἐόντες, Τηλίνεω εἰός τευ
 τῶν προγόνων κτησαμένου τρόπῳ τοιῶδε. Ἐς Μακτώριον
 10 πόλιν τὴν ὑπὲρ Γέλῃς οἰκημένην ἔϋουγον ἄνδρες Γελῶων,
 ἐσσωθέντες στάσι. τούτους ὦν ὁ Τηλίνης κατήγαγε ἐς
 Γέλην, ἔχων οὐδεμίαν ἀνδρῶν δύναμιν, ἀλλ' ἰσὰ του-
 τέων τῶν θεῶν. ὅθεν δὲ αὐτὰ ἔλαβε, ἢ αὐτὸς ἐκτῆσατο,
 τοῦτο οὐκ ἔχω εἶπαι. τούτοισι δ' ὦν πίσυρος ἐὼν, κατή-
 15 γαγε ἐπ' ᾧ τε οἱ ἀπόγονοι αὐτοῦ ἰσοθάνται τῶν θεῶν
 ἔσονται. *Ἰῶμά μοι ὦν καὶ τοῦτο γέγονε πρὸς τὰ πυν-*

CLIII. 4. ἐὼν Γέλῃς ex conl. ὁ ἐν Γέλῃ olim edd. et mss.

sus Syagrus. *Gelonis* huius progenitor, *Gelae* in-
 cola, ex *Telo* insula erat, contra *Triopium* sita: qui,
 quum a *Lindiis* ex *Rhodo*, duce *Antiphemo*, *Gela*
 conderetur, coloniae fuerat socius. Huius posterī,
 procedente tempore hierophantae fuerunt inferarum
 dearum, et constanter idem munus tenuerunt; ad
 quod *Telines*, unus ex illorum maioribus, tali modo
 fuerat promotus. Cives nonnulli *Geloi*, in seditione
 victi ab adversariis, in *Mactorium* oppidum confu-
 gerant supra *Gelam* situm. Hos *Telines* *Gelam* re-
 duxit, nulla hominum manu adiutus, sed solis sacris
 harum dearum. Unde vero haec sumserit, aut quo-
 modo naetus sit, dicere non possum. Sed his fretus
 reduxit illos hac conditione, ut posterī ipsius hiero-
 phantae illarum dearum essent. Quod autem audio

θάνομαι κατεργάσασθαι Τηλίην ἔργον τοσοῦτον· τὰ
 τοιαῦτα γὰρ ἔργα αὐτὸς πρὸς τοῦ ἅπαντος ἀνδρὸς νενόμικα
 γίνεσθαι, ἀλλὰ πρὸς Ψυχῆς τε ἀγαθῆς καὶ ῥώμης ἀν-
 δρηίης· ὁ δὲ λέγεται πρὸς τῆς Σικελίης τῶν οἰκητόρων, 20
 τὰ ὑπεναντία τουτέων, πεφυκέναι Φηλυδρίας τε καὶ μα-
 λακώτερος ἀνὴρ. οὕτω μὲν νυν ἐκτέησατο τοῦτο τὸ γέ-
 154 ρας. Κλεάνδρου δὲ τοῦ Παντάρους τελευτήσαντος τὸν
 βίον, ὃς ἐτυράννευσε μὲν Γέλης ἑπτὰ ἔτεα, ἀπέθανε
 δὲ ὑπὸ Σαβύλλου ἀνδρὸς Γελώου, ἐνθαῦτα ἀναλαμ-
 βάνει τὴν μοναρχίην Ἴπποκράτης, Κλεάνδρου ἐὼν ἀδελ-
 Φεύς. ἔχοντας δὲ Ἴπποκράτης τὴν τυραννίδα, ὁ Γέλων, 5
 ἐὼν Τηλίειω τοῦ ἰσοφάντεω ἀπόγονος, πολλῶν μετ' ἄλ-
 λων καὶ Αἰνησιδήμου, τοῦ Παταιικοῦ, ἦν δορυφόρος Ἴπ-
 ποκράτης· μετὰ δὲ οὐ πολλὸν χρόνον δι' ἀρετὴν ἀπε-
 δέχθη πάσης τῆς ἵππου εἶναι ἵππαρχος. πολιορκιόντος

rem tantam a Teline esse perfectam, id eo magis
 etiam miror, quod, quum talia non a quolibet ho-
 mine patrari posse existimaverim, sed ab animo
 forti et virili robore debere proficisci, hic e contra-
 rio perhibetur a Siciliae incolis effoeminatus et mol-
 lis admodum homo fuisse. At is quidem ita munus
 hoc obtinuerat. (154.) Mortuo Cleandro, Pantaris
 filio, qui, postquam septem annis Gelae fuerat ty-
 rannus, a Sabylo cive Geloo est interfectus; ibi tum
Hippocrates, Cleandri frater, monarchiam suscepit.
 Quo regnante *Gelon*, unus e posteris Telinis hiero-
 phantae, cum aliis multis, et in his cum Aenesidemo
 Pataici filio, custos corporis fuit Hippocratis: nec
 vero multo post ob virtutem praefectus universi equi-
 tatus nominatus est. Nam quum Callipolitas et Na-

575, 41.

10 γὰρ Ἴπποκράτεος Καλλιπολίτας τε καὶ Ναξίους, καὶ
 Ζαγκλαίους τε καὶ Λεοντίους, καὶ πρὸς, Συρηκου-
 σίους τε καὶ τῶν βαρβάρων συχνοὺς, ἀνὴρ ἐφαίνετο ἐν
 τούτοις τοῖσι πολέμοις ἐὼν ὁ Γέλων λαμπρότατος.
 τῶν δὲ εἶπον πολίων, τουτέων, πλὴν Συρηκουσέων, οὐδε-
 15 μὴ πέφυγε δουλοσύνην πρὸς Ἴπποκράτεος. Συρηκου-
 σίους δὲ Κορίνθιοί τε καὶ Κερκυραῖοι ἐρρύσαντο, μάχῃ
 ἐσσωθέντας ἐπὶ ποταμῷ Ἐλώρω. ἐρρύσαντο δὲ οὗτοι,
 ἐπὶ τοῖσδε καταλλάξαντες, ἐπ' ᾧτε Ἴπποκράτει Κα-
 μαρίναν Συρηκουσίους παραδοῦναι· Συρηκουσίων δὲ ἦν
 Καμαρίνα τὸ ἀρχαῖον. Ὡς δὲ καὶ Ἴπποκράτεα, τυ- 155
 ραννεύσαντα ἴσα ἕταρα τῷ ἀδελφεῷ Κλεάνδρῳ, κατέ-
 λαβε ἀποθανεῖν πρὸς πόλιν Ἰβλη, στρατευσάμενον ἐπὶ
 τοὺς Σικελούς· οὕτω δὲ ὁ Γέλων, τῷ λόγῳ τιμωρέων
 5 τοῖσι Ἴπποκράτεος παισὶ Εὐκλείδῃ τε καὶ Κλεάνδρῳ,

xios oppugnaret Hippocrates, et Zancaeos et Leon-
 tinos, itemque Syracusios et Barbaros multos; in
 cunctis his bellis praeclare Gelonis virtus eminuit. Ea-
 rum autem quas dixi civitatum nulla, praeter Syra-
 cusas, effugit quin in servitutem ab Hippocrate re-
 digeretur. Syracusios vero, praelio victos ad Elorum
 fluvium, liberaverunt Corinthii et Corcyraei, concilia-
 tā pace in hanc conditionem, ut Camarinam Hippo-
 crati traderent Syracusii: nam antiquitus Syracusio-
 rum Camarina fuerat. (155.) Postquam vero Hip-
 pocrati etiam, quum totidem annos quot Cleander
 frater regnasset, accidit ut ad Hyblam urbem, bel-
 lum gerens cum Siculis, occumberet; tunc nimirum
 hic *Gelon*, nomine quidem tenus opem ferens filiis
 Hippocratis Euclidi et Cleandro, quibus iam parere

οὐ βουλομένων τῶν πολιητέων κατηκόων ἔτι εἶναι, τῷ ἔργῳ, ὡς ἐπεκράτησε μάχη τῶν Γελῶων, ἦρχε αὐτὸς, ἀποστερήσας τοὺς Ἴπποκράτεος παῖδας. μετὰ δὲ τοῦτο τὸ εὖρημα, τοὺς γαμόρους καλομένους τῶν Συρηκουσίων, ἐκπεσόντας ὑπὸ τε τοῦ δήμου, καὶ τῶν σφετέρων δούλων, καλομένων δὲ Κυλλυρίων, ὁ Γέλων καταγαγὼν τούτους ἐκ Κασμένης πόλιος εἰς τὰς Συρηκούσας, ἔσχε καὶ ταύτας. ὁ γὰρ δῆμος ὁ τῶν Συρηκουσίων ἐπιόντι Γέλωνι παραδίδοι τὴν πόλιν καὶ ἑαυτόν.

156 Ὁ δὲ ἐπεὶ τε παρέλαβε τὰς Συρηκούσας, Γέλῃς μὲν ἐπικρατέων λόγον ἐλάσσω ἐποιέετο, ἐπιτρέψας αὐτὴν Ἰέρωνι ἀδελφεῷ ἑαυτοῦ· ὁ δὲ τὰς Συρηκούσας ἐκράτυνε, καὶ ἔσαν οἱ πάντα αἱ Συρηκούσαι. αἱ δὲ παραυτίκα ἀνά τ' ἔδραμον καὶ ἀνέβλαστον. τοῦτο μὲν γὰρ, Καμαριναίους ἅπαντας εἰς τὰς Συρηκούσας ἀγαγὼν, πο-

CLVI. 2. ἐπικρατέων. ἔτι κρατέων ex conl. corrigunt.

cives noluerant, re vera autem, praelio victis Gelois, solus ipse regnavit, Hippocratis filiis imperio fraudatis. Quae res quum ei praeter spem successisset, deinde gamoros quos vocant Syracusiorum, [id est, praediorum possessores] urbe eictos a populo et a propriis servis, qui Cylllyrii vocabantur, ex Casmenna oppido Syracusas reduxit, et hac quoque urbe positus est. Populus enim Syracusiorum adventanti Geloni et se et urbem tradidit. (156.) Syracusis positus Gelon, iam non tanti fecit Gelae imperare: itaque hoc oppidum fratri suo Hieroni permisit, ipse vero Syracusas quolibet modo munivit et auxit: erantque ei Syracusae loco omnium. Et brevi haec urbs crevit floruitque. Nam et Camarinaeos cunctos,

576, 71.

λήτας ἐποίησε, Καμαρίνης δὲ τὸ ἄστυ κατέσκαψε·
 τοῦτο δὲ, Γελῶν ὑπερημίσεας τῶν ἀστῶν, τῷτὸ τοῖσι
 Καμαριναίοισι ἐποίησε. Μεγαρέας τε τοὺς ἐν Σικελίῃ,
 10 ὡς πολιορκούμενοι ἐς ὁμολογίην προσεχώρησαν, τοὺς μὲν
 αὐτέαν παχέας, ἀειραμένους τε πόλεμον αὐτῷ, καὶ
 προσδικέοντας ἀπολέεσθαι διὰ τοῦτο, ἄγων ἐς τὰς Συ-
 ρηκούσας, πολιήτας ἐποίησε· τὸν δὲ δῆμον τῶν Μεγα-
 ρέων, οὐκ ἔοντα μεταίτιον τοῦ πολέμου τούτου, οὐδὲ προσ-
 15 δεκόμενον κακὸν οὐδὲν πείσεσθαι, ἀγαγὼν καὶ τούτους
 ἐς τὰς Συρηκούσας, ἀπέδοτο ἐπ' ἐξαγωγῇ ἐκ Σικελίης.
 τῷτὸ δὲ τοῦτο καὶ Εὐβοέας τοὺς ἐν Σικελίῃ ἐποίησε,
 διακρίνας. ἐποίησε δὲ ταῦτα τούτους ἀμφοτέρους, νομί-
 σας δῆμον εἶναι συνοίκημα ἀχαριτώτατον. Τοιοῦτῳ μὲν
 20 τρόπῳ τύραινος ἐγεγόνεε μέγας ὁ Γέλων.

Syracuse transductos, cives fecit, dirutâ Camarinâ :
 et maiore parte Geloorum civium eodem modo, quo
 Camarinacis, usus est. Megarenses vero Siciliam in-
 colentes quum ab illo oppugnati in deditionem ve-
 nissent; opulentiores eorum, qui bellum contra eum
 suscitaverant, et ob id se perditum iri putabant, pa-
 riter Syracuse transduxit, civesque fecit; plebem au-
 tem Megarensium, quae belli non fuerat auctor,
 et nihil ab illo mali se passuram exspectabat, hanc
 item Syracuse perductam vendidit ea conditione, ut
 e Sicilia exportarentur. Eodemque modo Euboeensi-
 bus usus est Siciliam incolentibus, discretâ plebe a
 locupletibus. Egit autem ita cum utrisque hac caussâ,
 quod molestiae et periculi plenum putaret, una cum
 plebe habitare. Tali modo potens tyrannus Gelon
 evaserat.

157 Τότε δὲ, ὡς οἱ ἄγγελοι τῶν Ἑλλήνων ἀπίκατο εἰς
 τὰς Συρηκούσας, ἐλθόντες αὐτῶ εἰς λόγους, ἔλεγον τά-
 δε· „Ἐπεμψαν ἡμέας Λακεδαιμόνιοι, καὶ Ἀθηναῖοι,
 „καὶ οἱ τούτων σύμμαχοι, παραλαμψομένους σε πρὸς
 „τὸν Βάρβαρον. τὸν γὰρ ἐπιόντα ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα πάν- 5
 „τως κου πυνθάνεαι· ὅτι Πέρσης ἀνὴρ μέλλει, ζεύξας
 „τὸν Ἑλλήσποντον, καὶ ἐπάγων πάντα τὸν ἥων στρα-
 „τὸν ἐκ τῆς Ἀσίας, στρατηλατήσῃ ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα·
 „πρόσχημα μὲν ποιούμενος ὡς ἐπ’ Ἀθήνας ἐλαύνει, ἐν
 „νόῳ δὲ ἔχων πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα ὑπ’ ἐαυτῶ ποιήσα- 10
 „σθαι. Σὺ δὲ δυνάμιός τε ἤκεις μεγάλης, καὶ μοῖρᾶ
 „τοὶ τῆς Ἑλλάδος οὐκ ἐλαχίστη μέτα, ἄρχοντί γε Σι-
 „κελῆς· βοήθει τε τοῖσι ἐλευθεροῦσι τὴν Ἑλλάδα, καὶ
 „συνελευθέρου. ἀλῆς μὲν γὰρ γινομένη πᾶσα ἡ Ἑλ-
 „λάς, χεῖρ μεγάλη συναίγεται, καὶ ἀξιομαχοὶ γινό- 15

(157.) Tunc vero, postquam Syracusas venere
Graecorum legati, in conspectum *Gelonis* producti,
 haec apud eum verba fecerunt. *Miserunt nos Lace-
 daemonii et Athenienses horumque socii, ad socie-
 tatem adversus Barbarum te invitatuos. Haud
 dubie enim hunc nosti Graeciam invadentem; vi-
 rum Persam, qui Hellesponto ponte iuncto uni-
 versas Orientis copias ex Asia transducturus est,
 et bellum illaturus Graeciae; caussam quidem
 praetexens, contra Athenas se ducere exercitum,
 in animo autem habens totam sibi Graeciam subii-
 cere. Tu vero magna praeditus es potentia, et
 haud minima pars Graeciae apud te est, qui impe-
 ras Siciliae. Succurre igitur liberantibus Grae-
 ciam, cum eisque eam libera! Etenim iunctis Grae-*

577, 1.

„μεθα τοῖσι ἐπιούσι. ἦν δὲ ἡμέων οἱ μὲν καταπροδι-
 „δῶσι, οἱ δὲ μὴ θέλωσι τιμωρέειν, τὸ δὲ ὑγιαῖνον τῆς
 „Ἑλλάδος ἢ ὀλίγον, τοῦτο δὲ ἤδη δεινὸν γίνεται, μὴ
 „πέσῃ πᾶσα ἡ Ἑλλάς. Μὴ γὰρ ἐλπίσης, ἦν ἡμέας
 20 „καταστρέψῃται ὁ Πέρσης μάχῃ κρατήσας, ὡς οὐκί
 „ἕξει παρὰ σέ γε, ἀλλὰ πρὸ τούτου Φύλαξαι. Βοη-
 „θῶν γὰρ ἡμῖν, σεωυτῶ τιμωρέεις. τῶ δὲ εὖ βουλευ-
 „θῆντι πρήγματι τελευτῆ ὡς τὸ ἐπίπαν χρηστῆ ἐβέλει
 „ἐπιγίνεσθαι.“ Οἱ μὲν ταῦτα ἔλεγον. Γέλων δὲ πολ- 158
 „λὸς ἐνέκειτο λέγων τοιαύδε· „Ἄνδρες Ἕλληνες, λόγον
 „ἔχοντες πλεονέκτην, ἐτολήσατε ἐμὲ σύμμαχον ἐπὶ
 „τὸν βάρβαρον παρακαλέοντες ἐλθεῖν. αὐτοὶ δὲ, ἐμεῦ
 5 „πρότερον δεηθέντος βαρβαρικοῦ στρατοῦ συνεπάψα-
 „σθαι, ὅτε μοι πρὸς Καρχηδονίους νεῖκος συνῆπτο, ἐπι-

ciae viribus magna contrahitur manus, et pares sumus invadenti hosti. Sin nostrum alii nos produnt, alii iuvare nolunt, et exigua pars Graeciae sana est; tunc vero est verendum, ne Graecia pereat universa. Noli enim existimare, si nos praelio victos Persa subegerit, non eundem ad te pariter venturum; sed, priusquam istud accidat, tibi prospice! Nobis enim opem ferens, te ipsum tutum praestabis. Rem bono consilio susceptam bonus plerumque sequi exitus solet. Sic illi locuti sunt. (158.) Gelon vero, vehementer illos increpans, in hunc modum respondit. Viri Graeci, arroganti utentes oratione ausi estis me hortari ut subsidio vobis veniam adversus Barbarum. At iidem vos, quum prius ego vos rogavi, ut barbarorum exercitum mecum adgrederemini, obtestatusque sum

„σκήπτοντός τε τὸν Δωριέος τοῦ Ἀναξανδρίδου πρὸς
 „Ἐγεσταίων Φόνον ἐκπρήξασθαι, ὑποτείνοντός τε τὰ
 „ἐμπόρια συνελυθεροῦν, ἀπ' ἧν ὑμῖν μεγάλαι ὠφέ-
 „λεια τε καὶ ἐπαυρέσιες γεγόνασι· οὔτε ἐμεῦ εἶνεκα 10
 „ἦλθετε βοηθήσοντες, οὔτε τὸν Δωριέος Φόνον ἐκπρηξό-
 „μενοι· τό τε κατ' ὑμέας, τάδε πάντα ὑπὸ βαρβαροῖσι
 „νέμεται. ἀλλὰ, εὖ γὰρ ἡμῖν καὶ ἐπὶ τὸ ἄμεινον κα-
 „τέστη· νῦν δὲ, ἐπειδὴ περιελήλυθε ὁ πόλεμος καὶ ἀπί-
 „κται ἐς ὑμέας, οὕτω δὴ Γέλωνος μνηστὴς γέγονε. 15
 „Ἀτιμίας δὲ πρὸς ὑμέων κυρήσας, οὐκ ὁμοιάσομαι
 „ὑμῖν, ἀλλ' ἐτοῖμός εἰμι βοηθεῖν, παρεχόμενος διηκο-
 „σίας τε τριήρεας, καὶ δισμυρίους ὀπλίτας, καὶ δισχι-
 „λίην ἵππων, καὶ δισχιλίους τοξότας, καὶ δισχιλίους
 „σφενδονήτας, καὶ δισχιλίους ἵπποδρόμους ψιλούς· σῆ- 20

*ut Doriei necem, Anaxandridae filii, ab Egestaeis
 commissam ulcisceremini, simulque adiutorem me
 vobis obtuli ad liberanda emporia, e quibus magna
 commoda fructusque ad vos redibant, nec mei
 caussa venistis ad opem mihi ferendam, nec ad ul-
 ciscendam Doriei caedem; et, per vos si stetisset,
 omnia haec in barbarorum forent potestate. At,
 postquam bene atque prospere mihi omnia ces-
 serunt, nunc, ubi in vos versum est bellum, in
 vosque ingruit, ita demum memoria vos subiit
 Gelonis. Verumtamen, quamvis a vobis turpi-
 ter fuerim contemptus, non ego vestrum ero simi-
 lis, sed paratus sum opem vobis ferre, ducentas
 praebiturus triremes, et vicies mille milites gra-
 viter armatos, bis mille equites, bis mille sagitta-
 rios, bis mille funditores, et bis mille cursorios*

„τόν τε ἀπάσῃ τῇ Ἑλλήνων στρατιῇ, ἔστ' ἂν διαπολε-
 „μήσωμεν, ὑποδέκομαι παρόξιν. Ἐπὶ δὲ λόγῳ τοιῷδε
 „τάδε ὑπίσχομαι, ἐπ' ᾧ στρατηγός τε καὶ ἡγεμῶν τῶν
 „Ἑλλήνων ἔσομαι πρὸς τὸν Βάρβαρον· ἐπ' ἄλλῳ δὲ
 25 „λόγῳ οὐτ' ἂν αὐτὸς ἔλθωμι, οὐτ' ἂν ἄλλους πέμ-
 „ψαίμι.“ Ταῦτα ἀκούσας οὐτε ἠνέσχετο ὁ Σύαγρος, 159
 εἶπέ τε τάδε· „Ἡ κε μέγ' οἰμώξειεν ὁ Πελοπίδης Ἀγα-
 „μέμνων, πυδόμενος Σπαρτιήτας τὴν ἡγεμονίην ἀπα-
 „ραισῆσθαι ὑπὸ Γέλωνός τε καὶ Συρακουσίων. ἀλλὰ
 5 „τούτου μὲν τοῦ λόγου μηκέτι μνησθῆς, ὅπως τὴν ἡγε-
 „μονίην τοι παραδώσωμεν. ἀλλ', εἰ μὲν βούλει βοηθέειν
 „τῇ Ἑλλάδι, ἴσθι ἀρξόμενος ὑπὸ Λακεδαιμονίων· εἰ δ'
 „ἄρα μὴ δικαιοῖς ἀρχεσθαι, σὺ δὲ μὴ βοηθέειν.“
 Πρὸς ταῦτα ὁ Γέλων, ἐπειδὴ ὄρα ἀπεστραμμένους τοὺς 160

CLX. 1. ἀπεστραμμ. ἐπιστρ. malint alii.

*equites leviter armatos: denique universo Graeco-
 rum exercitui frumentum me suppeditaturum, us-
 que dum debellarimus, recipio. At hac conditione
 haec polliceor, ut dux et imperator sim Graeco-
 rum adversus Barbarum: alia conditione nec ipse
 venturus sum, nec alios missurus. (159.) Haec
 audiens non tulit Syagrus, sed his verbis respondit:
 Ingentia profecto lamenta tolleret Pelopides Aga-
 memnon, si audiret Spartanis imperium ablatum
 a Gelone et Syracusiis. Immo huius conditionis
 ne porro mentionem facias, ut tibi tradamus im-
 perium. Sed, si vis auxilio venire Graeciae, scito
 sub Lacedaemoniorum te fore imperio: id si tibi
 non placet, noli auxilio venire. (160.) Ad haec
 Gelon, videns aversantem Syagri sermonem, postre-*

λόγους τοῦ Συάγρου, τὸν τελευταῖόν σφι τόνδε ἐξέφαινε
 λόγον· „ὦ ξεῖνε Σπαρτιῆτα, ὀνειδέα κατιόντα ἀνθρώ-
 „πῳ Οἰλεεὶ ἐπανάγειν τὸν θυμόν. σὺ μέντοι ἀποδεξά-
 „μενος ὑβρίσματα ἐν τῷ λόγῳ, οὐ με ἐπεισας ἀσχή- 5
 „μονα ἐν τῇ ἀμοιβῇ γενέσθαι. ὅκου δὲ ὑμεῖς οὕτω πε-
 „ριέχεσθε τῆς ἡγεμονίης, οἰκὸς καὶ ἐμὲ μᾶλλον ὑμέων
 „περιέχεσθαι, στρατιῆς τε ἔοντα πολλαπλασίης ἡγε-
 „μόνα, καὶ νηῶν πολὺ πλεύων. Ἄλλ' ἐπεὶ τε ὑμῖν ὁ
 „λόγος οὕτω προσάντης κατίσταται, ἡμεῖς τι ὑπέιξο- 10
 „μεν τοῦ ἀρχαίου λόγου. εἰ τοῦ μὲν πεζοῦ ὑμεῖς ἡγέοι-
 „σθε, τοῦ δὲ ναυτικοῦ ἐγὼ· εἰ δὲ ὑμῖν ἡδονὴ τοῦ κατὰ
 „θάλασσαν ἡγεμονεύειν, τοῦ πεζοῦ ἐγὼ θέλω. καὶ ἢ
 „τούτοισι ὑμέας χρέων ἔστι ἀρέσκεσθαι, ἢ ἀπιέναι συμ-
 161 „μάχων τοιῶνδε ἐρήμους.“ Γέλων μὲν δὴ ταῦτα προε-

mam hanc illis proposuit conditionem. *Hospes Spar-
 tane!* inquit, *Contumeliosa verba, in hominem pro-
 iecta, iram solent excitare: at tu, quamvis con-
 tumelioso usus sermone, me tamen non induxisti
 ut in respondendo sim immodestus. Quandoqui-
 dem vero vos tanto studio urgetis ut imperium
 teneatis, consentaneum est ut ego maiori etiam
 studio, quam vos, mihi hoc postulem, quippe
 multo maiorem exercitum, multoque plures naves
 vobis adducturus. At, quoniam adeo adversa vo-
 bis haec conditio est, nos de eo quod prius postu-
 lavimus, nonnihil concedemus. Si pedestribus co-
 piis vos praefueritis, ego nauticis praeero: sin
 vobis volupe est classi praeesse, ego pedestribus
 praeero copiis. Aut in alterutro horum adquie-
 scere vos oportet, aut abire talibus sociis desti-*

579, 60.

τείνεται. Φθάσας δὲ ὁ Ἀθηναίων ἄγγελος τὸν Λακεδαιμο-
 νίων, ἀμείβετό μιν τοῖσδε· ὦ βασιλεῦ Συρηκουσίων,
 οὐκ ἠγεμόνος δεομένη ἡ Ἑλλάς ἀπέπεμψεν ἡμέας
 5 οὐκ πρὸς σέ, ἀλλὰ στρατιῆς. σὺ δὲ, ὅπως μὲν στρατιὴν
 πέμψεις μὴ ἠγεύμενος τῆς Ἑλλάδος, οὐ προφάινεις·
 ὡς δὲ στρατηγήσεις αὐτῆς, γλίχεται. ὅσον μὲν νυν
 παντὸς τοῦ Ἑλλήνων στρατοῦ ἐδέου ἠγέεσθαι, ἐξήρκει
 ἡμῖν τοῖσι Ἀθηναίοισι ἡσυχίην ἄγειν, ἐπισταμένοισι
 10 ὡς ὁ Λάκων ἰκανός τοι ἐμελλε ἔσεσθαι καὶ ὑπὲρ ἀμ-
 φότερων ἀπολογεύμενος· ἐπεὶ τε δὲ ἀπάσης ἀπελαυ-
 νόμενος, δέεαι τῆς ναυτικῆς ἀρχειν, οὕτω ἔχει τοι. οὐδ',
 ἢν ὁ Λάκων ἐπὶ τοι ἀρχειν αὐτῆς, ἡμεῖς ἐπήσομεν·
 ἡμετέρη γὰρ ἐστὶ αὕτη γε, μὴ αὐτέων βουλομένων
 15 Λακεδαιμονίων. τούτοις μὲν ὦν ἠγέεσθαι βουλομένοι-

tutos. (161.) Haec ubi Gelon proposuit, antever-
 tens Atheniensium legatus Lacedaemonium, his
 verbis respondit. *Rex Syracusarum! Non ducem
 petituos nos ad te Graecia misit, sed exercitum.
 Tu vero negas exercitum te missurum, nisi Grae-
 ciae imperes: nempe imperare illi cupis. Quate-
 nus igitur universi Graecorum exercitus ducatum
 tibi postulasti, satis nos Athenienses habuimus
 silentium tenere, bene gnari idoneum fore Laco-
 nem ad rationem tibi pro utrisque reddendam:
 nunc vero, ubi de universi imperii summâ con-
 cedens, classis postulas imperium, sic tibi habe.
 Si vel Laco tibi concederet classis imperium,
 nos non concederemus: nostrum enim hoc mu-
 nus est, nisi Lacedaemonii id velint. His ergo,
 si classis obtinere imperium voluerint, non re-*

„σι οὐκ ἀντιτείνομεν, ἀλλὰ δὲ παρήσομεν οὐδενὶ ναυαρο-
 „χέειν. μάτην γὰρ ἂν ᾧδε παράλον Ἑλλήνων στρατὸν
 „πλεῖστον εἴημεν ἐκτημένοι, εἰ Συρακουσίοισι ἐόντες Ἀθη-
 „ναῖοι συγχωρήτομεν τῆς ἡγεμονίης, ἀρχαιότατον μὲν
 „ἔθνος παρεχόμενοι, μῦνοι δὲ ἐόντες οὐ μετανάσται 20
 „Ἑλλήνων τῶν καὶ Ὀμηρος ὁ ἐποποιὸς ἀνδρᾶ ἀρίστον
 „ἔφησε εἰς Ἴλιον ἀπικέσθαι, τάξαι τε καὶ διακοσμή-
 „σαι στρατὸν. οὕτω οὐκ ὄνειδος ἡμῖν ἐστὶ οὐδὲν λέγειν
 162 „ταῦτα.“ Ἀμείβετο Γέλων τοῖσδε: „Ξεῖτε Ἀθηναῖε,
 „ὕμεῖς οἴκατε τοὺς μὲν ἀρχοντας ἔχειν, τοὺς δὲ ἀρξο-
 „μένους οὐκ ἔξειν. ἐπεὶ τείνουσιν οὐδὲν ὑπιέτες, ἔχειν τὸ
 „πᾶν ἐτέλετε, οὐκ ἂν φθάνοιτε τὴν ταχίστην ὀπίσω
 „ἀπαλλασσόμενοι, καὶ ἀγγέλλοντες τῇ Ἑλλάδι ὅτι 5
 „ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ τὸ ἔαρ αὐτῇ ἐξαραϊόηται.“ Οὗτος δὲ ὁ

pugnamus: alii vero id concedimus nemini. Sic enim frustra nos maximas Graecorum omnium nauticas copias paratas haberemus, si Syracusiis nos Athenienses imperio cederemus, qui populum exhibemus antiquissimum, solique sumus Graecorum qui numquam solum vertimus: quo de populo etiam Homerus poeta fortissimum virum ait ad Ilium venisse, et ordinasse instructisque exercitum. Quo minus reprehendendi sumus quod ista dicimus. (162.) Tum vero Gelon, Hospes Atheniensis! ait, Vos videmini imperatores quidem habere, sed, quibus hi imperent, non habituros. Quoniam igitur nihil remittentes, omnia vultis tenere; ocyus hinc abire maturate, domumque reversi nunciate Graeciae, ver ei ex anno esse exemptum. Cuius dicti haec sententia est, quam

580, 91.

νόος τοῦδε τοῦ ῥήματος, τὸ ἐβέλει λέγειν. δῆλα γὰρ ὡς ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ἐστὶ τὸ ἔαρ δοκιμώτατον· τῆς δὲ τῶν Ἑλλήνων στρατιῆς, τὴν ἑαυτοῦ στρατιήν. στερισκομένην ὦν
 10 τὴν Ἑλλάδα τῆς ἑαυτοῦ συμμαχίης, εἴκαζε ὡς εἰ τὸ ἔαρ ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐξαραιρημένον εἶη.

Οἱ μὲν δὴ τῶν Ἑλλήνων ἄγγελοι, τοσαῦτα τῷ Γέλωνι 163
 λωνι χρηματισάμενοι, ἀπέπλεον. Γέλων δὲ πρὸς ταῦτα, δείσας μὲν περὶ τοῖσι Ἑλλησι μὴ οὐ δυνέωνται τὸν βάρβαρον ὑπερβαλέσθαι, δεινὸν δὲ καὶ οὐκ ἀνασχετὸν
 5 πεισάμενος, ἐλθὼν ἐς Πελοπόννησον ἀρχεσθαι ὑπὸ Λακεδαιμονίων, ἐὼν Σικελίης τύραννος, ταύτην μὲν τὴν ὁδὸν ἡμέλησε, ὃ δὲ ἄλλης εἶχετο. Ἐπεὶ τε γὰρ τάχιστα ἐπύθετο τὸν Πέρσην διαβεβηκῆτα τὸν Ἑλλήσποντον, πέμπει πενηκοντέροισι τρισὶ Κάδμον τὸν Σκύθειω, ἀν-

ille significare voluit: nempe satis constat, praestantissimam anni partem ver esse; suum autem exercitum praestantissimam partem dixit in Graecorum exercitu. Itaque Graeciam, societate ipsius destitutam, comparavit cum anno, cui ver sit exemptum.

(163.) Legati igitur Graecorum, hisce cum Gelone actis, domum navigarunt. Atque ita tunc *Gelon*, timens quidem Graecis, veritusque ne superando Barbaro impares sint futuri, sed indignum et intolerabile existimans, regem Siciliae, in Peloponnesum traicientem, sub imperio esse Lacedaemoniorum; hanc quidem aspernatus est conditionem, sed aliam rationem est secutus. Simul atque Persam intellexit traiecisse Hellespontum, cum tribus navibus actuariis quinquaginta remorum Cadum, Scythae filium, genere Coum, Delphos misit, multis pecuniis et pa-

δρα Κῶον, ἐς Δελφοὺς, ἔχοντα χρήματα πολλά καὶ 10
 Σιλίους λόγους, παραδοκῆσοντα τὴν μάχην, ἣ πεσέε-
 ται· καὶ ἦν μὲν ὁ Βάρβαρος νικᾷ, τά τε χρήματα αὐ-
 τῷ δίδόναι, καὶ γῆν τε καὶ ὕδωρ τῶν ἄρχει ὁ Γέλων·
 164 ἦν δὲ οἱ Ἕλληνες, ὀπίσω ἀπάγειν. Ὁ δὲ Κάδμος
 οὗτος, πρότερον τούτων παραδεξάμενος παρὰ πατρός
 τὴν τυραννίδα Κῶων εὐ βεβηκυῖαν, ἐκὼν τε εἶναι, καὶ
 δεινοῦ ἐπιόντος οὐδενός, ἀλλὰ ἀπὸ δικαιοσύνης, ἐς μέ-
 σσον Κῶοισι καταθεῖς τὴν ἀρχὴν, οἴχετο ἐς Σικελίην. 5
 ἔνθα μετὰ Σαμίων ἔσχε τε καὶ κατοίκησε πόλιν Ζάγ-
 κλην, τὴν ἐς Μεσσήνην μεταβαλοῦσαν τὸ οὔνομα. τοῦ-
 τον δὴ ὦν ὁ Γέλων τὸν Κάδμον καὶ τοιοῦτῳ τρόπῳ ἀπι-
 κόμενον, διὰ δικαιοσύνην τὴν οἱ αὐτὸς ἄλλην συνήδεε
 εἶδον, ἔπεμπε ὅς ἐπὶ τοῖσι ἄλλοισι δικαίοισι τοῖσι ἐξ 10
 ἑαυτοῦ ἐργασμένοισι, καὶ τότε οὐκ ἐλάχιστον τούτων

cificis mandatis instructum, qui belli exitum exspectaret; et quidem, si vicisset Barbarus, pecunias ei et terram et aquam nomine Gelonis traderet; sin Graeci vicissent, pecunias reportaret. (164.) *Cadmus* hic antea, quum patri in regnum Coorum firmo rerum statu successisset, sua sponte, nullo imminente periculo, sola iustitia ductus, in medio Cois deposuerat regnum, et in Siciliam migraverat. Ibi cum Samiis Zanclam urbem tenuit habitavitque, cuius nomen in Messanam mutatum est. Hunc igitur Cadmum, qui isto modo in Siciliam venerat, Gelon propter reliquam etiam viri iustitiam sibi perspectam, Delphos misit: isque praeter alia iustitiae documenta etiam hoc non minimum a se editum reliquit, quod, quum magnas in manibus haberet pecu-

ἐλείπετο. κρατήσας γὰρ μεγάλων χρημάτων, τῶν οἱ
 Γέλων ἐπετρέπετο, παρεὸν κατασχέσθαι, οὐκ ἐβέλησε
 ἀλλ', ἐπεὶ οἱ Ἕλληνες ἐπεκράτησαν τῇ ναυμαχίᾳ, καὶ
 15 Ξέρξης οἰχώκεε ἀπελαύνων, καὶ δὴ καὶ ἐκεῖνος ἀπίκε-
 το ἐς τὴν Σικελίην, ἀπὸ πάντα τὰ χρήματα ἄγων.

Λέγεται δὲ καὶ τὰδε ὑπὸ τῶν ἐν Σικελίᾳ οἰκημένων, 165
 ὡς ὅμως, καὶ μέλλων ἀρχεσθαι ὑπὸ Λακεδαιμονίων ὁ
 Γέλων, ἐβοήθησε ἀν τοῖσι Ἕλλησι, εἰ μὴ ὑπὸ Θήρω-
 νος τοῦ Αἰνησιδήμου Ἀκραγαντίνων μονάρχου ἐξελα-
 5 θεὶς ἐξ Ἰμέρης Τήριλλος ὁ Κρινίππου, τύραννος ἐὼν
 Ἰμέρης, ἐπῆγε ὑπ' αὐτὸν τὸν χρόνον τοῦτον Φοινίκων
 καὶ Λιβύων καὶ Ἰβήρων καὶ Λιγύων καὶ Ἐλισύκων
 καὶ Σαρδονίων καὶ Κυρυνίων τριήκοντα μυριάδας, καὶ
 στρατηγὸν αὐτέων Ἀμίλκων τὸν Ἄννωνος, Καρχηδονίων
 10 ἕντα βασιλῆα· κατὰ ξεινίην τε τὴν ἑαυτοῦ ὁ Τήριλ-

nias a Gelone sibi creditas, intervertere eas, quam-
 quam nihil prohibebat, noluerit; sed, postquam pu-
 gna navali vicissent Graeci, et Xerxes cum exercitu
 abiisset, ipse etiam in Siciliam reversus pecunias om-
 nes Geloni reportaverit.

(165.) Memorant etiam Siculi, quamvis sub imperio
 futurum Lacedaemoniorum, vel sic tamen *Gelonem*
 subsidio venturum fuisse Graecis, nisi *Terillus* Cri-
 nippi filius, Himeræ tyrannus, a Therone Aenesi-
 demi filio, Agrigentinarum monarchâ, Himerâ eie-
 ctus, sub idem tempus trecenta millia Poenorum et
 Libyum et Iberorum et Ligurum et Helisycorum et
 Sardorum et Corsicanorum, horumque ducem *Amil-
 carem* Annonis filium, regem Carthaginensium, in
 Siciliam transduxisset. Nempe Amilcarem ad istam

λος ἀναγνώσας, καὶ μάλιστα διὰ τὴν Ἀναξίλειω τοῦ Κρητίεω προθυμίην, ὃς Ῥηγίου ἐὼν τύραννος, τὰ ἑαυτοῦ τέκνα δούς ὀμήρους Ἀμίλκα, ἐπῆγέ μιν ἐπὶ τὴν Σικελίην, τιμωρέων τῶ πενθερῶ. Τηρίλλου γὰρ εἶχε θυγατέρα Ἀναξίλειως, τῇ οὐνομα ἦν Κυδίππη. οὕτω 15 δὴ οὐκ οἶόν τε γεγόμενον βοηθέειν τὸν Γέλωνα τοῖσι Ἑλ-
 166 λησι, ἀποπέμπειν ἐς Δελφοὺς τὰ χρήματα. Πρὸς δὲ, καὶ τὰδε λέγουσι, ὡς συνέβη τῆς αὐτῆς ἡμέρης ἐν τε τῇ Σικελίᾳ-Γέλωνα καὶ Θήρωνα νικᾶν Ἀμίλκαν τὸν Καρχηδόνιον, καὶ ἐν Σαλαμῶνι τοὺς Ἕλληνας τὸν Πέρσην. Τὸν δὲ Ἀμίλκαν, Καρχηδόνιον εὐόντα πρὸς πα- 5 τρὸς, μητρόθεν δὲ Συρηκούσιον, βασιλεύσαντά τε κατ' ἀνδραγαθίην Καρχηδονίων, ὡς ἡ συμβολή τε ἐγένετο, καὶ ὡς ἐσσοῦτο τῇ μάχῃ, ἀφανισθῆναι πυνθάνομαι· οὔτε

suscipiendam expeditionem induxerat Terillus, pro hospitii iure opem eius implorans: maxime vero cum commoverat Anaxilai studium, Cretinae filii; qui, quum Rhegii esset tyrannus, traditis Amilcari filiis suis obsidibus, persuaserat ei ut in Siciliam traiceret ad opem socero suo ferendam: filiam enim Terilli, nomine Cydippen, in matrimonio Anaxilaus habuit. Ita igitur *Gelonem*, aiunt, quum Graecis auxilio venire non potuisset, pecunias Delphos misisse. (166.) Ad haec memorant, eodem die in Sicilia *Gelonem* et *Theronem* Amilcarem Carthaginiensem praelio superasse, quo die Gracci ad Salaminem Persas superarunt. *Amilcarem* vero, qui a patre Carthaginiensis, a matre vero Syracusius fuit, et ob virtutem ad regiam dignitatem a Carthaginiensibus erat promotus; hunc, audio, postquam collatis signis vi-

γὰρ ζῶντα, οὔτε ἀποθανόντα Φανῆσαι οὐδαμοῦ γῆς· τὸ
 πᾶν γὰρ ἐπέξελθεῖν διζήμενον Γέλωνα. Ἔστι δὲ ὑπ' 167
 αὐτέων Καρχηδονίων ὁδὲ ὁ λόγος λεγόμενος, οἰκίτι χρεω-
 μένων, ὡς οἱ μὲν βάρβαροι τοῖσι Ἑλλησι ἐν τῇ Σικε-
 λίῃ ἐμάχοντο ἐξ ἡοῦς ἀρξάμενοι μέχρι δειλῆς ὀψίης· ἐπὶ
 5 τοσοῦτο γὰρ λέγεται ἐλκῦσαι τὴν σύστασιν· ὁ δὲ Ἀμίλ-
 κας ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ μένων ἐν τῷ στρατοπέδῳ, ἐθύετο
 καὶ ἐκαλλιρέετο, ἐπὶ πυρῆς μεγάλης σώματα ὅλα κα-
 ταγίζων· ἰδὼν δὲ τροπὴν τῶν ἑαυτοῦ γινομένην, ὡς ἔτυ-
 χε ἐπισπένδων τοῖσι ἱροῖσι, ὥσε ἑαυτὸν ἐς τὸ πῦρ· οὕτω
 10 δὴ κατακαυθέντα ἀφανισθῆναι. ἀφανισθέντι δὲ Ἀμίλ-
 κᾷ τρόπῳ εἴ τε τοιούτῳ, ὡς Φοίνικες λέγουσι, εἴ τε ἐτέ-
 ρῳ, ὡς Συρηκούσιοι, Καρχηδόνιοι τοῦτο μὲν οἱ θύουσι,
 τοῦτο δὲ μνήματα ἐποίησαν ἐν πάσῃσι τῆσι πόλινσι τῶν

CLXVII. 2. οἰκίτι ex coniect. εἰκόνη olim edd. cum msstis.

ctus est praelio, disparuisse: nec enim vivum, nec mortuum, usquam terrarum fuisse repertum, quamquam Gelon omnia diligentissime perquisiverit. (167.) Narrant vero Poeni, probabili ratione utentes, Barbaros cum Graecis in Sicilia ab solis ortu usque ad vesperam pugnasse; (eo enim usque extraxisse pugnam;) Amilcarem autem per id tempus in castris manentem sacra fecisse et perlitasse, integra corpora super ingente pyra cremantem; tum vero, quum, vinum forte infundens sacris, suos vidisset in fugam versos, se ipsum in ignem coniecisse, atque ita crematum nusquam comparuisse. Eidem vero Amilcari, sive hac ratione, quam Poeni narrant, e conspectu hominum remoto, sive alia quam Syracusii tradunt, Carthaginienses et sacra faciunt et in om-

ἀποικίδων, ἐν αὐτῇ τε μέγιστον Καρχηδόνι. τὰ μὲν ἀπὸ Σικελίης, τοσαῦτα.

15

168 Κερκυραῖοι δὲ, τάδε ὑποκοινάμενοι τοῖσι ἀγγέλοισι, τοιαῦτα ἐποίησαν· καὶ γὰρ τούτους παρελάμβανον οἱ αὐτοὶ οἵπερ καὶ εἰς Σικελίην ἀπίκατο, λέγοντες τοὺς αὐτοὺς λόγους τοὺς καὶ πρὸς Γέλωνα ἔλεγον. οἱ δὲ παραυτίκα μὲν ὑπίσχοντο πέμψειν τε καὶ ἀμυνέειν, 5 Φράζοντες ὡς „οὐ σφί περιοπτή ἐστὶ ἡ Ἑλλὰς ἀπολλυμένη· ἦν γὰρ σφαλῆ, σφεῖς γε οὐδὲν ἄλλο ἢ δουλεύουσιν τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερέων· ἀλλὰ τιμωρητέον εἶη εἰς τὸ δυνατώτατον.“ Ὑπεκρίναντο μὲν οὕτω εὐπρόσωπα. ἐπεὶ δὲ ἔδει βοηθῆειν, ἄλλα νοεῦντες, ἐπλήρωσαν 10 νέας ἑξήκοντα· μόγις δὲ ἀναχθέντες, προσέμιξαν τῇ Πελοποννήσῳ, καὶ περὶ Πύλον καὶ Ταίναρον γῆς τῆς

nibus civitatibus, quae ipsorum sunt coloniae, monumenta erexerunt, maximum vero in ipsa Carthagine. Sed haec de *Siculis rebus* hactenus.

(168.) *Corcyraci* vero aliud legatis responderunt, aliud fecerunt: nam et hos ad societatem invitaverunt iidem qui in Siciliam erant missi; eademque oratione apud hos usi sunt qua apud Gelonem. Et hi quidem statim polliciti sunt auxilia se missuros, dicentes *non negligendam sibi esse salutem Graeciae; quae si periret, nihil aliud sibi fore reliquum, nisi ut proximo quoque die servitutem servirent: itaque, quanta maxima vi possent, illi succurrendum*. Ita speciose responderant. At ubi adfuit auxilia mittendi tempus, ibi tum, alia sentientes, naves quidem compleverunt sexaginta: sed aegre in altum proVecti Peloponnesum adierunt, et circa Pylum et

Λακεδαιμονίων ἀνεκώχευεν τὰς νέας, καταδοκέοντες καὶ
 οὔτοι τὸν πόλεμον, ἢ πεσέεται· ἀελπτέοντες μὲν τοὺς
 15 Ἕλληνας ὑπερβαλέεσθαι, δοκέοντες δὲ τὸν Πέρσῃν, κα-
 τακρατήσαντα πολλὸν, ἄρξειν πάσης τῆς Ἑλλάδος.
 Ἐποίευν αὖν ἐπίτηδες, ἵνα ἔχωσι πρὸς τὸν Πέρσῃν λέγειν
 τοιαῦδε· „ὦ βασιλεῦ, ἡμεῖς, παραλαμβανόντων τῶν
 „Ἑλλήνων ἡμέας εἰς τὸν πόλεμον τοῦτον, ἔχοντες δύνα-
 20 „μιν οὐκ ἐλαχίστην, οὐδὲ νέας ἐλαχίστας παρασχόν-
 „τες αὖν, ἀλλὰ πλείστας μετὰ γε Ἀθηναίους, οὐκ ἔθε-
 „λήσαμεν τοι ἐναντιοῦσθαι, οὐδέ τι ἀποθύμιον ποιῆσαι.“
 Τοιαῦτα λέγοντες ἠλπίζον πλεόν τι τῶν ἄλλων οἴσε-
 σθαι· τὰ περ αὖν καὶ ἐγένετο, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. πρὸς δὲ
 25 τοὺς Ἕλληνας σφί σκῆψις ἐπεποιήτο, τῇ περ δὴ καὶ
 ἐχρήσαντο. αἰτιωμένων γὰρ τῶν Ἑλλήνων ὅτι οὐκ ἐβοή-

Taenarum Laconicae terrae, inhibitis velis naves in
 alto tenentes, exspectarunt hi quoque exitum belli;
 minime quidem sperantes fore ut Graeci superiores
 discedant, sed existimantes Persam ingenti reportatâ
 victoriâ universae Graeciae imperio potiturum. Ita-
 que consulto id fecerunt, quo haec et talia Xerxi
 dicere possent: *Nos, Rex, quum Graeci ad huius
 belli societatem adsciscerent, qui copias non mi-
 nimas habemus, et navium haud minimum nume-
 rum praebere poteramus, sed maximum post Athe-
 nienses, nolimus contra te arma ferre, aut quid-
 quam quod ingratum tibi foret, facere.* Talia di-
 cendo sperabant melius secum, quam cum aliis,
 actum iri: quod etiam eventurum fuerat, ut equidem
 opinor. Adversus Graecos vero alia eis parata ex-
 cusatio erat, qua etiam usi sunt. Accusantibus enim
 illos Graecis quod auxilia non misissent, dixerunt:

θεον, ἔφασαν „πληρῶσαι μὲν ἑξήκοντα τριήρεις, ὑπὸ δὲ ἑτησιῶν ἀνέμων ὑπερβαλέειν Μαλέην οὐκ οἴοί τε γενέσθαι· οὕτω οὐκ ἀπικέσθαι ἐς Σαλαμίνα, καὶ οὐδεμιῇ κακότητι λειφθῆναι τῆς ναυμαχίης.“ Οὗτοι μὲν 30 οὕτω διεκρούσαντο τοὺς Ἴλληνας.

169 Κρηῖτες δὲ, ἐπεὶ τέ σφεας παρελάμβανον οἱ ἐπὶ τούτοισι ταχθέντες Ἰλλήνων, ἐποίησαν τοιόνδε. Πέμψαντες κοινῇ θεοπρόπους ἐς Δελφοὺς, τὸν θεὸν ἐπειρώτων, εἴ σφι ἀμεινον γίνεται τιμωρέουσι τῇ Ἰλλάδι. ἡ δὲ Πυθίη ὑπεκρίνατο· „ὦ νήπιοι, ἐπιμέμψεσθε ὅσα 5 „ὑμῖν ἐκ τῶν Μενέλεω τιμωρημάτων Μίνως ἔπεμψε „μηνίων δακρύματα, ὅτι οἱ μὲν οὐ συνεξεπρήξαντο αὐ- „τῷ τὸν ἐν Καρίκῳ θάνατον γενόμενον, ὑμεῖς δὲ κεί- „νοισι τὴν ἐκ Σπάρτης ἀρπαχθεῖσαν ὑπ' ἀνδρὸς βαρ-

complese se quidem sexaginta triremes, sed ventis etesiis prohibitos esse Maleam circumvehi; eâ causâ ad Salaminem non pervenisse, nec ullo pravo consilio factum esse, ut pugnae navali non interfuerint. Ita hi Graecos eluserunt.

(169.) *Cretenses*, postquam eos ad belli societatem invitarunt Graeci quibus id mandatum erat, hanc iniere rationem. Communi consilio Delphos missis legatis quaesiverunt ex Deo, *an ex usu ipsorum esset futurum, si opem ferrent Graeciae?* Quibus Pythia respondit: *Stulti! Conquerimini quantam vobis lacrymarum materiam immiserit Minos, iratus quod, quum Graeci vobis ad ulciscendam ipsius in Camico patratae caedem operam suam non contulissent, vos illis ad vindicandam mulierem a barbaro viro e Sparta raptam socios vos*

10 „βάρου γυναῖκα.“ Ταῦτα οἱ Κρήτες ὡς ἀπενειχθέντα
 ἤκουσαν, ἔσχοντο τῆς τιμωρίας. Λέγεται γὰρ, Μί- 170
 νων κατὰ ζήτησιν Δαιδάλου ἀπικόμενον εἰς Σικανίην,
 τὴν νῦν Σικελίην καλουμένην, ἀποθανεῖν βιαίῳ θανά-
 τῳ. ἀνα δὲ χρόνον Κρήτας, Θεοῦ σφι ἐποτρύναντος,
 5 πάντας πλὴν Πολιχνιτέων τε καὶ Πραισιῶν, ἀπικόμε-
 νους στόλῳ μεγάλῳ εἰς Σικανίην, πολιιορκέειν ἐπ’ ἕτεα
 πέντε πόλιν Κάμικον, τὴν κατ’ ἐμὲ Ἀγραγαντίνοι ἐνέ-
 μοντο· τέλος δὲ, οὐ δυναμένους οὔτε ἐλεῖν, οὔτε παρα-
 μένειν, λιμῶ συνεστεῶτας, ἀπολιπόντας οἴχεσθαι. ὡς
 10 δὲ κατὰ Ἰηπυγίην γενέσθαι πλώοντας, ὑπολαβόντα
 σφέας χειμῶνα μέγαν ἐκβαλέειν εἰς τὴν γῆν. συναραχ-
 θέντων δὲ τῶν πλοίων, οὐδεμίην γὰρ σφι ἔτι κομιδὴν
 εἰς Κρήτην φαίνεσθαι, ἐνθαῦτα Ἰγίην πόλιν κτίσαντας,
 καταμεῖναι τε, καὶ μεταβαλόντας, ἀντὶ μὲν Κρητῶν,

adiunxistis! Id responsum ubi ad se relatum Cretenses
 audivere, opem Graecis ferre supersederunt. (170.)
Minoëm quippe fama est, quum Daedalum quaerens
 in Siciniam venisset, quae nunc Sicilia vocatur, vio-
 lenta morte ibi occubuisse: interiecto autem tempore
 Cretenses, hortante Deo, universos praeter Polichni-
 tas et Praesios magna cum classe in Siciliam profe-
 ctos, urbem *Camicum*, quam mea aetate *Agrigentini*
 incoluerunt, quinque annis continuis oppugnasse; ad
 extremum vero, quum nec capere urbem, nec diutius
 manere fame pressi possent, re infecta discessisse.
 Eisdem deinde, narrant, circa Iapygiam navigantes,
 ingenti oborta tempestate ad terram fuisse adpulsos,
 fractisque navibus, quum nulla in Cretam redeundi
 ratio adpareret, ibi mansisse, et condita Hyria urbe,

γενέσθαι Ἰήπυγας Μεσσαπίους, ἀντὶ δὲ εἶναι νησιώ- 15
 τας, ἠπειρώτας. ἀπὸ δὲ Ὑρίης πόλιος τὰς ἄλλας οἰκί-
 σαι, τὰς δὲ Ταραντῖνοι χρόνῳ ὕστερον πολλῶ ἕξανιστάν-
 τες προσέπταισαν μεγάλως· ὥστε Φόνος Ἑλληνικὸς
 μέγιστος οὗτος δὴ ἐγένετο πάντων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, αὐ-
 τέων τε Ταραντῖνων, καὶ Ῥηγίων· οἱ ὑπὸ Μικύθου τοῦ 20
 Χοίρου ἀναγκαζόμενοι τῶν ἀστῶν, καὶ ἀπικόμενοι τι-
 μωροὶ Ταραντῖνοισι, ἀπέθανον τρισχίλιοι οὕτω· αὐτέων
 δὲ Ταραντῖνων οὐκ ἐπέην ἀριθμός. ὁ δὲ Μίκυθος, οἰκέ-
 τής ἐὼν Ἀναξίλειω, ἐπίτροπος Ῥηγίου καταλέλειπτο·
 οὗτος ὅσπερ ἐκπεσὼν ἐκ Ῥηγίου, καὶ Τεγέην τὴν Ἀρκά- 25
 δαν οἰκήσας, ἀνέθηκε ἐν Ὀλυμπίῃ τοὺς πολλοὺς ἀν-
 171 δριάντας. Ἀλλὰ τὰ μὲν κατὰ Ῥηγίους τε καὶ Τα-

ex *Cretensibus* mutato nomine *Iapyges Messapios*,
 et ex insulanicis incolis continentis esse factos : tum
 deinde ex Hyria reliquas ab eisdem ductas conditas-
 que esse colonias, quas longo interiecto tempore
 evertere conantes *Tarentini* ingentem cladem passi
 sunt, ut caedes haec hominum gracci generis maxima
 fuerit omnium quas novimus, tam ipsorum *Tarenti-*
norum, quam *Rheginorum*. Ex *Rheginis* enim civi-
 bus, qui, a *Micytho Choeri* filio vi coacti, auxilio
Tarentinis venerant, ea occasione perierunt tria mil-
 lia; ipsorum vero *Tarentinorum* tanta fuit multitudo,
 ut iniri numerus non potuerit. *Micythus* autem, qui
 minister fuit *Anaxilai*, *Rhegi* relictus erat ad admi-
 nistrandam urbem; idem qui deinde *Rhegio* pulsus,
Tegeam Arcadiae habitavit, et multas illas *Olympiacae*
 statuas dedicavit. (171.) Sed haec de *Rheginis* et
Tarentinis in transcurso dicta sunt. In *Cretam* vero

585, 39.

ραντίνους, τοῦ λόγου μοι παρενθήκη γέγονε. Ἐς δὲ τὴν
 Κρήτην ἐρημαβεῖσαν, ὡς λέγουσι Πραΐσιοι, ἐσοικίξε-
 σθαι ἄλλους τε ἀνθρώπους, καὶ μάλιστα Ἑλληνας·
 5 τρίτη δὲ γενεὴ μετὰ Μίνωα τελευτήσαντα, γενέσθαι τὰ
 Τρωϊκὰ ἐν τοῖσι οὐ Φλαυροτάτους φαίνεσθαι ἔοντας
 Κρητῆτας τιμωροὺς Μενέλεω. ἀντὶ τούτων δὲ σφι, ἀπονο-
 στήσασι ἐκ Τροίης, λιμὸν τε καὶ λοιμὸν γενέσθαι καὶ
 αὐτοῖσι καὶ τοῖσι προβάτοισι ἕς τε, τὸ δεύτερον ἐρημα-
 10 θεΐσης Κρητῆς, μετὰ τῶν ὑπολοίπων τρίτους αὐτὴν νῦν
 νέμεσθαι Κρητῆτας. Ἡ μὲν δὴ Πυθίη ὑπομνήσασα ταῦ-
 τα, ἔσχε βουλομένους τιμωρέειν τοῖσι Ἑλλησι.

Θεσσαλοὶ δὲ ὑπὸ ἀναγκαίης τὸ πρῶτον ἐμήδισαν, 172
 ὡς διέδεξαν ὅτι οὐ σφι ἦνδανε τὰ οἱ Ἀλευάδαι ἐμηχα-
 νέωντο. ἐπεὶ τε γὰρ ἐπυθέατο τάχιστα μέλλοντα δια-

hominibus viduatam immigrasse, aiunt Praesii, alios
 homines, maximeque Graecos: tertia vero post Mi-
 nois obitum generatione gestum esse bellum Troia-
 num, in quo non postremi ordinis adiutores Menelai
 Cretenses fuisse satis aiunt constare. Pro ista vero
 opera Graecis navata, postquam a Troia rediissent
 Cretenses, famem pestemque et ipsis et gregibus ipso-
 rum esse obortam; denique, desolatâ iterum Cretâ,
 tertios nunc Cretenses unâ cum his, qui e superio-
 ribus reliqui fuissent, eam habitare. Haec igitur in
 memoriam illis revocans Pythia prohibuit auxilia
 Graecis mittere volentes.

(172.) *Thessali* primum necessitate coacti Me-
 dorum partes sequi coeperunt, postquam ostende-
 runt non sibi placere Aleuadarum artificia. Nam si-

βαίνειν τὸν Πέρσῃν εἰς τὴν Εὐρώπην, πέμπουσι εἰς τὸν Ἴσθμὸν ἀγγέλους. ἐν δὲ τῷ Ἴσθμῷ ἔσαν ἀλισμένοι 5
 πρόβουλοι τῆς Ἑλλάδος, ἀραιορημένοι ἀπὸ τῶν πολίων
 τῶν τὰ ἀμείνω Φρονεουσέων περὶ τὴν Ἑλλάδα. ἀπικό-
 μενοι δὲ ἐπὶ τούτους τῶν Θεσσαλῶν οἱ ἀγγελοὶ, ἔλε-
 γον „ Ἄνδρες Ἕλληνες, δεῖ φυλάσσεσθαι τὴν ἐσβολὴν
 „ τὴν Ὀλυμπικὴν, ἵνα Θεσσαλίη τε καὶ ἡ σύμπα- 10
 „ σα ἢ Ἑλλάς ἐν σκέπῃ τοῦ πολέμου. ἡμεῖς μὲν νυν
 „ ἐτοῖμοί εἰμεν συμφυλάσσειν· πέμπειν δὲ χρὴ καὶ
 „ ὑμέας στρατιὴν πολλήν· ὡς, εἰ μὴ πέμψετε, ἐπίστα-
 „ σθε ἡμέας ὁμολογήσειν τῷ Πέρσῃ. οὐ γὰρ τοι προ-
 „ κατημένους τσοῦτο πρὸ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος, μούνουσ 15
 „ πρὸ ὑμέων δεῖ ἀπολέσθαι. βοηθέειν δὲ οὐ βουλόμενοι,
 „ ἀναγκαίην ἡμῖν οὐδεμίην οἰοί τέ ἐστε προσφέρειν· οὐ-

mulatque intellexerunt Persam esse in Europam tra-
 iecturum, legatos in Isthmum miserant, ubi conve-
 nerunt legati a civitatibus meliora sentientibus de-
 lecti, qui pro salute Graeciae deliberarent. Ad hos
 ubi venerant Thessalorum legati, hac oratione usi
 erant: *Viri Graeci! Custodire oportet fauces
 Olympicas, quo Thessalia et universa Graecia a
 bello tuta praestetur. Sumus quidem nos parati
 ad eas vobiscum custodiendas, sed et vos oportet
 validum mittere exercitum: etenim, nisi miseritis,
 scitote nos cum Persa foedus esse inituros. Nec
 enim profecto aequum est, ut nos, qui ante reli-
 quam Graeciam adeo sumus expositi, soli pro
 vobis pereamus. Quod si vos opem ferre non vul-
 tis, nullam nobis necessitatem poteritis imponere;
 ultra vires enim cogi nemo potest: sed ipsi dabi-*

„δαμᾶ γὰρ ἀδυνασίας ἀνάγκη κρέσσων ἔφου· ἡμεῖς δὲ
 „πειρησόμεθα αὐτοῖ τινα σωτηρίην μηχανεώμενοι.“ Ταῦ-
 20 τα ἔλεγον οἱ Θεσσαλοί. Οἱ δὲ Ἕλληνες πρὸς ταῦτα 173
 ἐβουλεύσαντο εἰς Θεσσαλίην πέμπειν κατὰ θάλασσαν
 πεζὸν στρατὸν, φυλάζοντα τὴν ἐσβολὴν. ὡς δὲ συνελέ-
 χθη ὁ στρατὸς, ἔπλεε δι' Εὐρίπου· ἀπικόμενος δὲ τῆς
 5 Ἀχαιΐης εἰς Ἄλον, ἀποβαὲς ἐπορεύετο εἰς Θεσσαλίην,
 τὰς νέας αὐτοῦ καταλιπὼν· καὶ ἀπίκητο εἰς τὰ Τέμ-
 πεα εἰς τὴν ἐσβολὴν, ἥπερ ἀπὸ Μακεδονίης τῆς κάτω
 εἰς Θεσσαλίην φέρεται παρά Πηνειὸν ποταμὸν, μεταξύ δὲ
 10 Ὀλύμπου τε οὐρεὸς ἔοντα καὶ τῆς Ὀσσης. ἐνθαῦτα
 ἐστρατοπέδευον τῶν Ἑλλήνων κατὰ μυρίους ὀπλιται
 συλλεγέμενοι· καὶ σφι προσῆν ἢ τῶν Θεσσαλῶν ἵππος.
 ἐστρατήγεε δὲ Λακεδαιμονίων μὲν, Εὐαίνετος ὁ Καρή-
 νου, ἐκ τῶν πολεμάρχων ἀραιρημένος, γένεος μέντοι

mus operam ut saluti nostrae consulamus. Haec
 Thessalorum fuit oratio. (173.) Qua audita oratione
 decreverunt Graeci pedestrem exercitum mari in
 Thessaliam mittere, qui fauces illas custodiret. Qui
 ubi collectus est exercitus, per Euripum navigavit;
 et postquam Alon Achaiae pervenit, in terram ex-
 positus, relictis ibi navibus, in Thessaliam ire perre-
 xit: et in Tempe pervenit, ubi sunt fauces quae ex
 inferiori Macedonia in Thessaliam ferunt secundum
 Peneum fluvium, qui inter Olympum montem et
 Ossam interfluit. Ibi castra posuerunt collecta Grae-
 corum circa decem millia graviter armatorum: cum
 eisque Thessalorum erat equitatus. Imperator erat
 Lacedaemoniorum, *Euaenetus* Careni filius, ex po-
 lemarchis electus, non quidem ex regia familia na-

ἐὼν οὐ τοῦ βασιλείου· Ἀθηναίων δὲ, Θεμιστοκλῆς ὁ
 Νεοκλῆος. Ἐμμεῖναι δὲ ὀλίγας ἡμέρας ἐνθαῦτα. ἀπικό- 15
 μνοι γὰρ ἄγγελοι παρὰ Ἀλεξάνδρου τοῦ Ἀμύντεω,
 ἀνδρὸς Μακεδόνας, συνεβούλευόν σφι ἀπαλλάσσεσθαι,
 μηδὲ μένοντας ἐν τῇ ἐσβολῇ, καταπατηθῆναι ὑπὸ
 τοῦ στρατοῦ ἐπίοντος· σημαίνοντες τὸ πλῆθός τε τῆς
 στρατῆς καὶ τὰς νέας. ὡς δὲ οὗτοί σφι ταῦτα συνε- 20
 βούλευον, χρηστὰ γὰρ ἐδόκεον συμβουλεύειν, καὶ σφι
 εὖνος ἐφαίνετο ἑὼν ὁ Μακεδῶν, ἐπείθοντο. δοκέειν δὲ
 μοι, ἀρρώδιή ἦν τὸ πείθον, ὡς ἐπύθοντο καὶ ἄλλην εὐ-
 σαν ἐσβολὴν ἐς Θεσσαλοὺς κατὰ τὴν ἄνω Μακεδονίην
 διὰ Περρῶν κατὰ Γόννον πόλιν, τῇ περὶ δὴ καὶ ἐσέ- 25
 βαλε ἡ στρατιὴ ἡ Ξέρξεω. καταβάντες δὲ οἱ Ἕλληνες

tus; Atheniensium vero, *Themistocles* Neoclis filius.
 At nonnisi paucos dies hi ibi manserunt. Advenien-
 tes enim ab *Alexandro* Macedone, Amyntae filio,
 legati suaserunt eis ut discederent, *ne in his faucibus*
manentes conculcarentur ab invadente exercitu;
 quibus verbis illi multitudinem copiarum pedestrium
 nauticarumque significarunt. His igitur ita suadenti-
 bus, quum salutare videretur consilium, satisque
 constaret bene adversus ipsos animatum esse Mace-
 donem, paruerunt Graeci. Mihi vero videtur metus
 fuisse, qui illis ut discederent suaserit, quum intel-
 lexissent aliam praeter hanc esse viam qua in Thes-
 saliam transire hostis posset, per superiorem Mace-
 doniam et Perrhaeborum fines iuxta Gonnium urbem;
 qua etiam in Thessaliam transiit Xerxis exercitus.
 Graeci igitur, naves suas repetentes, ad Isthmum re-

587, 95.

ἐπὶ τὰς νέας, ὀπίσω ἐπορεύοντο εἰς τὸν Ἴσθμόν. Αὕτη 174
 ἐγένετο ἢ εἰς Θεσσαλίην στρατήϊν, βασιλέος τε μέλ-
 λοντος διαβαίνειν εἰς τὴν Εὐρώπην ἐκ τῆς Ἀσίας, καὶ
 ἑόντος ἤδη ἐν Ἀβύδῳ. Θεσσαλοὶ δὲ, ἐρημαθέντες συμ-
 5 μάχων, οὕτω δὴ ἐμήδισαν προθύμως, οὐδ' ἔτι ἐνδοια-
 στῶς, ὥστε ἐν τοῖσι πρήγμασι ἐφαίνοντο βασιλεῖ ἀν-
 δρες ἑόντες χρησιμώτατοι.

Οἱ δὲ Ἕλληνες ἐπεὶ τε ἀπίκατο εἰς τὸν Ἴσθμόν, ἐβου- 175
 λείοντο πρὸς τὰ λεχθέντα ἐξ Ἀλεξάνδρου, ἢ τε στή-
 σονται τὸν πόλεμον καὶ ἐν οἷοισι χώροισι. ἢ νικῶσα δὲ
 γνώμη ἐγένετο, τὴν ἐν Θερμοπύλῃσι ἐσβολὴν φυλάξαι.
 5 στεινότερην γὰρ ἐφαίνετο εἶσα τῆς εἰς Θεσσαλίην, καὶ
 ἄμα ἀγχοτέρην τε τῆς ἐωυτῶν. τὴν δὲ ἀτραπὸν, δι' ἣν
 ἤλωσαν οἱ ἀλόντες Ἑλλήνων ἐν Θερμοπύλῃσι, οὐδε ἕδε-

tro sunt profecti. (174.) Haec in Thessaliam expe-
 ditio suscepta est, quum rex in eo fuit ut in Europam
 ex Asia traiceret, iamque Abydum pervenerat. Ita
 ergo Thessali, sociis destituti, studiose, neque am-
 plius dubitanter, Medorum partes sunt amplexi, et
 in ipsis rebus gerendis utilissimos sese regi praesti-
 terunt.

(175.) Graeci postquam ad Isthmum pervenere,
 reputantes ea quae ab Alexandro nunciata erant,
 deliberarunt qua ratione bellum administrarent, et
 quibus in locis sedes belli esset statuenda. Vicit sen-
 tentia, ut *Thermopylarum fauces* custodirentur:
 nam et angustiores has esse constabat quam illas per
 quas ex Macedonia in Thessaliam transitur, simul-
 que propiores hae erant ipsorum terrae: callem au-
 tem, per quem deinde factum est ut interciperentur

σαν εὐῶσαν πρότερον ἢπερ ἀπικόμενοι ἐς Θερμοπύλας
 ἐπύθοντο Τρηχινίων. ταύτην ὦν ἐβουλευσαντο Φυλάσ-
 στοντες τὴν ἐσβολὴν, μὴ παριέναι ἐς τὴν Ἑλλάδα τὸν 10
 Βάρβαρον· τὸν δὲ ναυτικὸν στρατὸν πλέειν γῆς τῆς Ἰστι-
 αιώτιδος ἐπὶ Ἀρτεμίσιον. ταῦτα γὰρ ἀγχοῦ τε ἀλλή-
 λων ἐστὶ, ὥστε πυνθάνεσθαι τὰ κατὰ ἑκατέρους ἔοντα·
 176 οἱ τε χῶροι οὕτως ἔχουσι. Τοῦτο μὲν, τὸ Ἀρτεμί-
 σιον ἐκ τοῦ πελάγεος τοῦ Θρηϊκίου ἐξ εὐρέος συνάγε-
 ται ἐς στενὸν πόρον, τὸν μεταξὺ ἔοντα νήσου τε Σκιαά-
 δου καὶ ἡπείρου Μαγνησίας. ἐκ δὲ τοῦ στενωῦ, τῆς Εὐ-
 βοίης ἤδη τὸ Ἀρτεμίσιον δέκεται αἰγιαλός· ἐν δὲ, Ἀρτέ- 5
 μιδος ἰρόν. Ἡ δὲ αὖ διὰ Τρηχίνος ἔσοδος ἐς τὴν Ἑλλά-
 δα ἐστὶ, τῇ στενωτάτῃ, ἡμίπλεθρον. οὐ μέντοι κατὰ
 τοῦτό γ' ἐστὶ στενωτάτον τῆς χώρας τῆς ἄλλης, ἀλλ'

Graeci ad Thermopylas, ne esse quidem noverant, priusquam Thermopylas ingressi resciverunt a Trachiniis. Decreverunt igitur, custoditis illis faucibus Barbarum introitu in Graeciam prohibere, classem vero ad Artemisium terrae Histiaeotidis mittere. Nam vicina inter se sunt ista loca, ut quid utrobique geratur facile cognosci possit; et locorum haec ratio est. (176.) *Artemisium* ex aperto mari Thracico in angustum fretum coarctatur, quod est inter Scia-thum insulam et continentem Magnesiae: inde angustias illas excipit *Artemisium littus* Euboeae, in quo est Artemidos (Dianae) templum. *Fauces* autem illae, per quas ex *Trachine* in Graeciam est introitus, ubi angustissimae sunt, non ultra dimidiatum plethrum (quingenta pedes) patent. Nec vero ibi angustissimus locus universi huius tractus

ἔμπροσθὲ τε Θερμοπυλέων καὶ ἔπισθε· κατὰ τε Ἄλ-
 10 πηνούς, ἔπισθε ἔοντας, εὐῶσα ἀμαξιτὸς μούνη· καὶ ἔμ-
 προσθε, κατὰ Φοῖνικα ποταμὸν, ἀγχοῦ Ἀνθελῆς πό-
 λιος, ἀμαξιτὸς ἄλλη μούνη. τῶν δὲ Θερμοπυλέων τὸ
 μὲν πρὸς ἐσπέρης, ὄρος ἀβατόν τε καὶ ἀπέκορημον,
 ὑψηλὸν, ἀνατεῖνον ἐς τὴν Οἴτην· τὸ δὲ πρὸς τὴν ἡῶ τῆς
 15 ἑδοῦ, θάλασσα ὑποδέκεται καὶ τεναίγεια. Ἔστι δὲ ἐν
 τῇ ἐσόδῳ ταύτῃ θερμὰ λουτρά, τὰ Χύτρος καλέουσι
 οἱ ἐπιχώριοι· καὶ βωμὸς ἰδρύεται Ἡρακλέος ἐπ' αὐτοῖσι.
 ἐδέδμητο δὲ τεῖχος κατὰ ταύτας τὰς ἐσβολάς· καὶ τό-
 γε παλαιὸν πύλαι ἐπῆσαν. ἔδειμαν δὲ Φωκέες τὸ τεῖ-
 20 χος, δείσαντες, ἐπεὶ Θεσσαλοὶ ἦλθον ἐκ Θεσπρωτῶν
 οἰκήσοντες γῆν τὴν Αἰολίδα, τὴν περ νῦν ἐκτέαται. ἄτε
 δὴ πειρωμένων τῶν Θεσσαλῶν καταστρέφεισθαί σφεας,
 τοῦτο προεφυλάξαντο οἱ Φωκέες· καὶ τὸ ὕδωρ τὸ θερ-

est, sed ante et post *Thermopylas*: nam prope
 Alpenos, qui sunt post illas, nonnisi uni agendo
 vehiculo via patet: rursusque ante *Thermopylas*,
 ubi est Phoenix rivus, prope Anthelam oppidum,
 non nisi uni vehiculo patet iter. Ab occidente vero
Thermopylarum mons est praealtus, inaccessus praer-
 ruptusque, ad Oetam tendens: ab oriente vero viae,
 mare est et paludes. Sunt autem in his faucibus aquae
 calidae, quas *Chytros* [id est, *Lebetes*] incolae vo-
 cant; supra quas ara crecta est Herculi. In hisce fauci-
 bus constructus erat murus, in quo olim porta fuerat.
 Murum illum Phocenses extruxerant metu Thessa-
 lorum, qui ex Thesprotia venerant, terram Aeoli-
 dem habitaturi, quam nunc possident. Quum enim
 id agerent Thessali, ut vi subigerent Phocenses,

μὸν τότε ἐπῆκαν ἐπὶ τὴν ἔσοδον, ὡς ἂν χαραδρωθεῖη ὁ
 χάρος· πᾶν μηχανεώμενοι ὅπως μὴ σφι ἐσβάλοιεν οἱ 25
 Θεσσαλοὶ ἐπὶ τὴν χώραν. Τὸ μὲν νυν τεῖχος τὸ ἀρχαῖον
 ἐκ παλαιοῦ τε ἐδέδμητο, καὶ τὸ πλεόν αὐτοῦ ἤδη ὑπὸ
 χρόνου ἔκειτο. τοῖσι δὲ, αὐτῖς ὀρθάσασι, ἔδοξε ταύτη
 ἀπαμύνειν ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος τὸν βάρβαρον. κώμη δέ ἐστι
 ἀγχοτάτω τῆς ὁδοῦ, Ἀλπηνοὶ οὖνομα· ἐκ ταύτης δὲ 30

177 ἐπισιτιεῖσθαι ἐλογίζοντο οἱ Ἕλληνες. Οἱ μὲν νυν χῶ-
 ροι οὔτοι τοῖσι Ἕλλησι εἶναι ἐφαίνοντο ἐπιτήδεοι. ἀπαν-
 τα γὰρ προσκειψάμενοι, καὶ ἐπιλογισθέντες, ὅτι οὔτε
 πλήθει ἔξουσι χρᾶσθαι οἱ βάρβαροι, οὔτε ἵππω, ταύτη
 σφι ἔδοξε δέκεσθαι τὸν ἐπίοντα ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. ὡς δὲ 5
 ἐπύθοντο τὸν Πέρσην ἔοντα ἐν Πιερῇ, διαλυθέντες ἐκ τοῦ
 Ἰσθμοῦ, ἐστρατεύοντο αὐτέων οἱ μὲν εἰς Θερμοπύλας
 πεζῇ, ἄλλοι δὲ κατὰ θάλασσαν ἐπ' Ἀρτεμισίον.

muro isto exstructo hi sibi praecaverunt; atque etiam
 in viam, qua transitur, calidam aquam derivarunt,
 quo voraginosus fieret locus; quidlibet machinantes,
 ne in terram suam irrumperent Thessali. Murus igitur
 ille antiquitus erat aedificatus, tunc vero maiori
 ex parte corruebat vetustate. Graeci autem restituere
 cum decreverunt, et ibi Barbarum introitu Graeciae
 prohibere. Abest autem proxime a via vicus, nomi-
 ne Alpeni: ex quo rei frumentariae prospicere sta-
 tuerunt. (177.) Haec itaque loca haud dubie op-
 portuna illis visa erant: atque adeo, provisus rebus
 omnibus, reputantes nec multitudine hominum ibi
 uti posse Barbaros, nec equitatu, excipere ibidem
 impetum invadentis Graeciam hostis decreverunt.
 Quumque cognovissent in Pieria esse Persam, pedi-
 bus alii profecti sunt ad Thermopylas, alii mari ad
 Artemisium.

589, 55.

Οἱ μὲν δὴ Ἕλληνες κατὰ τάχος ἐβοήθειον διαταχθέν- 178
 τες. Δελφοὶ δ' ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἐχρηστηρίαζοντο τῷ
 θεῷ, ὑπὲρ ἑαυτῶν καὶ τῆς Ἑλλάδος καταρρώδηκότες.
 καὶ σφι ἐχρήσθη „ἀνέμοισι εὐχεσθαι· μεγάλους γὰρ
 5 τούτους ἔσεσθαι τῇ Ἑλλάδι συμμάχους.“ Δελφοὶ δὲ
 δεξάμενοι τὸ μαντήϊον, πρῶτα μὲν, Ἑλλήνων τοῖσι βου-
 λομένοισι εἶναι ἐλευθέροισι ἐξήγγειλαν τὰ χρησθέντα
 αὐτοῖσι· καὶ σφι δεινῶς καταρρώδέουσι τὸν βάρβαρον
 ἐξαγγείλαντες, χάριν ἀθάνατον κατέθεντο. μετὰ δὲ
 10 ταῦτα, οἱ Δελφοὶ τοῖσι ἀνέμοισι βωμόν τε ἀπέδεξαν
 ἐν Θυίῃ, τῆπερ τῆς Κηφισσοῦ θυγατρὸς Θυίης τὸ τέ-
 μενός ἐστι, ἐπ' ἧς καὶ ὁ χῶρος οὗτος τὴν ἐπωνυμίην
 ἔχει· καὶ θυσίησι σφεας μετήϊσαν. Δελφοὶ μὲν δὴ κα-
 τὰ τὸ χρηστήριον ἔτι καὶ νῦν τοὺς ἀνέμους ἰλάσκονται.

CLXXVIII. 11. ἐν Θυίῃ. ἐν Θυίης libri fere omnes.

(178.) Dum ita Graeci, bifariam divisi, occurrere hosti maturant; interim Delphenses, et sibi et Graeciae timentes, deum consuluerunt. Redditumque his est responsum, *precibus votisque placarent ventos; hos enim magnos Graeciae fore adiutores*. Id acceptum responsum protinus Delphenses Graecis omnibus, qui libertatem tueri cupiebant, renunciarunt; eoque nuncio apud hos, quippe ad barbari adventum vehementer trepidantes, immortalem iniecerunt gratiam. Deinde iidem Delphenses ventis aram dedicarunt in Thyia, ubi fanum est *Thyiae*, Cephissi filiae, cuius de nomine locus iste nomen invenit, sacrificiisque illos placarunt. Atque etiam nunc ex oraculi iussu ventos placant Delphenses.

- 179 Ὁ Δὲ ναυτικὸς Ξέρξῳ στρατὸς, ὁρμώμενος ἐκ
Θέρμης πόλιος, παρέβαλε νηυσὶ τῆσι ἀρίστα πλεού-
σῃσι δέκα ἰσθμὸν Σκιαθοῦ· ἐνθα ἔσαν προϋλάσσουσαι νέες
τρεις Ἑλληνίδες, Τροϊζινή τε καὶ Αἰγιναιή καὶ Ἀττι-
κή· προΐδόντες δὲ οὗτοι τὰς νέας τῶν βαρβάρων, ἐς 5
- 180 Συγὴν ὥρμησαν. Τὴν μὲν δὴ Τροϊζινήν, τῆς ἦρχε
Προξίνος, αὐτίκα αἰρέουσι ἐπισπόμενοι οἱ Βάρβαροι.
καὶ ἔπειτα τῶν ἐπιβατέων αὐτῆς τὸν καλλιστεύοντα
ἀγαγόντες ἐπὶ τῆς πλώρης τῆς νηὸς, ἔσφαξαν, διαδέ-
ξιον ποιούμενοι τὸν εἶλον τῶν Ἑλλήνων προῶτον καὶ κάλ- 5
λιστον. τῷ δὲ σφαγιασθέντι τούτῳ ὄνομα ἦν Λέων·
- 181 τάχα δ' ἂν τι καὶ τοῦ ὀνόματος ἐπαύροιο. Ἡ δὲ Αἰ-
γιναιή, τῆς ἐτρηράρχεε Ἀσωνίδης, καὶ τινὰ σφι θόρυ-
βον παρέσχε, Πυθέω τοῦ Ἰσχενοῦ ἐπιβατεύοντος, ἀν-

(179.) *Nauticus Xerxis exercitus*, Therma urbe profectus, navibus decem optime navigantibus recta Sciathum traiecit; ubi in statione erant speculatoriae tres naves Graecorum, Troezenia, Aeginensis, et Attica. Prospicientes autem hi naves Barbarorum, fugae sese mandant. (180.) Et Troezeniam quidem navem, cui praecerat Praxinus, protinus capiunt insequentes Barbari. Quo facto, ex classariis eum qui forma caeteris praestabat, in proram navis deductum, mactant, faustum omen sibi esse ducentes pulcerrimum Graecorum, quem primum omnium cepissent. Erat autem mactato huic nomen *Leo*; qui fortasse aliquatenus propter ipsum etiam hoc nomen istam sortem expertus est. (181.) Aeginensis vero triremis, cui Asonides erat praefectus, trepidationem etiam quamdam iniecit hostibus. Mi-

590, 82.

δρὸς ἀρίστου γενομένου ταύτην τὴν ἡμέρην· ὅς ἐπειδὴ ἡ
 5 ναῦς ἠλίσκετο, ἐς τοῦτο ἀντείχε μαχόμενος, ἐς ὃ κα-
 τεκρευοργήθη ἅπας· ὡς δὲ πεσὼν οὐκ ἀπέθανε, ἀλλ'
 ἦν ἔμπροσ, οἱ Πέρσαι, οἵπερ ἐπεβάτευσον ἐπὶ τῶν νεῶν,
 δι' ἀρετὴν τὴν ἐκείνου περιποιῆσαί μιν περὶ πλείστου
 ἐποίησαντο, σμύρονσί τε ἰώμενοι τὰ ἔλκεα, καὶ σινδό-
 10 νος βυσσίνης τελαμῶσι κατειλίσσοντες. καὶ μιν, ὡς ὀπί-
 σω ἀπίκοντο ἐς τὸ ἑαυτῶν στρατόπεδον, ἐπεδείκνυσαν
 ἐκπαυλεόμενοι πάσῃ τῇ στρατιῇ, περιέποντες εὖ· τοὺς
 δὲ ἄλλους, τοὺς ἔλαβον ἐν τῇ νηὶ ταύτῃ, περιεῖπον ὡς
 ἀνδράποδα. Αἱ μὲν δὲ δύο τῶν νεῶν οὕτω ἐχειρώθησαν. 182
 ἡ δὲ τρίτη, τῆς ἐπιμηράρχου Φόρμου, ἀνὴρ Ἀθηναῖος,
 Φεύγουσα, ἐξοκέλλει ἐς τὰς ἐσβολὰς τοῦ Πηνειοῦ· καὶ
 τοῦ μὲν σκάφους ἐκράτησαν οἱ Βάρβαροι, τῶν δὲ ἀν-

litabat enim in ea *Pytheas*, *Ischenoi* filius, qui fortissimum virum illo die se praestitit; et, postquam capta est navis, eo usque pugnans restitit, donec totus veluti in frusta esset concisus. Quem Persae, qui in illis navibus militabant, quum cadens non esset mortuus, sed spiraret adhuc, propter ipsius virtutem in vita servare maximi facientes, myrrhis vulnera viri curarunt, et fasciis ex byssina sindone obligarunt: eundemque, ut ad castra sua redierunt, universo exercitui summa cum admiratione ostenderunt, benigneque cum eo egerunt: reliquos autem, quos in eadem navi ceperant, mancipiorum loco habuere. (182.) Ita igitur duae ex illis navibus ab hostibus captae sunt: tertia vero triremis, cui *Phormus* praecerat Atheniensis, dum fugá se recepit, ad terram impacta est in *Penei* ostiis: et navi

δρῶν οὐ. ὡς γὰρ δὴ τάχιστα ἐπώκειλαν τὴν νέα οἱ Ἄθη- 5
ναῖοι, ἀποθορόντες, κατὰ Θεσσαλίην πορευόμενοι ἐκομί-
σθησαν εἰς Ἀθήνας. Ταῦτα οἱ Ἕλληνες οἱ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ
στρατοπεδεύομενοι πυνθάνονται παρὰ πυρσῶν ἐκ Σκιά-
θου. πυθόμενοι δὲ καὶ καταρρώδησαντες, ἀπὸ τοῦ Ἀρ-
τεμισίου μεταωρίζοντο εἰς Χαλκίδα, φυλάζοντες μὲν 10
τὸν Εὐρίπον, λείποντες δὲ ἡμεροσκόπους περὶ τὰ ὑψη-
183 λὰ τῆς Εὐβοίης. Τῶν δὲ δέκα νεῶν τῶν βαρβάρων
τρεῖς ἐπέλασαν περὶ τὸ ἔρμα τὸ μεταξὺ ἐὼν Σκιάθου
τε καὶ Μαγνησίης, καλεόμενον δὲ Μύρμηκα. ἐνθαῦτα
οἱ βάρβαροι ἐπειδὴ στήλην λίθου ἐπέθηκαν, κομίσαντες
ἐπὶ τὸ ἔρμα, ὀρμηθέντες αὐτοὶ ἐκ Θέρμης, ὡς σφι τὸ 5
ἐμποδῶν ἐγεγόνεε καθαρὸν, ἐπέπλεον πάσῃσι τῆσι νηυ-
σὶ, ἑνδεκα ἡμέρας παρέντες μετὰ τὴν βασιλέος ἐξέ-

quidem potiti sunt barbari, viris autem non item. Hi enim, simulatque ad littus navem eieccrant, exsilire, et per Thessaliam iter facientes redierunt Athenas. Haec ubi Graeci, ad Artemisium castra habentes, per ignes ex Sciatho editos cognoverunt, territi, ab Artemisio ad Chalcidem cum classe se receperunt, Euripum custodituri, relictis quidem speculatoribus in editis Euboeae locis. (183.) Ex decem, quas dixi, navibus hostium tres ad scopulum accesserunt inter Sciathum et Magnesiam interiectum, qui *Myrmex* [id est, *Formica*] vocatur, super eoque Barbari advectam lapideam columnam erexerunt. Dein, quum iam nihil amplius navigationi obstaret, praetermissis ab regis ex Therma profectione undecim diebus, ipsi omnibus navibus Therma profecti, cursum versus Graeciam continuarunt. Scopulum

591, 12.

λασιν ἐκ Θέρμης. τὸ δὲ ἔργον σφί καταγῆσατο, ἐὼν
 ἐν πρόῳ μάλιστα, Πάμμων Σκύριος. πανημερὸν δὲ
 10 πλώνοντες οἱ βάρβαροι, ἐξανύουσι τῆς Μαγνησίης χώ-
 ρης ἐπὶ Σηπιάδα τε καὶ τὸν αἰγιαλὸν τὸν μεταξὺ Κα-
 σθαναίης τε πόλιος ἔοντα καὶ Σηπιάδος ἀκτῆς.

Μέχρῃ μὲν νυν τούτου τοῦ χώρου καὶ Θερμοπυλέων, 184
 ἀπαθῆς τε κακῶν ἔην ὁ στρατός· καὶ πλήθος ἔην τηνι-
 καῦτα ἔτι, ὡς ἐγὼ συμβαλλεόμενος εὐρίσκω, τῶσόν.
 τῶν μὲν ἐκ τῶν νεῶν τῶν ἐκ τῆς Ἀσίας, εὐσεύων ἑπτὰ
 5 καὶ διηκοσιέων καὶ χιλιέων, τὸν μὲν ἀρχαῖον ἐκάστων
 τῶν ἐθνέων ὁμίλον, ἔοντα τέσσερας καὶ εἴκοσι μυριάδας,
 καὶ πρὸς, χιλιάδα τε καὶ τετρακοσίους, ὡς ἀνὰ διηκο-
 σίους ἀνδρας λογιζομένοισι ἐν ἐκάστη νήϊ. ἐπεβάτευον
 δὲ ἐπὶ τούτων τῶν νεῶν, χωρὶς ἐκάστων τῶν ἐπιχωρίων
 10 ἐπιβατέων, Περσέων τε καὶ Μήδων καὶ Σακέων τρι-

autem illum, in medio fere freto situm, indicaverat
 eis Pammon Scyrius. Totum igitur diem navigantes
 Barbari viam confecerunt usque ad Sepiadem terrae
 Magnesiae et ad littus inter Casthanaeam oppidum
 et Sepiadem oram interiectum.

(184.) Ad hunc usque locum, et usque Thermopy-
 las, exsors malorum fuit *Xerxis exercitus*: et nu-
 merus quidem *hominum*, ut ego computando inve-
 nio, tunc adhuc hic fuit. Quum naves ex Asia pro-
 fectae numero fuerint ducentae et septem supra mille,
 veterem multitudinem ex singulis populis collectam
 reperio fuisse unum et ducenta quadraginta millia
 hominum cum quadringentis, ducenos in quaque
 navi viros supputando. Erant autem in quaque illa-
 rum navium, praeter indigenas classarios, triceni

ἦκοντα ἄνδρες. οὗτος ἄλλος ὄμιλος γίνεται τρισμύριοι,
καὶ ἑξακισχίλιοι, καὶ πρὸς, διηκόσιοί τε καὶ δέκα.
προσθήσω δ' ἔτι τούτῳ καὶ τῷ προτέρῳ ἀριθμῷ τοὺς
ἐκ τῶν πενηκοντέρων ποιήσας, ὅτι πλέον ἦν αὐτέων ἢ
ἔλασσον, ἀν' ὀγδώκοντα ἄνδρας ἐνεῖναι. συνελέχθη δὲ 15
ταῦτα τὰ πλοῖα, ὡς καὶ πρότερόν μοι εἰρήθη, τρισχί-
λια. ἤδη ἂν ἄνδρες ἂν εἶεν ἐν αὐτοῖσι τέσσερες μυριάδες
καὶ εἴκοσι. Τοῦτο μὲν νυν τὸ ἐκ τῆς Ἀσίας ναυτικὸν ἦν,
σύμπαν ἐὼν πενήκοντα μυριάδες καὶ μία, χιλιάδες τε
ἔπεισι ἐπὶ ταύτησι ἑπτὰ, καὶ πρὸς, ἑκατοντάδες ἕξ, 20
καὶ δεκάς. Τοῦ δὲ πεζοῦ, ἐβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν μυ-
ριάδες ἐγίνοντο τῶν δὲ ἰππέων, ὀκτὰ μυριάδες. προσ-
θήσω δὲ τούτοισι τὰς καμήλους τοὺς ἐλαύνοντας Ἀρα-
βίους, καὶ τοὺς τὰ ἄρματα Λίβυας, πλῆθος ποιήσας
δισμυρίους ἄνδρας. Καὶ δὴ τό τε ἐκ τῶν νεῶν καὶ τοῦ 25

viri Persae, Medi, et Sacae: quae altera multitudo
efficit homines tricies sexies mille, ducentos et de-
cem. Huic vero et superiori numero adiiciam etiam
eos, qui in quinquaginta-remorum navibus actua-
riis fuerunt; statuens in earum quaque, plus minus,
fuisse octogenos. Collecta autem huiusmodi navigia
fuerunt, ut iam ante demonstravi, ter mille: fuerint
igitur in his ducenta quadraginta hominum millia.
Itaque navales hae copiae ex Asia transductae numero
fuere quingenta septemdecim hominum millia cum
sexcentis et decem. Iam peditatus fuit decies septies
centenorum millium; equitatus vero millium octo-
ginta. His adiiciam Arabes camelis vectos, et Afros
agitantibus currus; quorum summam statuo fuisse vi-
ginti millium. Ita conficitur nauticarum et pedestrium

591, 42.

πεζοῦ πλήθος συντιθέμενον, γίνεται διηκόσιαί τε μυριά-
 δες καὶ τριήκοντα καὶ μία, καὶ πρὸς, χιλιάδες ἑπτὰ,
 καὶ ἑκατοντάδες ἕξ, καὶ δεκάς. Τοῦτο μὲν τὸ ἕξ αὐτῆς
 τῆς Ἀσίας στρατεύματα ἕξαναχθὲν εἴσῃται, ἄνευ τε τῆς
 30 Θρασηῆς τῆς ἐπομένης, καὶ τῶν σιταγωγῶν πλοίων,
 καὶ ὅσοι ἐνέπλεον τούτοισι. Τὸ δὲ δὴ ἐκ τῆς Εὐρώπης 185
 ἀγόμενον στρατεύματα ἔτι προσλογιστέα τούτῳ παντὶ
 τῷ ἐξηριθμημένῳ. δόκησιν δὲ δεῖ λέγειν. νέας μὲν νυν
 οἱ ἀπὸ Θρηίκης Ἕλληνες, καὶ ἐκ τῶν νήσων τῶν ἐπι-
 5 κειμένων τῇ Θρηίκῃ, παρείχοντο εἴκοσι καὶ ἑκατόν. ἐκ
 μὲν νυν τούτέων τῶν νεῶν, ἄνδρες τετρακισχίλιοι καὶ
 δισμύριοι γίνονται. πεζοῦ δὲ, τὸν Θρηίκης παρείχοντο,
 καὶ Παίονες, καὶ Ἑορδοὶ, καὶ Βοττιαῖοι, καὶ τὸ Χαλ-
 κιδικὸν γένος, καὶ Βρύγαι, καὶ Πίερες, καὶ Μακεδό-
 10 νες, καὶ Περραιβοὶ, καὶ Ἐνιῆνες, καὶ Δόλοπες, καὶ

copiarum numerus, in unam summam collatus, vi-
 cies ter centena et septemdecim hominum millia cum
 sexcentis et decem. Hic est igitur copiarum numerus,
 quas ex Asia eductas diximus, non computato fa-
 mulitio quod illas sequebatur, nec frumentariis na-
 vibus, et qui his vehebantur. (185.) Iam cum uni-
 verso hoc, quem enumeravimus, exercitu simul com-
 putandus ille est, qui ex Europa est contractus: de
 cuius quidem numero non nisi ex mea opinione di-
 cere possum. Ac naves quidem Graeci Thraciam et
 vicinas Thraciae insulas incolentes contulere centum
 et viginti: quibus ex navibus conficitur hominum
 numerus, viginti quatuor millia. Pedestrium vero
 copiarum, quas contulere Thraces et Paeones et
 Eordi et Bottiaei et Chalcidium genus et Brygi et
Herod. T. III. P. I. X

Μάγνητες, καὶ Ἀχαιοὶ, καὶ ὅσοι τῆς Θρηίκης τὴν παραλίην νέμονται· τούτων τῶν ἐθνέων, τριήκοντα μυριάδας δοκέω γενέσθαι. αὐταὶ ὧν αἱ μυριάδες κείνησι προστεθεῖσαι τῆσι ἐκ τῆς Ἀσίας, γίνονται αἱ πᾶσαι ἀνδρῶν αἱ μάχιμοι μυριάδες διηκόσιαι καὶ ἑξήκοντα καὶ 15 τέσσερες, ἔπεισι δὲ ταύτησι ἑκατοντάδες ἑκκαίδεκα, 186 καὶ δεκάς. Τοῦ μαχίμου δὲ τούτου ἔοντος ἀριθμὸν τοσούτου, τὴν Φεραπήην τὴν ἐπομένην τούτοισι, καὶ τοὺς ἐν τοῖσι σιταγωγοῖσι ἀκάτοισι ἔοντας, καὶ μάλα ἐν τοῖσι ἄλλοισι πλοίοισι, τῆσι ἅμα πλέουσι τῇ στρατιῇ, τούτους τῶν μαχίμων ἀνδρῶν οὐ δοκέω εἶναι ἐλάσ- 5 σονας, ἀλλὰ πλεῦνας. καὶ δὴ σφέας ποιέω ἴσους ἐκείνοισι εἶναι, καὶ οὔτε πλεῦνας, οὔτε ἐλάσσονας οὐδέν. ἔξισούμενοι δὲ οὔτοι τῶ μαχίμῳ, ἐκπληροῦσι τὰς ἴσας

Pieres et Macedones et Perrhaebi et Enianes et Dolopes et Magnetes et Achaei et quotquot Thraciae oram maritimam habitant: copiarum, inquam, ex his populis contractarum numerum fuisse aestimo, trecenta hominum millia. Quo numero cum illorum numero, qui ex Asia transducti sunt, in unam summam collato, conficitur universus numerus armatorum, vicies sex centena et unum et quadraginta millia, sexcenti et decem. (186.) Tantus quum fuerit armatorum numerus, iam famulorum, qui hos sequebantur, eorumque qui in frumentariis erant navibus, et in reliquis utique navigiis exercitum comitantibus; horum, inquam, numerum non minorem, sed maiorem etiam, puto fuisse quam numerum armatorum: attamen parem hunc pono illi, et nihilo maiorem, nec vero etiam minorem. Exaequato igi-

592, 71.

μυριάδας ἐκείνησι. Οὕτω πεντηκοσίας τε μυριάδας καὶ
 10 εἴκοσι καὶ ὀκτώ, καὶ χιλιάδας τρεῖς, καὶ ἑκατοντάδας
 δύο, καὶ δεκάδας δύο ἀνδρῶν ἤγαγε Ξέρξης ὁ Δαρείου
 μέχρι Σηπιάδος καὶ Θερμοπυλέων. Οὗτος μὲν δὴ 187
 τοῦ συνάπαντος τοῦ Ξέρξεω στρατεύματος ἀριθμός.
 γυναικῶν δὲ σιτοποιέων, καὶ παλλακέων, καὶ εὐνού-
 χων, οὐδεὶς ἂν εἴποι ἀτρεκέα ἀριθμόν· οὐδ' αὖ ὑποζυ-
 5 γίων τε καὶ τῶν ἄλλων κτηνέων τῶν ἀχθοφόρων· καὶ
 κυνῶν Ἰνδικῶν τῶν ἐπομένων, οὐδ' ἂν τούτέων ὑπὸ πλή-
 θεος οὐδεὶς ἂν εἴποι ἀριθμόν. Ὡστε οὐδέν μοι θῶμα
 παρίσταται προδοῦναι τὰ ρέεθρα τῶν ποταμῶν ἔστι τῶν
 ἀλλὰ μᾶλλον, ὅπως τὰ σιτία ἀντέχρησε, θῶμά μοι,
 10 μυριάσι τσαυτήσι. εὐρίσκω γὰρ συμβαλλέμενος, εἰ
 χόινικα πυρῶν ἕκαστος τῆς ἡμέρης ἐλάμβανε, καὶ μη-

tur horum numero cum numero illorum, prodit
 duplus numerus superioris. Itaque quinquagies bis
 centena et octoginta tria millia ducentosque et vi-
 ginti viros duxerat Xerxes Darii filius usque ad Se-
 piadem et ad Thermopylas. (187.) Hic igitur *uni-*
versi exercitus Xerxis numerus fuit. Mulierum
 vero panificium curantium, et pellicum, et eunu-
 chorum, nemo certum edere numerum possit, non
 magis quam equorum aliorumque iumentorum im-
 pedimenta portantium, aut canum Indicorum, quo-
 rum immanis numerus castra secutus est. Quare mi-
 nime mirandum mihi videtur, fluminum nonnullo-
 rum aquam defecisse: sed illud potius miror, quo
 pacto cibaria suffecerint tot myriadibus. Etenim
 inuito calculo reperio, si unum tritici choenicem
 unusquisque in diem, nec amplius, accepit, singulis

δὲν πλέον, ἑνδεκά μυριάδας μεδίμνων τελομένων ἐπ' ἡμέρη ἐκάστη, καὶ πρὸς, τριηκοσίους τε ἄλλους μεδίμνους καὶ τεσσεράκοντα. γυναῖξι δὲ καὶ εὐνούχοισι, καὶ ὑποζυγίοισι καὶ κυσὶ, οὐ λογίζομαι. Ἄνδρῶν δ' εὐ- 15
σέων τσαυτέων μυριαδέων, κάλλεός τε εἴνεκα καὶ με-
γάθεος οὐδεὶς αὐτέων ἀξιονικότερος ἦν αὐτοῦ Ξέρξῳ ἔχων
τοῦτο τὸ κράτος.

188 Ὁ δὲ δὴ ναυτικὸς στρατὸς ἐπεὶ τε ὄρηθεις ἐπλεε, καὶ κατέσχε τῆς Μαγνησίης χώρας ἐς τὸν αἰγιαλὸν τὸν μεταξὺ Κασθαναίης τε πόλιος ἑόντα καὶ Σηπιάδος ἀκτῆς, αἱ μὲν δὴ πρῶται τῶν νεῶν ὄρμεον πρὸς γῆν, ἄλλαι δ' ἐπ' ἐκείνησι ἐπ' ἀγκυρέων· ἄτε γὰρ τοῦ αἰγια- 5

CLXXXVII. 13 seq. τριηκοσίους τε etc. Erratum in calculo: pro 340. oportebat 67.

diebus consumpta esse centena et dena millia medimnorum, insuperque medimnos trecentos et quadraginta: quo in calculo non computavi id, quod mulieribus et eunuchis et iumentis et canibus tribui debuit. Tot autem quum fuerint virorum myriades, formae praestantia et magnitudine corporis nemo, quam *Xerxes* ipse, dignior fuit qui tanto praeeset imperio.

(188.) Iam classis, postquam solutis navibus, ut supra dixi, secundo cursu ad littus terrae Magnesiae pervenit, quod inter Casthanaeam oppidum et oram Sepiadem interiectum est; priores quidem naves ad ipsam terram adpulerunt, reliquae vero, quoniam non adeo late patebat littus, post illas in ancoris stationem ceperunt, mare spectantes, et octo deinceps ordinibus in quincuncem locatae. Ita qui-

593, 98.

λαῦ ἔόντος οὐ μεγάλου, πρόκορσσαι ὀρμέοντο ἐς πόν-
 τον, καὶ ἐπὶ ὀκτὰ νέας. ταύτην μὲν τὴν εὐφρόνην οὕτω.
 Ἀμα δὲ ὄρθρω, ἐξ αἰθρίας τε καὶ νηνεμίας, τῆς θαλάσ-
 σης ζεσάσης, ἐπέπεσέ σφι χειμῶν τε μέγας καὶ πολ-
 10 λὸς ἄνεμος ἀπηλιώτης, τὸν δὴ Ἑλλησποντίνην καλέουσι
 οἱ περὶ ταῦτα τὰ χωρία οἰκημένοι. ὅσοι μὲν νυν αὐ-
 τέων αὐξόμενον ἔμαθον τὸν ἄνεμον, καὶ τοῖσι οὕτω εἶχε
 ὄρμου, οἱ δ' ἔβησαν τὸν χειμῶνα, ἀνασπάσαντες τὰς
 νέας, καὶ αὐτοὶ τε περιῆσαν καὶ αἱ νέες αὐτέων. ὅσας
 15 δὲ τῶν νεῶν μεταρσίας ἔλαβε, τὰς μὲν ἐξέφερε πρὸς
 Ἴπνους καλεομένους τοὺς ἐν Πηλῳ, τὰς δὲ ἐς τὸν αἰ-
 γιαλόν· αἱ δὲ περὶ αὐτὴν τὴν Σηπιάδα περιέπιπτον·
 αἱ δὲ ἐς Μελίβοιαν πόλιν, αἱ δὲ ἐς Κασθαναίην ἐξε-
 βράσσοντο. ἦν τε τοῦ χειμῶνος χοῆμα ἀφόρητον. Λέ- 189
 γεται δὲ λόγος, ὡς Ἀθηναῖοι τὸν Βορῆν ἐκ Θεοπροπίου

dem eam noctem transegere. Sub lucem vero, quum
 serenum ad id tempus coelum tranquillisque fuisset
 aër, subito effervescente mari *ingens* coorta est *tem-
 pestas*, vehemensque ventus subsolanus, quem *Hel-
 lespontiam* vocant huius regionis incolae. Quotquot
 igitur ex his augescentem animadverterant ventum,
 et quibus per stationis rationem licuit, hi subductis
 in terram navibus a tempestate sibi caverunt, sal-
 vique et ipsi et eorum naves evaserunt. Quas vero
 naves obliquas nactus est ventus, harum alias ad
Ipnos [id est *Furnos*] qui vocantur abripuit in Pe-
 lio monte, alias ad proximum littus adflixit: aliae ad
 ipsam Sepiadem adlisae sunt, aliae ad Meliboeam op-
 pidum, aliae ad Casthanaeam ciectae; eratque in-
 cluctabilis vis tempestatis. (189.) Fertur autem fa-

ἔπεκαλέσαντο, ἔλθόντες σφι ἄλλου χρηστηρίου „τὸν
 γαμβρὸν ἐπίκουρον καλέσασθαι.“ Βορῆς δὲ, κατὰ τὸν
 Ἑλλήνων λόγον, ἔχει γυναῖκα Ἀττικὴν, Ὀρειθυίην τὴν 5
 Ἐρεχθίδος. κατὰ δὲ τὸ κῆδος τοῦτο οἱ Ἀθηναῖοι, ὡς
 Φάτις ὄρηται, συμβαλλεόμενοι σφι τὸν Βορῆν γαμ-
 βρὸν εἶναι, καὶ ναυλοχέοντες τῆς Εὐβοίης ἐν Χαλκίδι,
 ὡς ἔμαθον αὐξόμενον τὸν χειμῶνα, ἢ καὶ πρὸ τούτου,
 ἐθύοντό τε καὶ ἐπεκαλέοντο τὸν τε Βορῆν καὶ τὴν Ὀρει- 10
 θυίην, τιμωρῆσαί σφι καὶ διαφθεῖραι τῶν βαρβάρων
 τὰς νέας, ὡς καὶ πρότερον περὶ Ἄθων. Εἰ μὲν νυν διὰ
 ταῦτα τοῖσι βαρβάροισι ὄρμέουσι ὁ Βορῆς ἐπέπεσε,
 οὐκ ἔχω εἶπαι· οἱ δ' ὦν Ἀθηναῖοί σφι λέγουσι βοηθή-
 σαντα τὸν Βορῆν πρότερον, καὶ τότε ἐκεῖνα κατεργάσα- 15
 σθαι· καὶ ἰὸν ἀπελθόντες Βορέῳ ἰδρῦσαντο παρὰ ποτα-

ma, Athenienses ex oraculi responso *Boream* invo-
 casse, quum aliud illis adlatum fuisset responsum,
 iubens eos *generum advocare auxilio*. *Boreas* enim,
 ut Graeci narrant, uxorem habuit *Atticam*, *Orithyiam*
Erechthei filiam. Pro hac igitur adfinitate
 Athenienses, ut fama est, coniectantes *Boream* suum
 esse generum, quum *Chalcide* cum navibus insidian-
 tes ingruentem sensissent tempestatem, aut iam an-
 tea, sacrificiis placarunt invocaruntque *Boream* et
Orithyiam, orantes ut auxilio sibi venirent, perde-
 rentque Barbarorum naves, sicut antea ad *Athon*
 montem. An igitur hanc ob causam in Barbaros sta-
 tionem agentes ingruerit boreas, non definiam: sed
 Athenienses quidem aiunt, et antea et tunc *Boream*
 ipsos iuvisse, atque haec effecisse: et, postquam do-
 mum sunt reversi, fanum statuerunt *Borae* ad *Ilis-*

μὸν Ἴλισσόν. Ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ νέας οἱ ἐλαχίστας 190
λέγουσι διασθαρῆναι, τετρακοσίων οὐκ ἐλάσσονας,
ἀνδρας τε ἀναριθμήτους, χρημάτων τε πλῆθος ἀσθονοῦ
ὥστε Ἀμεινοκλείῃ τῷ Κρητίνεω, ἀνδρὶ Μάγνητι, γη-
5 χέοντι περὶ Σηπιάδα, μεγάλως ἢ ναυηγίῃ ἐγένετο χρη-
στή· ὅς πολλὰ μὲν χρύσεια ποτήρια ὑστέρῳ χρόνῳ ἐκ-
βρασσόμενα ἀνείλετο, πολλὰ δὲ ἀργύρεα· θησαυρούς
τε τῶν Περσέων εὔρε, ἄλλα τε χρύσεια ἀσφατα χρή-
ματα περιεβάλλετο. ἀλλ' ὁ μὲν, τᾶλλα οὐκ εὐτυ-
10 χέων, εὐσήμεσι μέγα πλούσιος ἐγένετο· ἦν γὰρ τις καὶ
τοῦτον ἀχαρὶς συμφορῇ λυπεῦσα παιδοφόνος. Σιτα- 191
γωγῶν δὲ ὀκτάδων καὶ τῶν ἄλλων πλοίων διασθεισο-
μένων οὐκ ἐπῆν ἀριθμός· ὥστε δέισαντες οἱ στρατηγοὶ
τοῦ ναυτικοῦ στρατοῦ, μὴ σφι κεκακωμένοισι ἐπιθέων

sum fluvium. (190.) Hac calamitate, qui minimum numerum tradunt, naves periisse aiunt non minus quadringentas, homines autem innumerabiles, et rerum pretiosarum infinitam multitudinem; ita quidem, ut Aminoclii Cretinae filio, civi Magnetis, qui circa Sepiadem praedia habuit, perquam utile fuerit hoc naufragium: is enim multa deinde aurea pocula, multaque argentea, in littus eiecta sustulit, arcasque etiam reperit cimeliis Persarum repletas, et infinita alia aurea pretiosa collegit. At idem vir, quamvis locuples repertis his rebus factus, felix tamen caeteroqui non fuit: quippe tristis etiam casus cum adfluctabat, quod imprudens filium occidisset. (191.) Onerariarum autem navium frumentum vehentium, reliquorumque minorum navigiorum, quae interierunt, non erat numerus. Itaque duces classis, me-

ται οἱ Θεσσαλοὶ, ἔρκος ὑψηλὸν ἐκ τῶν ναυηγίων πε- 5
 ριεβάλλοντο. ἡμέρας γὰρ δὴ ἐχείμαζε τρεῖς. τέλος δέ,
 ἔντομά τε ποιεῦντες, καὶ καταεῖδοντες γόησι τῶ ἀνέμῳ
 οἱ Μάγοι, πρὸς τε τούτοισι, καὶ τῇ Θετί καὶ τῇσι Νη-
 ρηῖσι θύοντες, ἔπαυσαν τετάρτη ἡμέρῃ, ἢ ἄλλως κως
 αὐτὸς ἐβέλων ἐκόπασε. τῇ δὲ Θετί ἐθύον, πυθόμενοι 10
 παρὰ τῶν Ἰώνων τὸν λόγον, ὡς ἐκ τοῦ χώρου τούτου
 ἀρπασθεῖα ὑπὸ Πηλῆος, εἶη τε ἅπαντα ἢ ἀκτὴ ἢ Ση-
 πιάς ἐκείνης τε καὶ τῶν ἄλλων Νηρηίδων. ὁ μὲν δὴ τε-
 192 τάρτη ἡμέρῃ ἐπέπαυτο. Τοῖσι δὲ Ἑλλησι οἱ ἡμεροσκο-
 ποι ἀπὸ τῶν ἀκρῶν τῶν Εὐβοϊκῶν καταδραμόντες δευ-
 τέρῃ ἡμέρῃ, ἀπ' ἧς ὁ χειμῶν πρῶτος ἐγένετο, ἐσήμαινον

CXCI. 7. γόησι. γόησι *edd. ante Schaeff.* γόησι *corrigit alii,*
 cum ululatu magico.

tuentes ne in se tanta calamitate afflictos Thessali impetum facerent, alto vallo ex naufragiis parato castra circumdedere. Tres enim continuos dies tempestas duravit. Ad extremum vero Magi caesis vento victimis, adhibitisque magicis incantationibus, ad haec sacris Thetidi factis et Nereidibus, quarto die vim venti compescuerunt, sive is alioquin ipse sua sponte quievit. Thetidi autem sacra fecerunt, quum a Ionibus accepissent, ex hoc loco raptam illam fuisse a Peleo, et totam hanc oram Sepiadem eidem et reliquis Nereidibus sacram esse. Igitur ventus quidem quarto die quievit. (192.) Secundo vero die ab eo, quo primum coorta tempestas erat, speculatores ex Euboeae promontoriis decurrentes Graecis de *Persarum naufragio* omnia significarunt. Quibus rebus hi cognitis, Neptunum Servatorem precati,

595, 57.

πάντα τὰ γενόμενα περὶ τὴν ναυηγίην. οἱ δὲ, ὡς ἐπύ-
 5 θοντο, Ποσειδέωνι Σωτῆρι εὐξάμενοι, καὶ σπονδάς προ-
 χέαντες, τὴν ταχίστην ὀπίσω ἠπειγόντο ἐπὶ τὸ Ἄρτε-
 μίσιον· ἐλπίσαντες ὀλίγας τινὰς σφι ἀντιξόους ἔσεσθαι
 νῆας. οἱ μὲν δὴ τὸ δεύτερον ἐλθόντες, περὶ τὸ Ἄρτεμί-
 σιον ἐναυλόχεον, Ποσειδέωνος Σωτῆρος ἐπανυμῖν ἀπὸ
 10 τούτου ἔτι καὶ ἐς τὸδε νομίζοντες.

Οἱ δὲ βάρβαροι, ὡς ἐπαύσατό τε ὁ ἄνεμος, καὶ τὸ 193
 κῶμα ἔστρωτο, κατασπάσαντες τὰς νῆας, ἐπλεον πα-
 ρὰ τὴν ἠπειρον. κάμψαντες δὲ τὴν ἀκρὴν τῆς Μαγνη-
 σίης, ἰθείαν ἐπλεον ἐς τὸν κόλπον τὸν ἐπὶ Παγασέων
 5 Φέροντα. ἔστι δὲ χῶρος ἐν τῷ κόλπῳ τούτῳ τῆς Μα-
 γνησίης, ἐνθα λέγεται τὸν Ἡρακλῆα καταλειφθῆναι
 ὑπὸ Ἰήσονός τε καὶ τῶν συνεταίρων, ἐκ τῆς Ἀργούης
 ἐπ' ὕδαρ πεμφθέντα, εὐτ' ἐπὶ τὸ κῶας ἐπλεον ἐς Αἴαν

et votis libaminibusque factis, quanta celeritate po-
 terant ad Artemisium redire maturarunt, sperantes
 nonnisi paucas naves sibi fore adversarias. Hi igitur
 iterum ad Artemisium stationem ceperunt, hostem
 observantes: et *Neptuni Servatoris* cognomen ab
 illo tempore usque ad hunc diem apud Graecos in
 usu est.

(193.) Barbari, ut quievit ventus et compositi fue-
 runt fluctus, deductis navibus, secundum continen-
 tem navigarunt: et Magnesiaie promontorium cir-
 cumvecti, rectà in sinum qui ad Pagasas fert teten-
 derunt. Est in hoc sinu locus terrae Magnesiaie, ubi
Herculem aiunt, postquam ex Argo navi aqutum
 missus fuisset, relictum fuisse a Iasone eiusque so-
 ciis, quum Acam Colchicam ad auferendum aureum

τὴν Κολχίδα. ἐνθεῦτεν γὰρ ἔμελλον ὑδρευσάμενοι ἐς τὸ πέλαιος ἀφῆσειν· ἐπὶ τούτου δὲ τῷ χώρῳ οὐνομα γέ- 10
γονε Ἀφέται. ἐν τούτῳ ᾧ ὄρμον οἱ Ξέρξῳ ἐποιεῦντο.

194 Πεντεκαίδεκα δὲ τῶν νηῶν τούτων ἔτυχόν τε ὑσταται
πολλὸν ἐξαναχθεῖσαι, καὶ κως κατεῖδον τὰς ἐπ' Ἀρτε-
μισίῳ τῶν Ἑλλήνων νῆας, ἔδοξάν τε δὴ τὰς σφετέρας
εἶναι οἱ Βάρβαροι, καὶ πλείοντες ἐσέπεσον ἐς τοὺς πο-
λεμίους· τῶν ἐστρατήγεε ὁ ἀπὸ Κύμης τῆς Αἰολίδος 5
ὑπαρχος Σανδώκης ὁ Θαμασίου· τὸν δὴ πρότερον του-
τέων βασιλεὺς Δαρεῖος, ἐπ' αἰτῆ τοιγδε λαβὼν, ἀνε-
σταύρωσε ἔοντα τῶν βασιλῆϊῶν δικαστέων· ὁ Σανδώ-
κης ἐπὶ χρήμασι ἀδικὸν δίκην ἐδίκασε. ἀνακρεμασθέν-
τος ᾧ αὐτοῦ, λογιζόμενος ὁ Δαρεῖος, εὖρέ οἱ πλέω 10
ἀγαθὰ τῶν ἀμαρτημάτων πεποιημένα ἐς οἶκον τὸν βα-

vellus navigarent. Illinc enim, aquati, soluturi erant in pelagus; qua de re nomen loco impositum est *Aphetae*. [id est, *locus unde navis solvitur.*] Hoc igitur in loco stationem cepit Xerxis classis. (194.) Forte autem accidit, ut quindecim naves, quae postremae navigabant, longius in altum eiicerentur: quae ut conspexerunt Graecorum naves ad Artemisium stantes, suas esse naves rati Barbari, cursu versus illas directo, medios in hostes inciderunt. Dux illarum navium fuit Sandoces Thamasii filius, Cymae Aeolicae praefectus; quem superiore tempore rex Darius, quum iudex fuisset regius, compertum quod acceptâ pecuniâ iniustam sententiam pronunciasset, in crucem agi iusserat. Et iam suspensus erat, quum Darius, rationem secum iniens rerum ab illo gestarum, reperit multo plura esse eiusdem me-

σιλήϊον· εὐρῶν δὲ τοῦτο ὁ Δαρεῖος, καὶ γνοὺς ὡς ταχύ-
 τερα αὐτὸς ἢ σοφώτερα ἐργασμένος εἶη, ἔλυσε. Βασι-
 λῆα μὲν δὴ Δαρεῖον οὕτω διαφυγῶν μὴ ἀπολέσθαι, πε-
 15 ριῆν· τότε δὲ εἰς τοὺς Ἕλληνας καταπλάσας, ἐμελλε
 οὐ τὸ δεύτερον διαφυγῶν ἔσεσθαι. ὡς γὰρ σφεας εἶδον
 προσπλέοντας οἱ Ἕλληνες, μαθόντες αὐτέων τὴν γινο-
 μένην ἀμαρτάδα, ἐπαναχθέντες, εὐπετέως σφεάς εἶλον.
 Ἐν ταυτέων μιῇ Ἀριδωλις πλέων ἦλω, τύραννος Ἄλα- 195
 βάνδων τῶν ἐν Καρίῃ. ἐν ἐτέρῃ δὲ, ὁ Πάφιος στρατη-
 γὸς Πενθύλος ὁ Δημονόου· ὃς ἦγε μὲν δωδέκα νῆας ἐκ
 Πάφου, ἀποβαλὼν δὲ σφεων τὰς ἑνδεκα τῶ χειμῶνι
 5 τῶ γενομένῳ κατὰ Σηπιάδα, μιῇ τῇ περιγενομένη κα-
 ταπλέων ἐπ' Ἀρτεμισίον ἦλω. τούτους οἱ Ἕλληνες,
 ἐξιστορήσαντες τὰ ἐβούλοντο πυθέσθαι ἀπὸ τῆς Ξέρ-
 ξεω στρατιῆς, ἀποπέμπουσι δεδεμένους εἰς τὸν Κοριν-
 θίων Ἴσθμόν.

rita in regiam domum, quam male facta: quod post-
 quam Darius reperit, agnoscens properantius a se
 quam sapientius esse actum, solvi hominem iussit.
 Ita ille supplicium a Dario sibi decretum effugit,
 superstesque fuit. At idem, nunc in Graecos delatus,
 non iterum erat elapsurus: ut enim adnavigantes
 hos Graeci viderunt, cognito illorum errore, contra
 eveci, facile cunctos ceperunt. (195.) In una ha-
 rum navium navigans Aridolis captus est, Alaban-
 dorum Cariae tyrannus. In alia Paphiorum prae-
 tor Penthylus, Demonoi filius; qui quum duodecim
 naves ex Papho eduxisset, amissis illarum undecim
 tempestate ad Sepiadem, nunc unâ reliquâ ad Arte-
 misium navigans captus est. Hos Graeci, interroga-
 tos quae de Xerxis exercitu cognoscere cupiebant,
 vinctos in Corinthiorum Isthmum miserunt.

196 Ὁ μὲν δὴ ναυτικός ὁ τῶν βαρβάρων στρατός, πά-
 ρεξ τῶν πεντεκαίδεκα νεῶν τῶν εἶπον Σανδώκεα στρα-
 τηγέειν, ἀπίκετο ἐς Ἀφέτας. Ξέρξης δὲ καὶ ὁ πεζός,
 πορευθεὶς διὰ Θεσσαλίας καὶ Ἀχαιῆς, ἐσβεβληκῶς
 ἦν καὶ δὴ τριταῖος ἐς Μηλιέας· ἐν Θεσσαλίῃ μὲν ἀμιλ- 5
 λαν ποιησάμενος ἵππων τῶν ἑωυτοῦ, ἀποπειρώμενος
 καὶ τῆς Θεσσαλίας ἵππου, πυθόμενος ὡς ἀρίστη εἴη
 τῶν ἐν Ἑλλησι· ἔνθα δὴ αἱ Ἑλληνίδες ἵπποι ἐλίποντο
 πολλόν. Τῶν μὲν νυν ἐν Θεσσαλίῃ ποταμῶν, Ὀνό-
 χανος μῦθος οὐκ ἀπέχρησε τῇ στρατιῇ τὸ ρέεθρον, πι- 10
 νόμενος· τῶν δὲ ἐν Ἀχαιῇ ποταμῶν ρεόντων, οὐδὲ ὅστις
 ὁ μέγιστος αὐτέων ἐστὶ Ἠπιδανός, οὐδὲ οὗτος ἀντέσχε,
 197 εἰ μὴ Φλαύρας. Ἐς Ἄλον δὲ τῆς Ἀχαιῆς ἀπικομένῳ
 Ξέρξει, οἱ κατηγεμόνες τῆς ὁδοῦ βουλόμενοι τὸ πᾶν ἐξή-

(196.) Ita igitur Barbarorum classis, exceptis quindecim navibus, quibus praefuisse Sandocem dixi, ad Aphetas pervenit. Xerxes autem cum pedestribus copiis, itinere per Thessaliam et Achaïam facto, tertio etiam ante die in Maliensium fines erant ingressus. In Thessalia vero certamen instituerat inter suos equos et Thessalicum equitatum, cuius experiri virtutem voluit, quum rescivisset esse hunc praestantissimum totius Graeciae; et ex eo quidem certamine longe inferiores graeci equi discesserant. Ex fluviis autem Thessaliae unus Onochonus ad bibendum non satis aquae praebuit exercitui: ex eis vero qui Achaïam perfluunt, etiam is qui illorum maximus est, Epidanus, non nisi aegre duravit. (197.) Postquam Alum in Achaïa Xerxes pervenerat, viac

597, 18.

γέεσθαι, ἔλεγόν οἱ ἐπιχώριον λόγον, τὰ περὶ τὸ ἱερόν
 τοῦ Λαφυστίου Διός· ὡς Ἀθάμας ὁ Αἰόλου ἐμηχανή-
 5 σατο Φοῖξω μόρον, σὺν Ἴνῳ βουλευσας· μετέπειτα δὲ,
 ὡς ἐκ Φεοπροπίου Ἀχαιοὶ προτιβεῖσι τοῖσι ἐκείνου ἀπο-
 γόνισι ἀέβλους τοιούσδε. ὅς ἂν ἦ τοῦ γένεος τούτου πρῆσ-
 βύτατος, τούτῳ ἐπιτάξαντες ἔργεσθαι τοῦ πρυτανήϊου,
 αὐτοὶ Φυλακὰς ἔχουσι· λήϊτον δὲ καλέουσι τὸ πρυτα-
 10 νήϊον οἱ Ἀχαιοί· ἣν δὲ ἐσέλθῃ, οὐκ ἔστι ὅπως ἔξεισι πρὶν
 ἢ θύσεσθαι μέλλῃ. ὡς τε ἔτι, πρὸς τούτοισι, πολλοὶ
 ἤδη τῶν μελλόντων τουτέων θύσεσθαι, δείσαντες, οἴχον-
 το ἀποδράντες ἐς ἄλλην χώραν· χρόνου δὲ προϊέντος ὀπί-
 σσω κατελθόντες, ἣν αἰλίσκωνται ἐσελθόντες ἐς τὸ πρυ-
 15 τανήϊον, ὡς θύεταιί τε, ἐξηγέοντο, στέμμασι πᾶς πυ-
 κασθεῖς, καὶ ὡς σὺν πομπῇ ἐξαχθεῖς. ταῦτα δὲ πά-

duces omnia enarrare cupientes, indigenam famam
 ei retulerunt ad Iovis Laphystii fanum spectantem:
Athamantem Aeoli filium, consiliis cum Iuo com-
 municatis, *Phrixo* mortem esse machinatum, in-
 teriecto vero tempore Achaeos ex oraculi responso
 posteris eiusdem hosce imposuisse labores. Quicum-
 que huius familiae natu maximus est, ei introitu
 in prytaneum (quod *leitōn* illi vocant) interdicitur;
 ipsique, ne ingrediatur, excubias agunt. Qui si ni-
 hilo minus introivisset, nullo pacto exire ei prius
 licet quam ad aram ducatur ubi mactandus est. Ad
 haec narrarunt, multos ex his, qui ita mactandi fuis-
 sent, sibi timentes, in aliam terram tamquam exsu-
 latum abiisse: quorum si quis interiecto tempore re-
 diisset, deprehendaturque prytaneum ingressus, eum
 mactari, coronis et infulis oneratum, et cum pompa

σχουσι οἱ Κυτισσῶρου τοῦ Φρίξου παίδος ἀπόγονοι, διότι καθαρόν τῆς χώρας ποιευμένων Ἀχαιῶν ἐκ Θεοπροπίου Ἀθάμαντα τὸν Αἰόλου, καὶ μελλόντων μιν θύειν, ἀπικόμενος οὗτος ὁ Κυτίσσωρος ἐξ Αἴης τῆς Κολχίδος, ἐρρύσατο· ποιήσας δὲ τοῦτο, τοῖσι ἐπιγενομένοις ἐξ ἑαυτοῦ μῆνιν τοῦ Θεοῦ ἐπέβαλε. Ξέρξης δὲ ταῦτα ἀκούσας, ὡς κατὰ τὸ ἄλσος ἐγένετο, αὐτὸς τε ἔργετο αὐτοῦ, καὶ τῇ στρατιῇ πάσῃ παρήγγειλε· τῶν τε Ἀθάμαντος ἀπογόνων τὴν οἰκίην ὁμοίως καὶ τὸ τέμενος ἐσέβετο.

- 198 Ταῦτα μὲν τὰ ἐν Θεσσαλίῃ, καὶ τὰ ἐν Ἀχαιίῃ. Ἀπὸ δὲ τούτων τῶν χώρων ἤϊε ἐς τὴν Μηλίδα παρὰ κόλπον Θαλάσσης, ἐν τῷ ἄμπωτίς τε καὶ ῥηχίῃ ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν γίνεται. περὶ δὲ τὸν κόλπον τοῦτόν ἐστι χῶρος πεδινός, τῇ μὲν εὐρὺς, τῇ δὲ καὶ κάρτα στενός. 5

eductum. Teneri autem hac lege posteros Cytissori, Phrixi filii, cā caussâ, quoniam, quum Achaei ex oraculi responso lustrandae terrae suae causa Athamantem Aeoli filium mactaturi essent, adveniens ex Aca Colchidis hic Cytissorus illum liberaverit: hoc enim facto Cytissorum iram dei in posteros suos contraxisse. His auditis Xerxes, ut ad lucum pervenit, et ipse eo abstinuit, et universo exercitui ut abstinerent edixit: et domum posterorum Athamantis pariter atque fanum veneratus est.

(198.) Haec quidem in Thessalia et in Achaia gesta. Ex hisce dein regionibus *Maliensium* fines *Xerxes* ingressus est, ad sinum maris, in quo quotidie aestus maris accidit et recipatio. Iuxta hunc sinum est locus campestris, partim latus, partim

598, 47.

περὶ δὲ τὸν χῶρον οὖρα ὑψηλὰ καὶ ἄβατα περικληθεῖ
 πᾶσαν τὴν Μηλίδα γῆν, Τρηχίνιαι πέτραι καλεόμε-
 ναι. πρώτη μὲν νυν πόλις ἐστὶ ἐν τῷ κόλπῳ, ἰόντι ἀπὸ
 Ἀχαιΐης, Ἀντικύρη παρ' ἣν ποταμὸς Σπερχήϊος, ῥέων
 10 ἐξ Ἐνιήνων, ἐς Θάλασσαν ἐκδιδοῖ. ἀπὸ δὲ τούτου, διὰ
 εἴκοσ' ἑκου σταδίων, ἄλλος ποταμὸς, τῷ οὐνομα κεῖ-
 ται Δύρας, τὸν βοηθέοντα τῷ Ἡρακλεῖ καιομένῳ λό-
 γος ἐστὶ ἀναφανῆναι. ἀπὸ δὲ τούτου, δι' ἄλλων εἴκοσι
 σταδίων, ἄλλος ποταμὸς ἐστὶ, ὃς καλεῖται Μέλας.
 Τρηχίς δὲ πόλις ἀπὸ τοῦ Μέλανος τούτου ποταμοῦ 199
 πέντε στάδια ἀπέχει. ταύτη δὲ καὶ εὐρύτατόν ἐστι πά-
 σης τῆς χώρας ταύτης ἐκ τῶν οὖρέων ἐς Θάλασσαν,
 κατ' ἃ Τρηχίς πεπόλισται· δισχίλιά τε γὰρ καὶ δισ-
 5 μύρια πλέθρα τοῦ πεδίου ἐστί. τοῦ δὲ οὖρα, τὸ περι-
 κληθεῖ τὴν γῆν τὴν Τρηχινίην, ἐστὶ διασφάξ πρὸς με-

vero admodum angustus. Circa illum locum montes
 praealti et inaccessi, *Trachiniae petrae* dicti, uni-
 versam Maliacam terram includunt. Primum ad
 hunc sinum oppidum, ex Achaia venienti, *Anticyra*
 est; iuxta quam *Spercheus* fluvius, ex Enianibus
 profluens, in mare influit. Ab hoc, interiectis vi-
 ginti stadiis, alius fluvius est, cui nomen *Dyras*;
 quem fama est emersisse ad ferendam Herculi, quum
 cremaretur, opem. Ab hoc, rursus viginti stadiis in-
 teriectis, alius fluvius est, nomine *Melas*. (199.)
 Ab hoc Melane fluvio quinque stadia *Trachis* urbs
 abest. Eodemque loco, ubi *Trachis* sita est, latissime
 patet haec regio a montibus ad mare: est enim pla-
 nities vicies bis mille plethrorum. Est autem in
 monte, qui *Trachinium* agrum praecludit, divor-

200 σαμβρίην Τρηχῖνος· δια δὲ τῆς διασφάγος Ἄσωπος
 ποταμὸς ῥέει παρὰ τὴν ὑπώρεην τοῦ οὐρέος. Ἔστι δὲ
 ἄλλος Φοῖνιξ ποταμὸς, οὐ μέγας, πρὸς μεσαμβρίην
 τοῦ Ἄσωποῦ· ὃς ἐκ τῶν οὐρέων τούτέων ῥέων, ἐς τὸν
 Ἄσωπὸν ἐκιδδοῖ. Κατὰ δὲ τὸν Φοῖνικα ποταμὸν στε-
 νότατόν ἐστι· ἀμαξιτὸς γὰρ μίη μίουνη δέδμηται. ἀπὸ 5
 δὲ τοῦ Φοῖνικος ποταμοῦ πεντεκαίδεκα στάδια ἐστὶ ἐς
 Θερμοπύλας. ἐν δὲ τῷ μεταξύ Φοῖνικος ποταμοῦ καὶ
 Θερμοπυλέων κώμη τέ ἐστι, τῇ οὐνομα Ἀνθήλη κεῖται,
 παρ' ἣν δὴ παραρρέων ὁ Ἄσωπος ἐς θάλασσαν ἐκδι-
 δοῖ, καὶ χῶρος περὶ αὐτὴν εὐρύς, ἐν τῷ Δήμητρος τε 10
 ἰρὸν Ἀμφικτυονίδος ἰδρυται, καὶ ἔδραι εἰσὶ Ἀμφικτυό-
 201 σι, καὶ αὐτοῦ τοῦ Ἀμφικτυόνος ἰρόν. Βασιλεὺς μὲν
 δὲ Ξέρξης ἐστρατοπεδεύετο τῆς Μηλίδος ἐν τῇ Τρηχι-

tium a meridie Trachinis, per quod divortium *Asopus* fluit iuxta montis radicem. (200.) Est item alius fluvius a meridie Asopi, *Phoenix*, non magnus; qui postquam ex his montibus defluxit, Asopo miscetur. Prope hunc Phoenicem fluvium artissimus est huius tractus locus: quippe una sola via ibi munita est, qua nonnisi singulis plaustris transitus patet. A Phoenice vero fluvio quindecim sunt stadia ad *Thermopylas*: tum in intervallo, quod est inter Phoenicem fluvium et Thermopylas, vicus est nomine *Anthela*, praeter quem praeterfluens Asopus in mare evolvitur: et circa eundem vicum latius est spatium, in quo stat templum *Cereris Amphictyonidis*, et sedes sunt Amphictyonibus paratae, et ipsius *Amphictyonis* templum. (201.) Iam *Xerxes* in Trachinio campo terrae Maliacae castra posuit: *Graeci*

599, 78.

νή· οἱ δὲ δὴ Ἕλληνες, ἐν τῇ διόδῳ. καλέεται δὲ ὁ χῶ-
 ρος οὗτος, ὑπὸ μὲν τῶν πλεόνων Ἑλλήνων, Θερμοπύ-
 5 λαι· ὑπὸ δὲ τῶν ἐπιχωρίων καὶ περιόικων, Πύλαι.
 ἐστρατοπεδεύοντο μὲν νυν ἑκάτεροι ἐν τούτοισι τοῖσι χω-
 ρίοισι. ἐπεκράτεε δὲ ὁ μὲν τῶν πρὸς βορρῆν ἄνεμον ἐχόν-
 των πάντων μέγιστος Τρηχῖνος· οἱ δὲ, τῶν πρὸς νότον καὶ
 μεσαμβροῖην φερόντων τὸ ἐπὶ ταύτης τῆς ἡπείρου.

Ἔσαν δὲ οἶδε Ἑλλήνων οἱ ὑπομένοντες τὸν Πέρσην ἐν 202
 τούτῳ τῷ χώρῳ. Σπαρτιητέων τε τριηκόσιοι ὀπλίται,
 καὶ Τεγεατέων καὶ Μαντινέων χίλιοι, ἡμίσεες ἑκατέ-
 ρων· ἐξ Ὀρχομενοῦ τε τῆς Ἀρκαδίας, εἴκοσι καὶ ἑκα-
 5 τόν· καὶ ἐκ τῆς λοιπῆς Ἀρκαδίας, χίλιοι· τεσοῦτοι μὲν
 Ἀρκάδων ἀπὸ δὲ Κορίνθου, τετρακόσιοι· καὶ ἀπὸ
 Φλιοῦντος, διηκόσιοι· καὶ Μυκηναίων ὀγδώκοντα. οὔτοι
 μὲν ἀπὸ Πελοποννήσου παρήσαν. ἀπὸ δὲ Βοιωτῶν,
 Θεσπιέων τε ἑπτακόσιοι, καὶ Θηβαίων τετρακόσιοι.

vero in ipso transitu. Nominatur autem hic locus a
 plerisque quidem Graecis *Thermopylae*: incolae vero
 et finitimi nude *Pylas* dicunt. Itaque utrique in his
 locis castra habebant: occupabat autem Xerxes totum
 spatium septemtrionem versus a Thermopylis, usque
 Trachinem pertinens; Graeci vero ea quae in hac
 continente versus meridiem sita sunt.

(202.) *Graeci* vero hoc in loco *Persam exspe-*
ctantes, hi fuere. Spartani trecenti graviter armati:
 tum Tegeatae et Mantinenses mille, utrorumque
 quingenti: ex Orchomeno Arcadiae centum et vigin-
 ti, et ex reliqua Arcadia mille; tot Arcades fuere:
 Corinthii vero quadringenti: ex Phliunte ducenti;
 ex Mycenis octoginta. Hi sunt qui ex Peloponneso
 adfuerunt. Ex Boeotis vero, Thespienses septingenti,

203 Πρὸς τούτοις ἐπικλήτοι ἐγένοντο Λοκροί τε οἱ Ὀπούν-
 τιοι πανστρατιῇ, καὶ Φωκέων χίλιοι. αὐτοὶ γὰρ σφεας
 ἐπεκαλέσαντο οἱ Ἕλληνες, λέγοντες δι' ἀγγέλων, ὡς
 „αὐτοὶ μὲν ἤκοιεν πρόδρομοι τῶν ἄλλων, οἱ δὲ λοιποὶ
 τῶν συμμάχων προσδόκιμοι πᾶσάν εἰσι ἡμέρην· ἡ θά- 5
 λασσά τέ σφι εἶη ἐν Φυλακῇ, ὑπ' Ἀθηναίων τε Φρου-
 ρομένη, καὶ Αἰγινήτων, καὶ τῶν ἐς τὸν ναυτικὸν τα-
 χθέντων. καὶ σφι εἶη δεινὸν οὐδέν· οὐ γὰρ θεὸν εἶναι τὸν
 ἐπιόντα ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, ἀλλ' ἀνθρώπον· εἶναι δὲ θνη-
 τὸν οὐδένα, οὐδὲ ἔσεσθαι, τῷ κακὸν ἐξ ἀρχῆς γινόμενον 10.
 οὐ συνεμίχθη· τοῖσι δὲ μεγίστοις αὐτέων, μέγιστα.
 ὀφείλειν ὦν καὶ τὸν ἐπελαύνοντα, ὡς ἔοντα θνητὸν,
 ἀπὸ τῆς δόξης πεσέειν ἄν.“ Οἱ δὲ, ταῦτα πυνθανόμε-
 204 νοι, ἐβοήθειον ἐς τὴν Τρηχίνα. Τούτοις ἔσαν μὲν νυν

et Thebani quadringenti. (203.) Praeter hos vero evocati aderant Locri Opuntii omnibus copiis, et Phocenses mille. Ipsi enim Graeci missis legatis hos advocaverant, dicentes, *tamquam antecursores sese venisse ante alios, exspectari vero reliquos socios in proximum quemque diem, et maris tutelam sibi curae esse, custodiri que illud ab Atheniensibus et Aeginetis reliquisque in classem designatis. Nihil autem illis esse gravius metuendum: non enim deum esse, qui Graeciam invadat, sed hominem: nullum autem nec esse nec futurum esse mortalem, cui, ex quo natus sit, malum nullum acciderit; immo maximis accidere maxima. Debere itaque etiam illum, qui Graeciam invadit, mortalis quum sit, gloria sua excidere.* His auditis, illi Trachinem auxilio Graecis venerunt. (204.) His

600, 10.

καὶ ἄλλοι στρατηγοὶ κατὰ πόλιος ἐκάστων· ὁ δὲ Φω-
μαζόμενος μάλιστα, καὶ παντὸς τοῦ στρατεύματος
ἠγεόμενος, Λακεδαιμόνιος ἦν Λεωνίδης, ὁ Ἀναξαν-
5 δρίδew, τοῦ Λέοντος, τοῦ Εὐρυκρατίδew, τοῦ Ἀναξάν-
δρου, τοῦ Εὐρυκράτες, τοῦ Πολυδώρου, τοῦ Ἀλκαμέ-
νης, τοῦ Τηλέκλου, τοῦ Ἀρχέλεω, τοῦ Ἠγησίλεω,
τοῦ Δορύσσου, τοῦ Λεωβότew, τοῦ Ἐχεστράτου, τοῦ
Ἠγίος, τοῦ Εὐρυσθένης, τοῦ Ἀριστοδήμου, τοῦ Ἀριστο-
10 μάχου, τοῦ Κλεοδαίου, τοῦ Ὑλλου, τοῦ Ἡρακλέος κτη-
σάμενος τὴν βασιληίην ἐν Σπάρτῃ ἐξ ἀπροσδοκῆτου.
Διζῶν γάρ οἱ ἑόντων πρεσβυτέρων ἀδελφεῶν, Κλεομέ- 205
νός τε καὶ Δωριέος, ἀπελήλατο τῆς Φροντίδος περὶ τῆς
βασιληίης. ἀποθανόντος δὲ Κλεομένεος ἀπαιδὸς ἔρσηνος
γόνου, Δωριέος τε οὐκέτι ἑόντος, ἀλλὰ τελευτήσαντος
5 καὶ τούτου ἐν Σικελίῃ, οὕτω δὴ ἐς Λεωνίδην ἀνέβαινε ἡ

igitur et alii quidem ex quaque civitate duces prae-
erant; sed, quem maxime cuncti admirabantur, et
penes quem summa erat totius imperii, Lacedae-
monius fuit *Leonidas*, genus ab Hercule ducens
hac maiorum serie: pater Anaxandrides fuit, avus
Leon: tum reliqui progenitores, Eurycratides, Ana-
xander, Eurycrates, Polydorus, Alcamenes, Tele-
cles, Archelaus, Agesilaus, Doryssus, Leobotes,
Echestratus, Agis, Eurysthenes, Aristodemus, Ari-
stomachus, Cleodaeus, Hyllus, Herculis filius. Is
Leonidas regnum Spartae nec opinans erat adeptus.
(205.) Quum enim duo illi fratres fuissent natu ma-
iores, Cleomenes et Doricus, procul habuerat cog-
itationem regni adipiscendi. Sed Cleomene sine ma-
scula prole defuncto, quum iam tum Doricus non
amplius in vivis fuisset, quippe in Sicilia mortuus,

βασιλήϊ· καὶ διότι πρότερος ἐγεγόνει Κλεομβρότου,
 (οὗτος γὰρ ἦν νεώτατος Ἀναξανδρίδου παῖς,) καὶ δὴ
 καὶ εἶχε Κλεομένους θυγατέρα. Ὃς τότε ἦεν εἰς Θερμο-
 πύλας, ἐπιλεξάμενος ἀνδρας τε τοὺς κατεστειώτας τριη-
 κοσίους, καὶ τοῖσι ἐτύγχανον παῖδες ἑόντες. παραλα- 10
 βῶν δὲ ἀπῆκετο καὶ Θηβαίων τοὺς εἰς τὸν ἀριθμὸν λο-
 γισάμενος εἶπον, τῶν ἐστρατήγεε Λεοντιάδης ὁ Εὐρυ-
 μάχου. τοῦδε δὲ εἴνεκα τούτους σπουδῆν ἐποιήσατο Λεω-
 νίδης μόνους Ἑλλήνων παραλαβεῖν, ὅτι σφέων μεγά-
 λως κατηγόρητο μηδίξεν. παρεκάλει ὧν εἰς τὸν πόλεμον, 15
 θέλων εἰδέναι εἴ τε συμπέμψουσι, εἴ τε καὶ ἀπερέουσι
 ἐκ τοῦ ἐμφανέος τὴν Ἑλλήνων συμμαχίην. οἱ δὲ, ἀλ-
 206 λοφρονέοντες, ἔπεμπον. Τούτους μὲν τοὺς ἀμφὶ Λεω-
 νίδην πρῶτους ἀπέπεμψαν Σπαρτιῆται, ἵνα τούτους

ita ad *Leonidam* regnum pervenit, quoniam et ma-
 ior natus erat Cleombroto, Anaxandridae filio natus
 minimo, et Cleomenis etiam filiam in matrimonio
 habebat. Is igitur ad Thermopylas erat profectus
 cum delectis ab ipso trecentis illis, iustae aetatis
 viris, et quibus domi liberi erant. Adsumserat au-
 tem, priusquam advenisset, Thebanos illos quorum
 numerum supra declaravi, quibus Leontiades prae-
 erat, Eurymachi filius. Quos solos ex Graecis adsu-
 mere ea causa properaverat Leonidas, quod accusa-
 bantur Thebani vehementer cum Medis sentire. In-
 vitaverat igitur eos ad armorum societatem, cogno-
 scere cupiens, utrum missuri essent secum socios, an
 ex aperto repudiaturi Graecorum societatem: et illi,
 aliud licet sentientes, miserant. (206.) Et *Leoni-*
dam quidem cum his, qui cum eo erant, primos

601, 41.

ὄρῳντες οἱ ἄλλοι σύμμαχοι, στρατεύονται· μηδὲ καὶ οὔτοι μηδίσωσι, ἣν αὐτοὺς πυνθάνονται ὑπερβαλλομέ-
 5 νους. μετὰ δὲ, Κάρνεια γὰρ σφι ἦν ἐμποδῶν, ἔμελλον
 ὄρτάσαντες, καὶ Φυλακὰς λιπόντες ἐν τῇ Σπάρτῃ, κα-
 τὰ τάχος βοηθέειν πανδημεί. ὡς δὲ καὶ οἱ λοιποὶ τῶν
 συμμάχων ἐνεαῖντο καὶ αὐτοὶ ἕτερα τοιαῦτα ποιήσεν·
 ἦν γὰρ κατὰ τῷτὸ Ὀλυμπιάς τούτοις τοῖσι πρήγμα-
 10 σι συμπεσῶσα. οὐκὼν δοκέοντες κατὰ τάχος οὕτω
 διακριθῆσθαι τὸν ἐν Θερμοπύλῃσι πόλεμον, ἔπεμπον
 ταὺς προδρόμους. οὔτοι μὲν δὴ οὕτω διενενῶντο ποιήσεν.

Οἱ δὲ ἐν Θερμοπύλῃσι Ἕλληνες, ἐπειδὴ πέλας ἐγέ- 207
 νετο τῆς ἐσβολῆς ὁ Πέρσης, καταρρώδεοντες, ἐβουλεύον-
 το περὶ ἀπαλλαγῆς. τοῖσι μὲν νυν ἄλλοισι Πελοποννη-
 σίοισι ἐδόκεε, ἐλθοῦσι ἐς Πελοπόννησον, τὸν Ἴσθμὸν

omnium miserant Spartani hoc consilio, ut et reli-
 qui socii, his conspectis, adversus hostes proficisce-
 rentur, neque ipsi pariter Medorum sequerentur par-
 tes, si cunctari Spartanos intellexissent. Deinde vero,
 quum Carneae nunc obstarent, peractis festis diebus,
 custodiâ Spartae relictâ, cum omnibus copiis occur-
 rere decreverant hosti. Similiter vero etiam reliqui
 socii facere constituerant: qui, quum in idem ipsum
 tempus, quo haec gerebantur, Olympias incideret,
 rati non tam cito ad Thermopylas armis decretum
 iri, antecursores interim miserunt. Tale igitur ho-
 rum fuit consilium.

(207.) Iam, qui ad *Thermopylas* fuere *Graeci*,
 ubi haud procul ab introitu fuit Persa, timore per-
 culsi, de receptu consultare coeperunt. Et reliquis
 quidem Peloponnesiis placuit, abire in Peloponne-

ἔχειν ἐν Φυλακῇ· Λεωνίδης δὲ, Φωκέων καὶ Λοκρῶν 5
περισπερχεόντων τῇ γνώμῃ ταύτῃ, αὐτοῦ τε μένειν ἐψή-
φίζετο, πέμπειν τε ἀγγέλους εἰς τὰς πόλιας, κελεύον-
τάς σφι ἐπιβοηθῆειν, ὡς ἑόντων αὐτέων ἐλίγων στρατὸν
208 τῶν Μήδων ἀλέξασθαι. Ταῦτα βουλευομένων σφέων,
ἔπεμπε Ξέρξης κατάσκοπον ἰππέα, ἰδέσθαι ὅκοσοι τε
εἰσι, καὶ ὅ τι ποίεοιεν. ἀκηκόεε δὲ ἔτι ἑὼν ἐν Θεσσα-
λίῃ, ὡς ἀλισμένη εἴη ταύτῃ στρατιῇ ὀλίγη, καὶ τοὺς
ἡγεμόνας, ὡς εἴσαν Λακεδαιμόνιοί τε καὶ Λεωνίδης, 5
ἑὼν γένος Ἡρακληίδης. ὡς δὲ προσέλασε ὁ ἰππεὺς πρὸς
τὸ στρατόπεδον, ἐθηεῖτό τε, καὶ κατὰρα πᾶν μὲν οὐ τὸ
στρατόπεδον· τοὺς γὰρ ἔσω τεταγμένους τοῦ τείχεος,
τὸ ἀνορθώσαντες εἶχον ἐν Φυλακῇ, οὐκ οἶά τε ἦν κατι-
δέσθαι· ὁ δὲ τοὺς ἔξω ἐμάνθανε, τοῖσι πρὸ τοῦ τείχεος 10

sum, et Isthmum custodire. *Leonidas* vero, sententiam istam vehementer indignantibus Phocensibus et Locris, de communi horum consilio manere ibi decrevit, legatosque per civitates dimittere qui ab illis auxilia arcesserent, quandoquidem nimis exiguus ipsorum numerus esset ad prohibendum Medorum exercitum. (208.) Dum hi ita consultant, interim *Xerxes* equitem misit speculatorem, qui et numerum eorum, et quid facerent, exploraret. Audierat enim, quum adhuc in Thessalia esset, collectum hoc loco stare exiguum exercitum, cuius duces sint Lacedaemonii et *Leonidas*, ab *Hercule* genus ducens. Ut ad castra accessit eques, contemplatus est, spectavitque non totum quidem exercitum; nam, qui intra murum crant, quem a se instauratum Graeci custodiebant, hos conspiciere non potuit: exterior-

602, 71:

τὰ ὄπλα ἔκειτο. ἔτυχον δὲ τοῦτον τὸν χρόνον Λακεδαι-
μόνιοι ἔξω τεταγμένοι. τοὺς μὲν δὴ ὥρα γυμναζομένους
τῶν ἀνδρῶν, τοὺς δὲ τὰς κόμας κτενιζομένους. ταῦτα
δὴ θεώμενος ἐβάμαζε, καὶ τὸ πλῆθος ἐμάνθανε. μαθῶν
15 δὲ πάντα ἀτρεκέως, ἀπήλαυσε ὀπίσω κατ' ἡσυχίην·
οὔτε γὰρ τις ἐδίωκε, ἀλογίης τε ἐνεκύρησε πολλῆς.
ἀπελθὼν δὲ, ἔλεγε πρὸς Ξέρξεα τάπερ ὀπώπεε πάν-
τα. Ἀκούων δὲ Ξέρξης, οὐκ εἶχε συμβαλέσθαι τὸ 209
εὖν, ὅτι παρασκευάζοντο ὡς ἀπολεύμενοί τε καὶ ἀπο-
λέοντες κατὰ δύναμιν· ἀλλ', αὐτῷ γελοῖα γὰρ ἐφαί-
νοντο ποιεῖν, μετεπέμψατο Δημάρατον τὸν Ἀρίστανος
5 εὖντα ἐν τῷ στρατοπέδῳ. ἀπικόμενον δὲ μιν εἰρώτα Ξέρ-
ξης ἕκαστα τουτέων, ἐθέλων μαθεῖν τὸ ποιούμενον πρὸς
τῶν Λακεδαιμονίων. Ὁ δὲ εἶπε· „Ἦκουσας μὲν μευ

res vero observavit, qui ante murum stationem ha-
bebant. Erant autem tunc forte extra murum locati
Lacedaemonii. Horum igitur alios vidit gymnasticis
exercitationibus vacantes, alios comam pectentes.
Miratus eques spectaculum, cognito hominum nume-
ro, omnibusque rebus adcurate perceptis, rediit per
otium, nemine persequente, sed omnibus cum prorsus
contemptui habentibus. Reversus, Xerxi cuncta
quae viderat renunciavit. (209.) Quibus auditis,
coniectare *Xerxes* non potuit id quod res erat, com-
parare sese hos homines ad pereundum postquam
perdidissent ipsi quam plurimos potuissent: sed,
quum ridicula facere ei viderentur, *Demaratum* ad
se vocavit, Aristonis filium, qui in castris aderat, co-
gnoscere ex eo cupiens quid esset quod facerent La-
daemonii. Et ille, *Audisti me*, inquit, iam ante,

„καὶ πρότερον, εὖτε ὀρμῶμεν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, περὶ τῶν
 „ἀνδρῶν τουτέων· ἀκούσας δὲ, γέλωτά με ἔθει, λέ-
 „γοντα τὰ περ ἄρων ἐκβησόμενα πρήγματα ταῦτα. 10
 „ἐμοὶ γὰρ τὴν ἀληθείην ἀσκέειν ἀντία σεῦ, ᾧ βασι-
 „λεῦ, ἀγῶν μέγιστός ἐστι. ἀκουσον δὲ καὶ νῦν. Οἱ
 „ἄνδρες οὗτοι ἀπίκαται μαχεσόμενοι ἡμῖν περὶ τῆς ἐσό-
 „δου, καὶ ταῦτα παρασκευάζονται. νόμος γὰρ σοι οὐ-
 „τω ἔχων ἐστὶ· ἐπεὰν μέλλωσι κινδυνεύειν τῇ ψυχῇ, 15
 „τότε τὰς κεφαλὰς κοσμέονται. ἐπίσταο δὲ, εἰ τούτους
 „τε καὶ τὸ ὑπομένον ἐν Σπάρτῃ καταστρέψαι, ἐστὶ
 „οὐδὲν ἄλλο ἔθνος ἀνθρώπων, τὸ σέ, βασιλεῦ, ὑπομένει
 „χεῖρας ἀνταειρόμενον. νῦν γὰρ πρὸς βασιλήϊν τε καὶ
 „καλλίστην πόλιν τῶν ἐν Ἑλλήσι προσφέρειαι, καὶ ἀν- 20
 „δρας ἀρίστους.“ Κάρτα τε δὴ ἀπίστα Ξέρξῃ ἐφαίνετο

CCIX. 10. τὰ περ. τῇ περ malle.

*quum adversus Graeciam proficisceremur, de his
 viris disserentem; at risui me habuisti quum au-
 diebas dicentem tibi quemnam fore harum rerum
 exitum praeviderem. Mihi enim, Rex, summa con-
 tentio est, veritatem adversus te colere. Audi igitur
 etiam nunc. Adsunt hi viri, de introitu nobiscum
 pugnaturi, et ad hoc se comparant. Hic enim
 apud illos mos obtinet: quando vitae discrimen
 sunt adituri, tunc capita comunt. Scito vero: si
 hosce, et eos qui Spartae manent, subegeris; nul-
 lus alius hominum populus est, qui adversus te,
 Rex, manus tollere sustineat. Nunc enim cum
 regno et populo inter Graecos praeclarissimo tibi
 res est, et cum viris fortissimis. Quae dicta, quum
 prorsus incredibilia Xerxi viderentur, iterum quae-*

603, 2.

τὰ λεγόμενα εἶναι, καὶ δεύτερα ἐπειρώτα „όντινα τρό-
πον, τοσοῦτοι ἔοντες, τῇ ἑαυτοῦ στρατῆι μαχέσονται.“

‘Ο δὲ εἶπε: „ὦ βασιλεῦ, ἐμοὶ χαῖσθαι ὡς ἀνδρὶ ψεύ-
25 στη, „ἦν μὴ ταῦτά τοι ταύτη ἐκβῆ, τῇ ἐγὼ λέγω.“

Ταῦτα λέγων, οὐκ ἔπειθε τὸν Ξέρξεα. Τέσσερας 210
μὲν δὴ παρεξῆκε ἡμέρας, ἐλπίζων αἰεὶ σφεας ἀποδρή-
σεσθαι. πέμπτη δὲ, ὡς οὐκ ἀπαλλάσσοντο, ἀλλὰ οἱ
ἐφαίνοντο ἀναιδείῃ τε καὶ ἀβουλίῃ διαχρεώμενοι μένειν,
5 πέμπει ἐπ’ αὐτοὺς Μήδους τε καὶ Κισσίουσιν θυμωθεῖς,
ἐντειλάμενός σφεας ζωγρήσαντας ἀγειν ἐς ὄψιν τὴν ἑαυ-
τοῦ. Ὡς δ’ ἐπέπεσον φερόμενοι ἐς τοὺς Ἕλληνας οἱ
Μῆδοι, ἐπιπτον πολλοὶ ἄλλοι δ’ ἐπεσήϊσαν, καὶ οὐκ
ἀπελαύνοντο, καίπερ μεγάλως προσπταίοντες. δῆλον δ’
10 ἐποίησεν παντί τεω, καὶ οὐκ ἠκίστα αὐτῷ βασιλείῃ, ὅτι

sivit, quo tandem pacto tam exigua hominum
manus suo exercitui esset repugnatura? Et ille:
Rex! inquit, age mecum ut cum homine mendaci,
nisi haec ita eventura sunt ut ego dico.

(210.) Hacc Demaratus dicens Xerxi non persua-
sit. Itaque quatuor rex intermisit dies, assidue il-
los sperans fugâ se recepturos. Quinto vero die,
quum illi non recessissent, sed per obstinatam, ut
Xerxi videbatur, impudentiam temeritatemque ma-
nerent, iratus rex Medos et Cissios adversus illos
misit, dato mandato ut vivos caperent et in conspe-
ctum suum adducerent. Ut vero in Graecos cum im-
petu irruerunt Medi, multi ex eis cecidere: quibus
successere alii, nec se recepere, quamvis magna
clade accepta: ostenderuntque cuilibet, maxime vero
regi ipsi, multos quidem homines esse, sed paucos

πολλοὶ μὲν ἄνθρωποι εἶεν, ὀλίγοι δὲ ἄνδρες. ἐγένετο δὲ
 211 ἡ συμβολὴ δι' ἡμέρας. Ἐπεὶ τε δὲ οἱ Μῆδοι τρηχέως
 περιείποντο, ἐνθαῦτα οὔτοι μὲν ὑπέξῆσαν, οἱ δὲ Πέρ-
 σαι ἐκδέξάμενοι ἐπήϊσαν, τοὺς ἀθανάτους ἐκάλεε βα-
 σιλεὺς, τῶν ἦρχε Ὑδάρνης· ὡς δὴ οὔτοι γε εὐπετέως
 κατεργασόμενοι. Ὡς δὲ καὶ οὔτοι συνέμισγον τοῖσι Ἑλ- 5
 λησι, οὐδὲν πλέον ἐφέροντο τῆς στρατιῆς τῆς Μηδικῆς,
 ἀλλὰ τὰ αὐτὰ· ἅτε ἐν στενωπόρῳ τε χώρῳ μαχόμενοι,
 καὶ δόρασι βραχυτέροισι χρεώμενοι ἢ περ οἱ Ἕλληνες,
 καὶ οὐκ ἔχοντες πλήθει χρῆσασθαι. Λακεδαιμόνιοι δὲ
 ἐμάχοντο ἀξίως λόγου, ἀλλὰ τε ἀποδεικνύμενοι ἐν οὐκ 10
 ἐπισταμένοισι μάχεσθαι ἐξεπιστάμενοι, καὶ ὅπως ἐντρέ-
 ψειαν τὰ νῶτα, αἰέεσ Φεύγεσκον δῆθεν· οἱ δὲ βάρβα-

CCX. 11. ἄνθρωποι εἶεν. ἄνθρώποι οἱ εἶεν ed. Borh. ex coniect.
 multos ei (regi) esse homines.

viros. Praeliati sunt autem per totum diem. (211.)
 Postquam ita male accepti sunt *Medi*, tum hi qui-
 dem in castra se recepere: et *Persae* eis succeden-
 tes, quos *immortales* rex adpellabat, quibus prae-
 erat Hydarnes, in hostem iverunt; quasi hi utique
 facile confecturi rem essent. Ut vero hi quoque pu-
 gnam cum Graecis conseruere, nihilo amplius, quam
Medi, promoverunt, sed eandem habuere sortem;
 quippe in angusto transitu pugnantes, ubi explicari
 multitudo non poterat, et hastis utentes breviori-
 bus quam Graeci. *Lacedaemonii* vero memorabilem
 ediderunt pugnam, quum aliis rebus ostendentes
 peritos sese cum imperitis congregi, tum quod sub-
 inde terga verterent, veluti fugam capessentes uni-
 versi, deinde vero, quando fugientibus *Persae* cum

604, 30.

ροι ὀρέωντες Φεύγοντας, βοῆ τε καὶ πατάγω ἐπήϊσαν·
οἱ δ' ἂν, καταλαμβάνόμενοι, ὑπέστρεφον ἀντίοι εἶναι
15 τοῖσι βαρβάροισι· μεταστρεφόμενοι δέ, κατέβαλλον
πλήθει ἀναριθμήτους τῶν Περσέων. ἔπιπτον δὲ καὶ αὐ-
τέων τῶν Σπαρτιητέων ἐνθαῦτα ὀλίγοι. Ἐπεὶ δὲ οὐδὲν
ἐδυνάετο παραλαβεῖν οἱ Πέρσαι τῆς ἐσόδου πειραώμε-
νοι, καὶ κατὰ τέλεα καὶ παντοίως προσβάλλοντες,
20 ἀπήλαυνον ὀπίσω. Ἐν ταύτησι τῆσι προσόδοισι τῆς 212
μάχης λέγεται βασιλῆα, θηρόμενον, τρεῖς ἀναδραμεῖν
ἐκ τοῦ θρόνου, δέισαντα περὶ τῆ στρατιῆ. τότε μὲν οὐ-
τω ἠγωνίσαντο. Τῇ δ' ὑστεραίῃ οἱ βάρβαροι οὐδὲν ἄμει-
5 νον ἀέθλεον. ἄτε γὰρ ὀλίγων ἐόντων, ἐλπίσαντές σφεας
κατατετρωματίσθαι τε καὶ οὐκ οἴους τε ἔσεσθαι ἔτι χεῖ-
ρας ἀνταίρασθαι, συνέβαλλον. οἱ δὲ Ἕλληνες κατὰ

clamore strepituque instabant, ipsique iam in eo erant ut deprehenderentur, subito conversa acie hosti sese opponerent, atque ita innumerabilem Persarum prosternerent multitudinem. Ceciderunt autem ibi Lacedaemoniorum etiam nonnulli. Postquam vero, quamvis magno conatu, et turmatim et quovis modo impetum facientes, nulla parte introitus potiri Persae potuerunt, postremo hi quoque retrogressi sunt. (212.) Dum ita conflictabantur, fertur Xerxes, quum spectandi causa haud procul abesset, ter de solio suo exsiliisse, metuens nempe suo exercitui. Tunc igitur ita pugnatum est. Postridie vero eius diei nihilo felicius barbari pugnaverunt. Quum enim exiguus esset Graecorum numerus, rati Barbari confectos esse illos vulneribus, neque vires amplius ad resistendum habituros, denuo eos ad-

τάξις τε καὶ κατὰ ἔθνεα κεκοσμημένοι ἔσαν, καὶ ἐν
 μέρει ἕκαστοι ἐμάχοντο, πλὴν Φωκέων· οὔτοι δὲ ἐς τὸ
 οὖρος ἐτάχθησαν, Συλάζοντες τὴν ἀτραπὸν. Ὡς δὲ οὐδὲν 10
 εὕρισκον ἀλλοιότερον οἱ Πέρσαι ἢ τῇ προτεραίῃ ἐνώρων,
 ἀπήλαυον.

- 213 Ἀπορέοντος δὲ Βασιλῆος ὅτι χρήσεται τῷ παρεόντι
 πρήγματι, Ἐπιάλτης ὁ Εὐρυδήμου, ἀνὴρ Μηλιεύς, ἤλθέ
 οἱ ἐς λόγους, ὡς μέγα τι παρὰ Βασιλῆος δοκέων οἴσε-
 σθαι· ἔφρασε τε τὴν ἀτραπὸν τὴν διὰ τοῦ οὖρος Φέρου-
 σαν ἐς Θερμοπύλας, καὶ διέφθειρε τοὺς ταύτῃ ὑπομεί- 5
 ναντας Ἑλλήνων. ὕστερον δὲ δείσας Λακεδαιμονίους,
 ἔφυγε ἐς Θεσσαλίην· καὶ οἱ Φυγόντι, ὑπὸ τῶν Πυλα-
 γόρων, τῶν Ἀμφικτυόνων ἐς τὴν Πυλαίην συλλεγομέ-
 νων, ἀργύριον ἐπεκηρύχθη. χρόνω δὲ ὕστερον, κατήλθε
 γὰρ ἐς Ἀντικύρην, ἀπέθανε ὑπὸ Ἀθηάδεω, ἀνδρὸς Τρη- 10

gressi sunt. At Graeci, per ordines perque populos
 digesti, in vicem cuncti pugnarunt, Phocensibus
 exceptis: hi enim in monte erant locati, semitam
 custodituri. Ubi vero nihilo melius, quam pridie,
 Persae rem sibi viderunt succedere, abcesserunt.

(213.) Ibi tunc regem, quidnam consilii caperet
 incertum, convenit Ephialtes, Eurydemi filius, Ma-
 liensis, iugens ab illo praemium se relaturum spe-
 rans, indicavitque ei *semitam per montes ad Ther-
 mopylas ferentem*; atque ita Graecos perdidit, sta-
 tionem ibi habentes. Idem postea, metu Lacedaemo-
 niorum, in Thessaliam profugit: exsulantisque caput
 propositâ pecuniâ proscriptum est a Pylagoris,
 quum Amphictyones ad agendum Pylaeum conven-
 tum essent congregati. Interiecto vero tempore,

χινίου. ὁ δὲ Ἀθηναῖος οὗτος ἀπέκτεινε μὲν Ἐπιάλτεια
 δι' ἄλλην αἰτίην, τὴν ἐγὼ ἐν τοῖσι ὀπίσθε λόγοισι ση-
 μανέω' ἐτιμήθη μέντοι ὑπὸ Λακεδαιμονίων οὐδὲν ἔσπον.
 Ἐπιάλτης μὲν οὕτω ὕστερον τούτων ἀπέθανε. Ἔστι 214
 δὲ ἕτερος λεγόμενος λόγος, ὡς Ὀνήτης τε ὁ Φαναγό-
 ρεω, ἀνὴρ Καρύστιος, καὶ Κορυδαλλὸς Ἀντικυρεὺς,
 εἰσὶ οἱ εἶπαντες πρὸς βασιλῆα τούτους τοὺς λόγους, καὶ
 5 περιηγησάμενοι τὸ οὖρος τοῖσι Πέρσησι· οὐδαμῶς ἐμοί
 γε πιστός. τοῦτο μὲν γὰρ τῶδε χρηὴ σταθμώσασθαι,
 ὅτι οἱ τῶν Ἑλλήνων Πυλαγόροι ἐπεκέρουσαν οὐκ ἐπὶ
 Ὀνήτη τε καὶ Κορυδαλλῶ ἀεγύροισιν, ἀλλ' ἐπὶ Ἐπιάλ-
 τη τῷ Τρηχινίῳ, πάντως κου τὸ ἀτροκέστατον πυθόμε-
 10 νοι· τοῦτο δὲ, Σεύγοντα τὸν Ἐπιάλτην ταύτην τὴν αἰ-
 τίην οἶδαμεν. εἰδείη μὲν γὰρ ἂν, καὶ ἐὰν μὴ Μηλιεὺς,

quum Anticyram rediisset, ab Athenade Trachinio
 occisus est. Et interfecit quidem Ephialten Athenades
 aliam ob causam, quam in sequentibus historiis
 exponam: at nihilo minus tamen praemio honoratus
 est a Lacedaemoniis. Ita igitur Ephialtes postea
 periit. (214.) Fertur autem etiam alia fama, Onetam
 Phanagorae filium, Carystium, et Corydallum
 Anticyrensem cum rege sermones illos habuisse, et
 Persas circum montem illum circumduxisse. Quam
 famam parum esse credibilem partim inde colligi
 potest, quod Graecorum Pylagori, quos utique prae
 caeteris compertam habuisse rei veritatem consen-
 taneum est, non Onetae et Corydalli caput proscripserunt,
 sed Ephialtae Trachinii; tum, quod Ephialten
 novimus ob hanc culpam exulasse. Caeterum cognita
 quidem haec semita Onetae quoque, quamquam non
 Maliensi, esse potuit, si hanc regionem

- ταύτην τὴν ἀτραπὸν Ὀνήτης, εἰ τῇ χώρῃ πολλὰ ὠμίλη-
 καὶ εἶη· ἀλλ', Ἐπιάλτης γὰρ ἐστὶ ὁ περιηγησάμε-
 νος τὸ οὖρον κατὰ τὴν ἀτραπὸν, ταῦτον αἴτιον γράφω.
- 215 Ξέρξης δὲ, ἐπεὶ οἱ ἤρесе τὰ ὑπέσχετο ὁ Ἐπιάλτης
 κατεργάσεσθαι, αὐτίκα περιχαρῆς γενόμενος ἔπεμπε
 Ὑδάρνεα, καὶ τῶν ἐστρατήγεε Ὑδάρονς. ὠμιάτο δὲ
 περὶ λύχνων ἀφὰς ἐκ τοῦ στρατοπέδου. Τὴν δὲ ἀτρα-
 πὸν ταύτην ἐξεῦρον μὲν οἱ ἐπιχώριοι Μηλιέες· ἐξευρόν- 5
 τες δὲ, Θεσσαλοῖσι κατηγήσαντο ἐπὶ Φωκέας τότε ὅτε
 οἱ Φωκέες, φράζαντες τείχει τὴν ἐσβολὴν, ἔσαν ἐν σκέ-
 πῃ τοῦ πολέμου· ἐκ τε τόσοῦ δὴ κατεδέδεκτο εἴσα
- 216 οὐδὲν χρηστὴ Μηλιεῦσι. Ἔχει δὲ ἄδε ἡ ἀτραπὸς αὐ-
 τη. ἀρχεται μὲν ἀπὸ τοῦ Ἀσωποῦ ποταμοῦ τοῦ διὰ
 τῆς διασφάγος ῥέοντος· οὐνομα δὲ τῷ οὖρεϊ τούτῳ καὶ

saepius adierat: at enimvero Ephialtes est, qui hostes per semitam illam circa montem circumduxit: hunc huius culpaе reum scribo. (215.) *Xerxes*, ea probans quae se effecturum pollicitus Ephialtes erat, vehementer gavisus, sine mora Hydarnen et qui sub eius ductu erant misit: et illi sub noctem, quo tempore accenduntur lucernae, e castris profecti sunt. Invenerant illam semitam indigenae Malienses; eaque repertâ Thessalis adversus Phocenses itineris duces fuerant, quo tempore Phocenses, introitum in suam regionem opposito obstruxerant muro, atque ita tutos se a bello praestiterant: atque ex illo inde tempore adparuit pessime illâ uti Malienses. (216.) Est autem *callis* huius *per montem* ferentis ratio haec. Incipit ab Asopo fluvio, ubi ille per montium

606, 90.

τῆ ἀτραπῶ ταῦτὸ κεῖται, Ἀνόπαια. τείνει δὲ ἡ Ἀνό-
 5 παια αὐτὴ κατὰ ῥάχιν τοῦ οὐρέος, λήγει δὲ κατὰ τε
 Ἀλπηνὸν πόλιν, πρῶτην εὐῶσαν τῶν Λοκροῖδων πρὸς τῶν
 Μηλιέων, καὶ κατὰ Μελάμπυγόν τε καλεόμενον λί-
 θον, καὶ κατὰ Κερκώπων ἔδρας· τῆ καὶ τὸ στεινότα-
 τόν ἐστι. Κατὰ ταύτην δὴ τὴν ἀτραπὸν καὶ οὕτω ἔχου- 217
 σαν οἱ Πέρσαι, τὸν Ἀσωπὸν διαβάντες, ἐπορεύοντο πᾶ-
 σαν τὴν νύκτα, ἐν δεξιῇ μὲν ἔχοντες οὐρεὰ τὰ Οἰταιῶν,
 ἐν ἀριστερῇ δὲ τὰ Τρηχινίων· ἥως τε διέβαινε, καὶ
 5 ἐγένοντο ἐπ' ἀκρωτηρίῳ τοῦ οὐρέος. Κατὰ δὲ τοῦτο τοῦ
 οὐρέος ἐφύλασσαν, ὡς καὶ πρότερόν μοι δεδήλωται, Φω-
 κέων χίλιοι ὀπλῖται, ρύομενοί τε τὴν σφετέρην χώραν,
 καὶ Φρουρέοντες τὴν ἀτραπὸν. ἡ μὲν γὰρ κάτω ἐσβολὴ
 ἐφυλάσσετο ὑπὸ τῶν εἰρηται· τὴν δὲ διὰ τοῦ οὐρέος

divortium perfluit. Est autem monti, per quem se-
 mita transit, semitaeque ipsi idem nomen, *Ano-
 praea*: fertque haec Anopaea secundum dorsum mon-
 tis, et desinit circa Alpenum, primum oppidorum
 Locrensiū versus Malienses, eo loco ubi Melam-
 pygus qui dicitur lapis est, suntque Cercopum se-
 des: ubi etiam angustissimus callis est. (217.) Hac
 igitur semita, quam descripsi, Persae trajecto Aso-
 po totam noctem iter fecerunt, a dextra habentes
 Oetaeorum montes, a sinistra vero montes Trachini-
 orum: et illuxit aurora, quum ad summum mon-
 tem pervenerunt. Hoc igitur loco montem custodie-
 bant, ut etiam ante demonstravi, Phocenses mille
 graviter armati, et suam regionem tutantes, et cal-
 lem custodientes. Inferior enim introitus ab eis,
 quos dixi, custodiebatur: semitam autem, quae fert

ατραπὸν ἐβελόνται Φωκέες ὑποδεξάμενοι Λεωνίδη ἐΦύ- 10
 218 λασσον. Ἐμαθον δὲ σφεας οἱ Φωκέες ὥδε ἀναβεβη-
 κότας· ἀναβαίνοντες γὰρ ἐλάμβανον οἱ Πέρσαι, τὸ οὖρον
 πᾶν ἐὸν δρυῶν ἐπίπλεον· ἦν μὲν δὴ νηνεμία, ψόφου δὲ
 γινομένου πολλοῦ, ὡς οἶκός ἦν, Φύλλων ὑποκεχυμέ-
 νων ὑπὸ τοῖσι ποσὶ, ἀνά τε ἔδραμον οἱ Φωκέες, καὶ 5
 ἔδυντο τὰ ὅπλα· καὶ αὐτίκα οἱ βάρβαροι παρήσαν. ὡς
 δὲ εἶδον ἄνδρας ἐνδυομένους ὅπλα, ἐν θάματι ἐγένοντο·
 ἐλπόμενοι γὰρ οὐδὲν σφι φανήσεσθαι ἀντίξοον, ἐνεκύ-
 ρησαν στρατῶ. Ἐνθαῦτα Ὑδάρνης καταρρώδησας μὴ
 οἱ Φωκέες ἔωσι Λακεδαιμόνιοι, εἶρετο τὸν Ἐπιάλτεια 10
 ποδαπὸς εἶη ὁ στρατός· πυθόμενος δὲ ἀτρεκέως, διέτασ-
 σε τοὺς Πέρσας ὡς ἐς μάχην. οἱ δὲ Φωκέες, ὡς ἐβάλ-
 λοντο τοῖσι τοξεύμασι πολλοῖσί τε καὶ πυκνοῖσι, οἶχον-

per montem, Phocenses custodiebant, qui Leonidae
 ultro hanc operam receperant. (218.) Adscenden-
 tes latuerant Persae, quum quercubus totus ob-
 situs mons esset: postquam vero adscenderant,
 hoc modo adventantes illos cognovere Phocenses,
 quum tranquillum esset coelum, propter folia sub
 pedibus strata multus (ut res fert) ortus strepitus
 excitavit eos ut ad arma concurrerent: et protinus
 Barbari adfuerunt. Qui ubi armatos conspexere viros,
 mirati sunt, quod, quum neminem sibi putassent
 occurrurum, in exercitum incidissent. Ibi tum Hy-
 darnes, veritus ne, qui Phocenses erant, Lacedae-
 monii essent, quaesivit ex Ephialte, cuius populi is
 esset exercitus: ubi vero quod res erat audivit, in
 aciem Persas instruxit. At Phocenses, quum multis
 crebrisque telis ferirentur, rati non nisi adversus se

το Φεύγοντες ἐπὶ τοῦ οὐρεος τὸν κόρυμβον, ἐπιστάμενοι
 15 ὡς ἐπὶ σφέας ὠρμήθησαν ἀρχὴν, καὶ παρεσκευάδατο
 ὡς ἀπολεόμενοι. οὗτοι μὲν δὴ ταῦτα ἐφρόνεον· οἱ δὲ
 ἀμφοῖ Ἐπιάλτεα καὶ Ὑδάρεα Πέρσαι· Φωκέων μὲν
 οὐδένα λόγον ἐποιεῦντο, οἱ δὲ κατέβαινον τὸ οὖρος κα-
 τὰ τάχος.

Τοῖσι δὲ ἐν Θερμοπύλῃσι εὐοῖσι Ἑλλήνων, πρῶτον 219
 μὲν ὁ μάστις Μεγιστίης, ἐσιδὼν ἐς τὰ ἰσὰ, ἔφρασε τὸν
 μέλλοντα ἔσεσθαι ἅμα ἡοῖ σφι θάνατον· ἔπειτεν καὶ
 αὐτόμολοι ἦσαν, οἱ ἐξαγγείλαντες τῶν Περσέων τὴν
 5 περίοδον· οὗτοι μὲν ἔτι νυκτὸς ἐσήμνησαν· τρίτοι δὲ οἱ ἡμε-
 ροσκοποί, καταδραμόντες ἀπὸ τῶν ἀκρῶν, ἤδη διαφαι-
 νούσης ἡμέρας. Ἐνθαῦτα ἐβουλευόντο οἱ Ἕλληνες, καὶ
 σφῶν ἐσχίζοντο αἱ γνώμαι. οἱ μὲν γὰρ οὐκ ἔων τὴν
 τάξιν ἐκλιπεῖν, οἱ δὲ ἀντέτεινον. μετὰ δὲ τοῦτο διακρι-

hos esse profectos, arreptâ fugâ in summum montis
 verticem se receperunt, ad occumbendam mortem
 parati. Hi igitur ita erant animatî: at Persae, qui
 cum Ephialte et Hydarne erant, nullam Phocensium
 rationem habentes, descendere de monte propera-
 runt.

(219.) Qui ad Thermopylas erant Graeci, his
 primum Megistias vates, inspectis victimis, praedi-
 xerat mortem primo mane eis instantem: deinde ad-
 venire transfugae, quum adhuc tunc nox esset, cir-
 cuitum hostium nunciantes: tertio speculatores diur-
 ni, de summitatibus montium decurrentes, illuce-
 scente iam die, idem indicium fecere. Ibi tum Grae-
 ci, quid sibi faciendum esset deliberantes, in diver-
 sas abiere sententias, aliis contendentibus non dese-

θέντες, οἱ μὲν ἀπαλάσσοντο, καὶ διασκευασθέντες κα- 10
 τὰ πόλις ἕκαστοι ἐτράποντο· οἱ δὲ αὐτέων ἅμα Λεωνί-
 220 δὴ μένειν αὐτοῦ παρασκευάδατο. Λέγεται δὲ ὡς αὐ-
 τὸς σφεας ἀπέπεμψε Λεωνίδης, μὴ ἀπόλωνται κηδύ-
 μενος· αὐτῶ δὲ καὶ Σπαρτιητέων τοῖσι παρεούσι οὐκ
 ἔχειν εὐπρεπέως ἐκλιπεῖν τὴν τάξιν ἐς τὴν ἦλθον φυλά-
 ξοντες ἀρχὴν. Ταύτη καὶ μᾶλλον τῇ γνώμῃ πλεῖστός 5
 εἶμι, Λεωνίδην, ἐπεὶ τε ἤσθετο τοὺς συμμαχούς ἐόντας
 ἀπρόθύμους, καὶ οὐκ ἐθέλοντας συνδιακινδυνεύειν, κε-
 λεῦσαι σφεας ἀπαλλάσσεσθαι· αὐτῶ δὲ ἀπιέναι οὐ
 καλῶς ἔχειν. μένοντι δὲ αὐτοῦ, κλέος μέγα ἐλείπετο,
 καὶ ἡ Σπάρτης εὐδαιμονίη οὐκ ἐξηλείφετο. ἐκέχρητο 10
 γὰρ ὑπὸ τῆς Πυθίης τοῖσι Σπαρτιήτησι, χρωσμένοισι
 περὶ τοῦ πολέμου τούτου αὐτίκα κατ' ἀρχὰς ἐγειρομέ-

rendam esse stationem, aliis contra nitentibus. Et,
 soluto concilio, discesserunt alii, et suam quisque in
 civitatem tendens dispersi sunt: alii vero parati erant
 cum Leonida manere. (220.) Dicunt autem, ipsum
Leonidam illos dimisisse, ne perirent curantem; *se*
autem et praesentes Spartanos non decere dicen-
tem deserere stationem ad quam custodiendam
principio missi essent. Et ego quoque quam ma-
 xime in hac sum sententia, Leonidam, quum mi-
 nime promptos esse socios vidisset, nec ad subeun-
 dum secum periculum ultro paratos, abire illos ius-
 sisse; sibi autem, ut abiret, inhonestum iudicasse.
 Contra, si maneret, ingens eum gloria manebat, et
 Spartaе felicitas non exstinguebatur. Etenim Sparta-
 nis, iam in primo huius belli initio oraculum con-
 sulentibus, responderat Pythia, *aut eversum iri La-*

νου „ἢ Λακεδαίμονα ἀνάστατον γενέσθαι ὑπὸ τῶν βαρ-
βάρων, ἢ τὸν βασιλῆά σφραων ἀπολέεσθαι.“ ταῦτα

15 δέ σφι ἐν ἔπεσι ἑξαμέτροισι ἔχοντα χροῶ, λέγοντα ᾧδε·

Υμῖν δ', ᾧ Σπάρτης οἰκήτορες εὐρυχόροιο,
ἢ μέγα ἄστυ ῥικυδὲς ὑπ' ἀνδράσι Περσείδῃσι
πέφθεται· ἢ τὸ μὲν οὐκί, ἀφ' Ἡρακλέος δὲ γενέθλης
πενθήσει βασιλῆ φθίμενον Λακεδαίμονος οὔρος.

20 Οὐ γὰρ τὸν ταύρων σχήσει μένος οὐδὲ λεόντων
ἀντιβίην. Ζηνὸς γὰρ ἔχει μένος· οὐδέ ε' Φημί
σχήσεσθαι, πρὶν τῶνδ' ἕτερον διὰ πάντα δάσηται.

ταῦτά τε δὴ ἐπιλεγόμενον Λεωνίδην, καὶ βουλόμενον
κλέος καταθέσθαι μῦνον Σπαρτιητέων, ἀποπέμψαι

25 τοὺς συμμειχους μᾶλλον, ἢ γνώμη διενεχθέντας οὕτω

*cedaemonem a barbaris, aut regem ipsorum peri-
turum. Hoc eis illa responsum versibus hexametris
comprehensum dederat, his verbis:*

*Vobis, ó spatiosae Spartae incolae,
aut ingens urbs gloriosa a viris Persis
evertitur; aut, si non hoc, ab Hercule oriundum
flebit mortuum regem Laconica terra.*

*Nec enim sustinebit taurorum robur leonumque
contra stantium. Iovis enim ille robur habet,
eumque dico*

*non iri repressum prius, quam horum alteru-
trum fuerit sortitus.*

Igitur *Leonidam*, haec reputantem, cupientemque
solis Spartanis sempiternam acquirere gloriam, di-
misisse potius arbitror socios illos qui abiire, quam
ipsos per se, ab illo dissentientes, ita spretâ omni
militari disciplinâ abiisse. (221.) Cuius rei mihi

- 221 ἀκόσμως οἴχεσθαι τοὺς οἰχομένους. Μαρτύριον δέ μοι καὶ τόδε οὐκ ἐλάχιστον τούτου πέρι γέγονε. οὐ γὰρ μῶνον τοὺς ἄλλους, ἀλλὰ καὶ τὸν μάντιν ὃς εἶπετο τῇ στρατιῇ ταύτῃ, Μεγιστίην τὸν Ἀκαρνήνα, λεγόμενον εἶναι τὰ ἀνέκαθεν ἀπὸ Μελάμποδος, τοῦτον εἶπαντα ἐκ τῶν ἰσῶν τὰ μέλλοντά σφι ἐκβαίνειν, Φανερός ἐστὶ Λεωνίδης ἀποπέμπων, ἵνα μὴ συναπόληταί σφι. ὁ δὲ, ἀποπεμπόμενος, αὐτὸς μὲν οὐκ ἀπελίπετο· τὸν δὲ παῖδα συστρατευόμενον, ἕοντα οἱ μουνογενέα, ἀπέπεμψε. 5
- 222 Οἱ μὲν νυν σύμμαχοι οἱ ἀποπεμπόμενοι οἴχοντό τε ἀπίοντες, καὶ ἐπέβητο Λεωνίδῃ. Θεσπῖέες δὲ καὶ Θηβαῖοι κατέμειναν μῶνοι παρά Λακεδαιμονίοισι. τούτων δὲ, Θηβαῖοι μὲν ἀέκοντες ἔμενον, καὶ οὐ βουλόμενοι· κατεῖχε γὰρ σφεας Λεωνίδης, ἐν ὁμήρων λόγῳ ποιούμενος· Θεσπῖέες δὲ, ἐκόντες μάλιστα· οἱ οὐκ 5

hoc etiam haud minimum documentum est, quod non modo reliqui dimissi sunt, sed quod satis constat, vati etiam exercitum sequenti, Megistiae Acarnani, genus a Melampode derivanti, eidem qui e victimis futura illis praedixerat, missionem dedisse Leonidam, veritum ne cum ipsis periret. At ille, quamquam missionem nactus, non tamen discessit; sed filium, militiae huius socium, qui unicus illi natus erat, dimisit. (222.) Caeteri igitur socii dimissi abierunt, mandato Leonidae obsequentes. Thespienses vero et Thebani soli apud Lacedaemonios manserunt. Et Thebani quidem inviti manserunt; retinuit eos autem Leonidas, obsidum loco habens: Thespienses vero summa sua voluntate; nequiquam enim Leonidam et qui cum illo erant se deserturos abscessu-

609, 82.

ἔφασαν ἀπολιπόντες Λεωνίδην καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ, ἀπαλλάξεσθαι, ἀλλὰ καταμείναντες συναπέθανον. ἐστρατήγεε δὲ αὐτέων Δημόφιλος Διαδρόμεω.

Ξέρξης δὲ, ἐπεὶ ἡλίου ἀνατείλαντος σπονδὰς ἐποίη- 223
σατο, ἐπισχῶν χρόνον, ἐς ἀγορῆς κου μάλιστα πληθῶ-
ρην πρόσδοον ἐποιέετο· καὶ γὰρ ἐπέσταλτο ἐξ Ἐπιάλ-
τεω οὕτω. ἀπὸ γὰρ τοῦ οὐρεος ἡ κατάβασις συντομω-
5 τέρη τέ ἐστὶ, καὶ βραχύτερός ὁ χῶρος πολλόν, ἤπερ
ἡ περίοδος τε καὶ ἀνάβασις. Οἱ τε δὴ βάρβαροι οἱ ἀμ-
Φὶ Ξέρξεα προσήϊσαν· καὶ οἱ ἀμΦὶ Λεωνίδην Ἕλλη-
νες, ὡς τὴν ἐπὶ Θανάτῳ ἔξοδον ποιούμενοι, ἤδη πολλῶ
μᾶλλον ἢ κατ' ἀρχὰς ἐπέξῆϊσαν ἐς τὸ εὐρύτερον τοῦ αὐ-
10 χένος. τὸ μὲν γὰρ ἔρυμα τοῦ τείχεος ἐφουλάσσετο· οἱ
δὲ ἀνὰ τὰς προτέρας ἡμέρας ὑπεξιώντες ἐς τὰ στεινόπο-
ρα, ἐμάχοντο. Τότε δὴ, συμμίσγοντες ἔξω τῶν στεινῶν,

rosque aiebant, sed apud illos mansuros mortemque cum eisdem occubituros. His praeerat Demophilus, Diadromae filius.

(223.) Orto sole, Xerxes libamina fecit: deinde aliquamdiu moratus, quo tempore forum maxime frequentari hominibus solet impressionem in hostem facere instituit: ita enim significatum ei ab Ephialte erat. Nam descensus de monte brevior est, atque iter inde ad *Thermopylas* compendiosius, quam circuitus et adscensus montis. Barbari igitur, qui cum Xerxe erant, in hostem perrexerunt: et Graeci cum *Leonida*, utpote ad mortem ire parati, iam multo longius, quam ante, in spatiosiore faucium partem progressi sunt. Nam muri quidem munimentum custodiebatur; superioribus vero diebus in ipsas etiam

ἐπιπτον πλήθει πολλοὶ τῶν βαρβάρων. ἔπισθε γὰρ οἱ ἡγεμόνες τῶν τελέων, ἔχοντες μάστιγας, ἐρράπιζον πάντα ἄνδρα, αἰεὶ ἐς τὸ πρόσω ἐποτρύνοντες. πολλοὶ 15 μὲν δὴ ἐσέπιπτον αὐτέων ἐς τὴν θάλασσαν, καὶ διεφθείροντο· πολλῶ δ' ἐτι πλεῦνες κατεπατέοντο ζωῶ ὑπ' ἀλλήλων· ἦν δὲ λόγος οὐδεὶς τοῦ ἀπολλυμένου. ἄτε γὰρ ἐπιστάμενοι τὸν μέλλοντά σοι ἔσεσθαι θάνατον ἐκ τῶν περιόντων τὸ οὖρος, ἀπεδείκνυτο ῥάμης ὅσον 20 εἶχον μέγιστον ἐς τοὺς βαρβάρους, παραχρεώμενοί τε 224 καὶ ἀτέοντες. Δόρατα μὲν νυν τοῖσι πλεόνεσιν αὐτέων τηνικαῦτα ἤδη ἐτύγχανε κατεηγότα, οἱ δὲ τοῖσι ξίφεσι διεργάζοντο τοὺς Πέρσας. καὶ Λεωνίδης τε ἐν τούτῳ τῶ πῶνω πίπτει, ἀνὴρ γενόμενος ἄριστος, καὶ ἕτεροι μετ' αὐτοῦ ὀνομαστοὶ Σπαρτιητέων, τῶν ἐγὼ αἰς ἀνδρῶν 5

fauces progressi pugnaverant. Nunc igitur, quum extra angustias consererent pugnam, ingens hostium cecidit multitudo. Etenim manipulorum duces, flagellis a tergo instantes, et unumquemque caedentes, ad uiterius progrediendum suos concitabant. Itaque eorum multi in mare incidentes perierunt; multo vero plures, alii ab aliis, vivi conculcati sunt: nec ulla ratio habebatur pereuntium. Nam Lacedaemonii, quum imminere sibi mortem ab his qui montem circumiuerant non ignorarent, quanta maxima poterant fortitudinis specimina aduersus Barbaros ediderunt, nullo modo parcentes sibi, ac furiosorum in morem pugnantes. (224.) Hastae quidem iam tunc plerisque fractae erant, et gladiis illi Persas conficiebant. In eo labore, ab altera parte, *Leonidas* fortissime pugnans cecidit, cum eoque alii illustres Spartani; quo-

610, 12.

ἀξίων γενομένων ἐπυθόμην τὰ οὐνόματα· ἐπυθόμην δὲ
καὶ ἀπάντων τῶν τριηκοσίων. καὶ δὴ καὶ Περσέων πί-
πτουσι ἐμβαῦτα ἄλλοι τε πολλοὶ καὶ οὐνομαστοί· ἐν δὲ
δὴ καὶ Δαρείου δύο παῖδες, Ἀβροκόμης τε καὶ Ὑπε-
10 ράνθης, ἐκ τῆς Ἀρσάνεω θυγατρὸς Φραταγούνης γεγο-
νότες Δαρείω. ὁ δὲ Ἀρσάνης, Δαρείου μὲν τοῦ βασι-
λῆος ἦν ἀδελφεός, Ὑστάσπεος δὲ τοῦ Ἀρσάμεω παῖς·
ὃς καὶ ἐκδιδοὺς τὴν θυγατέρα Δαρείω, τὸν οἶκον πάν-
τα τὸν ἑαυτοῦ ἐπέδωκε, ὡς μούνου οἱ εὐσῆς ταύτης
τέκνου. Ξέρξεά τε δὴ δύο ἀδελφοὶ ἐμβαῦτα πίπτουσι 225
μαχεόμενοι. καὶ ὑπὲρ τοῦ νεκροῦ Λεωνίδεω Περσέων τε
καὶ Λακεδαιμονίων ὄθισμός ἐγένετο πολλός· ἐς ὃ τοῦ-
τόν τε ἀρετῇ οἱ Ἕλληνες ὑπεξείρυσαν, καὶ ἐτρέψαντο
5 τοὺς ἐναντίους τετράκις. Τοῦτο δὲ συνεστήκει μέχρῃ οὗ
οἱ σὺν Ἐπιάλτῃ παρεγένοντο. ὡς δὲ τούτους ἤκειν ἐπύ-

rum ego, ut dignorum virorum, nomina sciscitatus
sum cognovique: rescivi vero etiam omnium nomi-
na trecentorum. Ab altera parte, ex Persis ibidem
et alii multi illustres ceciderunt viri, et in his duo
Darii filii, Abrocomes, et Hyperanthes, quos ex Phra-
taguna Artanis filia Darius susceperat. Artanes au-
tem frater fuerat Darii, Hystaspis filius, Arsamis
nepos. Is Dario filiam suam elocans, simul totam
suam domum ei donaverat, quum unica ipsius proles
illa fuisset. (225.) Igitur duo Xerxis fratres ibi pu-
gnantes ceciderunt. Super *Leonidae* vero cadavere
acre fuit inter Persas et Lacedaemonios certamen:
donec ad extremum sua virtute Graeci illud subtra-
xerunt, quater in fugam versis adversariis. Ita pugna-
tum est, donec qui cum Ephialte erant advenere. Quos

Θοντο οἱ Ἕλληνες, ἐνθεῦτεν ἤδη ἕτεροιοῦτο τὸ νεῖκος. ἔς
 τε γὰρ τὸ στεῖνὸν τῆς ὁδοῦ ἀνεχώρησον ὀπίσω, καὶ πα-
 ραμειψάμενοι τὸ τεῖχος, ἐλθόντες ἴζοντο ἐπὶ τὸν κολω-
 νὸν πάντες ἀλέες οἱ ἄλλοι, πλὴν Θηβαίων. ὁ δὲ κολω- 10
 νός ἐστι ἐν τῇ ἐσόδῳ ὅκου νῦν ὁ λίθινος λέων ἔστηκε ἐπὶ
 Λεωνίδῃ. ἐν τούτῳ σφέας τῶ χώρῳ αἰλεξομένους μα-
 χαίρησι, τοῖσι αὐτέων ἐτύγχανον ἐτι περιεοῦσαι, καὶ
 χερσὶ καὶ στόμασι, κατέχωσαν οἱ Βάρβαροι βάλλον-
 τες· οἱ μὲν, ἐξ ἐναντίας ἐπισπόμενοι, καὶ τὸ ἔρυμα 15
 τοῦ τεύχεος συγχώσαντες· οἱ δὲ, περιελθόντες πάντοθε
 περιστάδόν.

226 Λακεδαιμονίων δὲ καὶ Θεσπιδέων τοιούτων γενομένων,
 ὅμως λέγεται ἀνὴρ ἀριστος γενέσθαι Σπαρτιήτης Διη-
 νέκης. τὸν τότε Φασὶ εἶπαι τὸ ἔπος πρὶν ἢ συμμῖξαι
 σφέας τοῖσι Μήδοισι, πυθόμενον πρὸς τευ τῶν Τρηχι-

ubi accedere intellexerunt Graeci, tum vero mutatum
 certamen est. Tunc enim in angustias viae se rece-
 perunt, et murum etiam praetergressi, ubi ad tumu-
 lum venerunt, qui in introitu angustiarum est, ubi
 nunc lapideus leo stat in Leonidae memoriam, ibi
 confertim consederunt alii omnes, praeter Thebanos.
 Eodemque loco gladiis sese defendentes, quibus gla-
 dii supererant, alii manibus dentibusque depugnantes,
 obruti sunt Barbarorum telis, partim subruta
 muri munitione ex adverso ingruentium, partim ex
 circuitu undique circumstantium.

(226.) Tales quum se praestiterint Lacedaemonii
 et Thespienses omnes, fortissimus tamen ex his fuisse
 dicitur *Dieneces* Spartanus: quem aiunt, prius-
 quam cum Medis congredierentur, verbum illud di-

612, 43.

5 νίων, ὡς, ἐπεὰν οἱ βάροβαροι ἀπιέωσι τὰ τοξεύματα,
τὸν ἥλιον ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν οἰστῶν ἀποκρύπτουσι
τοσοῦτό τι πλήθος αὐτέων εἶναι. τὸν δὲ, οὐκ ἐκπλα-
γέντα τούτοισι, εἶπαι, ἐν ἀλογίῃ ποιούμενον τὸ τῶν Μή-
δων πλήθος, ὡς „πάντα σοι ἀγαθὰ ὁ Τρηχίνιος ξεῖνος
10 ἀγγέλλει, εἰ ἀποκρυπτόντων τῶν Μήδων τὸν ἥλιον,
ὑπὸ σκιῇ ἔσαιτο πρὸς αὐτοὺς ἡ μάχη, καὶ οὐκ ἐν ἡλίῳ.“
Ταῦτα μὲν καὶ ἄλλα τοιοῦτόσπετα ἐπέα Σασι Διημέ-
κκα τὸν Λακεδαιμόνιον λιπέσθαι μνημόσυνα. Μετὰ 227
δὲ τούτων ἀριστεῦσαι λέγονται Λακεδαιμόνιοι δύο ἀδελ-
φοὶ, Ἄλφειός τε καὶ Μάρων, Ὀρσιφάντου παῖδες.
Θεσπιέων δὲ εὐδοκίμειε μάλιστα τῷ ὄνομα ἦν Διθύ-
ραμβος, Ἄρματίδω. Θεσπεῖσι δὲ σοι αὐτοῦ ταύτη 228
τῆπερ ἔπεσον, καὶ τοῖσι πρότερον τελευτήσασι ἢ ὑπὸ

xisse, quum Trachinium quemdam audivisset dicen-
tem, quando Barbari tela emiserint, multitudine
telorum solem iri obscuratum; tantam enim esse
hostium multitudinem. Hunc igitur, nil perterri-
tum, sed aspernantem Medorum multitudinem, re-
spondisse aiunt, *fausta omnia Graecis nunciare
hospitem Trachinium; quandoquidem, sole telis
Medorum obscurato, in umbra sint pugnaturi,
non in sole.* Haec et eiusdem generis alia dicta,
aiunt, Dieneceum Lacedaemonium fortis animi mo-
numenta reliquisse. (227.) Post hunc fortissimos
se praestitisse memorant Lacedaemonii duos fratres,
Alpheum et Maronem, Orsiphanti filios. Ex The-
spiensibus vero praecipuam laudem abstulit vir, cui
Dithyrambus nomen fuit, Harmatidac filius. (228.)
Sepulti sunt omnes eodem loco quo ceciderunt, et

Λεωνίδεω ἀποπεμθέντας οἴχεσθαι, ἐπιγέγραπται
γράμματα λέγοντα τάδε·

Μυριάσιν ποτὲ τῆδε τριηκοσίαις ἐμάχοντο
ἐκ Πελοποννάσου χιλιάδες τέτορες.

ταῦτα μὲν δὴ τοῖσι πᾶσι ἐπιγέγραπται· τοῖσι δὲ Σπαρ-
τήτησι ἰδίῃ·

Ὡς ξεῖν', ἀγγέλλειν Λακεδαιμονίοις, ὅτι τῆδε
κείμεθα, τοῖς κείνων ῥήμασι πειθόμενοι.

Λακεδαιμονίοισι μὲν δὴ τούτο· τῷ δὲ μάντι, τόδε·

Μνηῆμα τόδε κλεινοῖο Μεγιστία, ὃν ποτε Μῆδοι

Σπερχεῖον ποταμὸν κτεῖναν ἀμειψάμενοι·

μάντιος, ὃς τότε κῆρας ἐπερχομένας σάφα εἰδώς,

οὐκ ἔτλη Σπάρτης ἡγεμόνας προλιπεῖν.

Ἐπιγράμμασι μὲν νυν καὶ στήλησι, ἔξω ἢ τὸ τοῦ μάν-

tam in horum honorem, quam in illorum qui ante
cecidierant quam dimissi a Leonida socii abierunt,
hae inscriptiones positae sunt:

*Cum trecentis olim myriadibus hic pugnarunt
ex Peloponneso quatuor millia virorum.*

Haec in honorem omnium posita inscriptio est; in
Spartanorum vero memoriam privatim ista:

*Hospes, nuncia Lacedaemoniis, hoc loco nos
iacere, dictis illorum obsequentes.*

In Lacedaemonios igitur hoc; in vatem vero istud:
*Monumentum hoc illustris Megistiae, quem
olim Medi*

*Spercheo fluvio occiderunt traiecto,
vatis, qui instans tunc fatum probe cognitum
habens,*

deserere tamen Spartaе duces non sustinuit.

τιος ἐπίγραμμα, Ἀμφικτυόνες εἰσίσφραας οἱ ἐπικοσμήσαντες· τὸ δὲ τοῦ μάντιος Μεγιστίω, Σιμωνίδης ὁ Λεωπρέπεός ἐστι κατὰ Ξεινίην ὁ ἐπιγράψας.

Δύο δὲ τουτέων τῶν τριηκοσίων λέγεται, Εὐρύτον τε 229 καὶ Ἀριστόδημον, παρεὸν αὐτοῖσι ἀμφοτέροισι, κοινῶ λόγῳ χρησαμένοισι, ἢ ἀποσωθῆναι ὁμοῦ ἐς Σπάρτην, ὡς μεμετιμένοι τε ἔσαν ἐν τοῦ στρατοπέδου ὑπὸ Λεω-
5 νίδεω, καὶ κατεκέατο ἐν Ἀλπηνοῖσι ὀφθαλμιῶντες ἐς τὸ ἔσχατον· ἢ, εἴ γε μὴ ἐβούλοντο νοστήσαι, ἀποθανεῖν ἅμα τοῖσι ἄλλοισι· παρεὸν σφι τουτέων τὰ ἕτερα ποιεῖν, οὐκ ἐβελῆσαι ὁμοφρονεῖν· ἀλλὰ γνώμη διενειχθέντας, Εὐρύτον μὲν πυθόμενον τῶν Περσέων τὴν περί-
10 δον, αἰτήσαντά τε τὰ ὅπλα καὶ ἐνδύντα, ἄγειν αὐ-

Inscriptionibus istis et columnis, excepto vatis epigrammate, Amphictyones illos honorarunt: vatis vero Megistiae epigramma Simonides posuit, Leoprepis filius, pro hospitii familiaritate.

(229.) Narrant, ex trecentis illis Spartanis duos viros, *Eurytum* et *Aristodemum*, quum, si commune voluissent consilium sequi, potuissent ambo aut simul salvi Spartam redire, ut qui a Leonida e castris dimissi decubuerant in Alpenis, vehementi oculorum dolore laborantes; aut, si redire ad commilitones voluissent, mortem potuissent obire cum reliquis: hos igitur, narrant, quum alterutrum horum licuisset eligere, noluisse commune sequi consilium; sed, inter se dissentientes, Eurytum, cognito Persarum per montem circuitu, arma postulasse, captisque armis iussisse ilotum ut se ad pugnantes duceret, et,

τὸν κελεῦσαι τὸν εἴλωτα ἐς τοὺς μάχομένους· ὅπως δὲ αὐτὸν ἤγαγε, τὸν μὲν ἀγαγόντα, εἶχεσθαι Φεύγοντα, τὸν δὲ, ἐσπεσόντα ἐς τὸν ὄμιλον, διαφθαρῆναι· Ἀριστόδημον δὲ, λειποψυχέοντα λειθῆναι. Εἰ μὲν νυν ἦν μούνον Ἀριστόδημον ἀλγῆσαντα ἀπονοστήσαι ἐς Σπάρτην, ἢ καὶ ὁμοῦ σφέων ἀμφοτέρων τὴν κομιδὴν γενέσθαι, δοκέειν ἐμοί, οὐκ ἂν σοὶ Σπαρτιήτας μῆνιν οὐδεμίην προσθέσθαι· νυνὶ δὲ, τοῦ μὲν αὐτῶν ἀπολομένου, τοῦ δὲ, τῆς μὲν αὐτῆς ἐχομένου προΰασιος, οὐκ ἐβελήσαντος δὲ ἀποβνήσκειν, ἀναγκαίως σοὶ ἔχειν μηνίσαι 20
 230 μεγάλως Ἀριστοδήμῳ. Οἱ μὲν νυν οὕτω σωθῆναι λέγουσι Ἀριστόδημον ἐς Σπάρτην, καὶ διὰ πρόφασιν τοιήνδε. οἱ δὲ, ἀγγελὸν πεμφθέντα ἐκ τοῦ στρατοπέδου, ἐξέον αὐτῶ καταλαβεῖν τὴν μάχην γινομένην, οὐκ ἐβελῆσαι, ἀλλ' ὑπομείναντα ἐν τῇ ὁδῷ, περιγενέσθαι 5

postquam ad illos pervenit, ilotam quidem fuga salutem petiisse, ipsum vero in hostium agmen irruentem occubuisse: Aristodemum autem, deficientem animo, remansisse. Quod si igitur unus Aristodemus oculorum morbo laborasset, eâque causâ Spartam rediisset, aut si ambo simul reversi essent, Spartani (ut mihi videtur) nullam in eum iram erant exercituri: nunc vero, quum alter periit, alter, qui in eadem causa fuerat, mori recusavit, necessario vehementer irasci Aristodemo debuerunt. (230.) Alii igitur, hoc modo hacque occasione Aristodemum, memorant, salvum Spartam evasisse: alii vero aiunt, ad deferendum nuncium quemdam missum eum fuisse e castris, et, quum pugnae deinde interesse potuisset, noluisse, sed in via moratum, supersti-

613, 99.

τὸν δὲ συνάγγελον αὐτοῦ, ἀπικόμενον ἐς τὴν μάχην, ἀποθανεῖν. Ἀπονοστήσας δὲ ἐς Λακεδαίμονα ὁ Ἄρι- 231
 στόδημος ὄνειδός τε εἶχε καὶ ἀτιμίην. πάσχων δὲ τοιάδε
 ἠτίμωτο· οὔτε οἱ πῦρ οὐδὲς ἔναυε Σπαρτιατιέων, οὔτε
 διελέγετο, ὄνειδός τε εἶχε, ὁ τρέσας Ἄριστόδημος κα-
 5 λεόμενος. ἀλλ' ὁ μὲν ἐν τῇ ἐν Πλαταιῆσι μάχῃ ἀνέλα-
 βε πᾶσαν τὴν ἐπενεχθεῖσάν οἱ αἰτίην. Λέγεται δὲ καὶ 232
 ἄλλον ἀποπεμφθέντα ἄγγελον ἐς Θεσσαλίην τῶν τριη-
 κοσίων τουτέων, περιγενέσθαι, τῷ οὐνόμα εἶναι Παντί-
 τιν· νεστήσαντα δὲ τοῦτον ἐς Σπάρτην, ὡς ἠτίμωτο,
 ἀπάγξασθαι. Οἱ δὲ Θηβαῖοι, τῶν ὁ Λεοντιάδης 233
 ἐστρατήγεε, τέως μὲν μετὰ τῶν Ἑλλήνων εἰότες ἐμά-
 χοντο, ὑπ' ἀναγκαίης ἐχόμενοι, πρὸς τὴν βασιλέος

tem fuisse; socium autem, qui simul cum eo missus fuerat, ad pugnam rediisse, in eaque occubuisse. (231.) Quidquid sit, Lacedaemonem reversus Aristodemus probro et ignominia notatus est, atque ita infamis habitus, ut nemo Spartanorum lumen ei accenderet, nec cum eo colloqueretur, utque per ignominiam *trepidus Aristodemus* nominaretur. Sed idem vir in pugna ad Plataeas culpam, quae cum premebat, dissolvit. (232.) Memorant etiam, alium ex trecentis, nomine Pantitem, quum ad deferendum nuncium in Thessaliam fuisset missus, superstitem fuisse; eundem vero, quum Spartam reversus ignominia esset notatus, voluntario suspendio vitam finisse. (233.) *Thebani* vero, quibus dux praecerat Leontiadēs, hactenus quidem a Graecorum partibus stantes, necessitate coacti, adversus regis exercitum dimicaverant. Ut vero superiorem esse viderunt rem

στρατιήν. ὡς δὲ εἶδον κατυπέρτερα τῶν Περσέων γινόμενα τὰ πρήγματα, οὕτω δὴ τῶν σὺν Λεωνίδῃ Ἑλλήνων ἐπειγομένων ἐπὶ τὸν κολωνόν, ἀποσχισθέντες τουτέων, χεῖράς τε προέτεινον, καὶ ἦσαν ἄσπον τῶν βαρβάρων· λέγοντες τὸν ἀληθέστατον τῶν λόγων, ὡς „καὶ μηδίζουσι, καὶ γῆν τε καὶ ὕδωρ ἐν πρώτοισι ἔδωσαν βασιλείῃ, ὑπὸ δὲ ἀναγκαίης ἐχόμενοι ἐς Θερμοπύλας ἀπικοίατο, καὶ ἀναίτιοι εἶεν τοῦ τρώματος τοῦ γεγονότος βασιλείῃ.“ ὡς τε ταῦτα λέγοντες, περιεγίνοντο· εἶχον γὰρ καὶ Θεσσαλοὺς τῶν λόγων τουτέων μάρτυρας. Οὐ μέντοι τάγε πάντα εὐτύχησαν· ὡς γὰρ αὐτοὺς ἔλαβον οἱ βάρβαροι ἐλθόντας, τοὺς μὲν τινας καὶ ἀπέκτειναν προσιόντας, τοὺς δὲ πλεῖνας αὐτέων, κελεύσαντος Ξέρξεω, ἔστιζον στίγματα βασιλῆα, ἀρξάμενοι ἀπὸ τοῦ στρατηγοῦ Λεοντιάδεω· τοῦ τὸν παῖδα

Persarum, quo tempore Graeci qui cum Leonida fuerant ad tumultum se recipere properabant, his desertis, passis manibus ad Barbaros accesserunt, dicentes id quod verissimum erat, *cum Medis sese sentire, et inter primos terram et aquam regi tradidisse; necessitate autem coactos venisse ad Thermopylas, et a cladis culpa regi illatae esse immunes.* His dictis, salvi evaserunt; habebant enim etiam Thessalos dictorum testes. Nec tamen prorsus feliciter eis res cessit. Nam, ut accedentes eos in potestate habuerunt Barbari, nonnullos etiam, ut accedebant, interfecerunt; reliquis vero Xerxis iussu regia inusserunt stigmata, initio a duce Leontiade facto; cuius viri filium Eurymachum, interiecto tempore, Plataeenses interfecerunt, quum quadringentorum

Εὐρύμαχον χρόνῳ μετέπειτα ἐφόνευσαν Πλαταιῆες,
20 στρατηγήσαντα ἀνδρῶν Θηβαίων τετρακοσίων, καὶσχόν-
τα τὸ ἄστυ τὸ Πλαταιέων.

Οἱ μὲν δὴ περὶ Θερμοπύλας Ἕλληνες οὕτω ἠγωνί- 234
σαντο. Ξέρξης δὲ καλέσας Δημάρητον, εἰρώτα ἀρξά-
μενος ἐνθένδε „ Δημάρητε, ἀνὴρ εἰς ἀγαθός. τεκμαί-
„ ρομαι δὲ τῇ ἀληθείῃ ὅσα γὰρ εἶπας, ἅπαντα ἀπέ-
5 „ βη οὕτω. νῦν δὲ μοι εἰπὲ, κόσμοι τινές εἰσι οἱ λοιποὶ
„ Λακεδαιμόνιοι, καὶ τουτέων ὁκόσοι τοιοῦτοι τὰ πολέ-
„ μια, εἴτε καὶ ἅπαντες.“ Ὁ δ' εἶπε „ ὦ βασιλεῦ,
„ πλῆθος μὲν πάντων τῶν Λακεδαιμονίων πολλόν, καὶ
„ πόλις πολλαὶ τὸ δὲ θέλεις ἐκμαθέειν, εἰδήσεις. Ἔστι
10 „ ἐν τῇ Λακεδαίμονι Σπάρτη, πόλις ἀνδρῶν ὀκτακίς-
„ χιλίων μάλιστα κη. οὗτοι πάντες εἰσὶ ὁμοῖοι τοῖσι

dux fuisset Thebanorum, quorum ope Plataeensium urbem occupaverat.

(234.) Hoc igitur modo ad Thermopylas Graeci pugnauerant. Tum vero Xerxes vocatum ad se Demaratum interrogavit, hoc usus sermonis introitu. Demarate, vir probus es: ex vero ita iudico: quaecumque enim dixisti, ea ita evenerunt. Nunc dic mihi, quotnam numero sint reliqui Lacedaemonii; et ex his quot sint horum similes in re bellica, an etiam tales sint omnes? Et ille, Rex! inquit, multitudo quidem omnium Lacedaemoniorum ingens est, et civitates sunt multae: quod vero tu scire cupis, id dicam. Est in Laconicâ Sparta, civitas virorum octies mille admodum: et hi quidem omnes similes sunt his qui hîc pugnarunt. Caeteri vero Lacedaemonii his utique

„ἐνθάδε μαχεσαμένοισι· οἳ γε μὲν ἄλλοι Λακεδαιμό-
 „νιοι, τούτοισι μὲν οὐκ ὁμοῖοι, ἀγαθοὶ δέ.“ Εἶπε πρὸς
 ταῦτα Ξέρξης· „Δημάροητε, τέω τρόπῳ ἀπονητότατα
 „τῶν ἀνδρῶν τουτέων ἐπικρατήσομεν; ἴθι ἐξηγέο. σὺ 15
 „γὰρ ἔχεις αὐτέων τὰς διεξόδους τῶν βουλευμάτων,
 235 „οἷα βασιλεὺς γενόμενος.“ Ὁ δὲ ἀμείβετο· „ὦ
 „βασιλεῦ, εἰ μὲν δὴ συμβουλεύεαί μοι προθύμως,
 „δίκαιόν μὲ σοὶ ἐστὶ φράζειν τὸ ἀρίστον. εἰ τῆς ναυτι-
 „κῆς στρατιῆς νέας τριηκοσίας ἀποστείλειαις ἐπὶ τὴν
 „Λάκαιναν χώραν. Ἔστι δὲ ἐπ’ αὐτῇ νῆσος ἐπικειμένη, 5
 „τῇ οὐνομά ἐστι Κύθηρα· τὴν Χίλων, ἀνὴρ παρ’ ἡμῖν
 „σοφώτατος γενόμενος, κέρδος μέζον, ἔφη, εἶναι Σπαρ-
 „τιήτησι κατὰ τῆς θαλάσσης καταδεδυκέναι μᾶλλον
 „ἢ ὑπερέχειν, αἰεὶ τι προσδοκῶν ἀπ’ αὐτῆς τοιοῦτο ἔσε-
 „σθαι οἷόν τι ἐγὼ ἐξηγέομαι· οὐ τι τὸν σὸν στόλον προει- 10

non sunt similes, at fortes tamen viri sunt. Ad haec Xerxes ait: Quonam igitur pacto hos homines minimo labore subigemus? Age, hoc mihi prome! Tu enim vias consiliorum omnium, quibus illi utuntur, compertas habes, quippe qui rex eorum fuisti. (235.) Respondit Demaratus: Quandoquidem studiose me consulis, aequum est ut tibi id, quod optimum fuerit, expromam: nempe, si trecentarum navium classem in Laconicam miseris terram. Est autem prope illam sita insula, cui nomen Cythera; de qua Chilon, vir olim apud nos sapientissimus, dicere consueverat, ingens lucrum fore Spartanis, si ea insula mari mergeretur potius, quam emineret. Nempe ille, non utique tuam classem ex longo tempore pro-

„δῶς, ἀλλὰ πάντα ὁμοίως φοβεόμενος ἀνδρῶν στόλον.
 „ἐκ ταύτης ᾧν τῆς νήσου ὀρμεώμενοι, φοβεόντων τοὺς
 „Λακεδαιμονίους. παροίκου δὲ πολέμου σφι ἔοντος οἰ-
 „κλήϊου, οὐδὲν δεινὸν ἔσονται τοι, μὴ τῆς ἄλλης Ἑλλά-
 5 „δος ἀλισκομένης ὑπὸ τοῦ πεζοῦ, βοηθέωσι ταύτῃ. κα-
 „ταδουλωθείσης δὲ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος, ἀσθενὲς ἤδη τὸ
 „Λακωνικὸν μῦνον λείπεται. Ἦν δὲ ταῦτα μὴ ποιῆς,
 „τάδε τοι προσδόκα ἔσεσθαι. ἔστι τῆς Πελοποννήσου
 „ἰσθμὸς στενός· ἐν τούτῳ τῶ χώρῳ πάντων Πελοπον-
 10 „νησίων συνομοσάντων ἐπὶ σοὶ, μάχας ἰσχυροτέρας ἄλ-
 „λας τῶν γενομένων προσδέκεο ἔσεσθαι τοι. ἐκεῖνο δὲ
 „ποιήσαντι, ἀμαχητὶ ὅ τε ἰσθμὸς οὗτος καὶ αἱ πόλεις
 „προσχωρήσουσι.“ Λέγει μετὰ τοῦτον Ἀχαιμένης, 236

*spiciens, sed quamlibet quorumcumque hominum
 timens classem, semper veritus erat ne ex illa
 insula tale quidpiam patriae suae immineret,
 quale tibi ego nunc propono. Ex hac igitur insula
 impetum faciens tua classis terreat Lacedaemo-
 nios: et illi, proprio finitimoque bello pressi, nil
 verendum est, ne reliquae Graeciae, a pedestribus
 tuis copiis oppugnatae, auxilio veniant. Domitā
 autem reliquā Graeciā, Laconicum genus per se
 relinquitur invalidum. Istud autem ni feceris,
 hoc futurum exspecta. Est Peloponnesi isthmus
 angustus; quo loco a coniuratis adversus te om-
 nibus Peloponnesiis scito certamina multo acri-
 ora tibi, quam quae adhuc facta sunt, imminere.
 Istud vero si feceris, isthmus ille et civitates
 omnes sine pugna in tuam cedent potestatem.
 (236.) Post haec Achaemenes, frater Xerxis, et
 Herod. T. III. P. I. B b*

ἀδελφεός τε ἐὼν Ξέρξῳ, καὶ τοῦ ναυτικοῦ στρατοῦ
 στρατηγός, παρατυχῶν τε τῷ λόγῳ, καὶ δέισας μὴ
 ἀναγνωσθῆ Ξέρξης ποιέειν ταῦτα· ὦ βασιλεῦ, ὄρέω
 ὡς ἀνδρὸς ἐνδεκόμενον λόγους, ὃς Φθονέει τοι εὖ πρήσ- 5
 ὢσονται, ἢ καὶ προδιδῶι πρήγματα τὰ σά. καὶ γὰρ δὴ
 ὡς καὶ τρέποισι τοιούτοισι χρεώμενοι οἱ Ἕλληνες χαίρου-
 ὢσι τοῦ τε εὐτυχέειν Φθονέουσι, καὶ τὸ κρέσσον στυ-
 ὢγέουσι. Εἰ δ' ἐπὶ τῆσι παρεούσησι τύχησι, τῶν νέες
 ὡς ναυαυηγῆκασι τετρακόσιαι, ἄλλας ἐκ τοῦ στρατοπέ- 10
 ὡς δου τριηκοσίας ἀποπέμψεις περιπλώειν Πελοπόννησον,
 ὡς ἀξιόμαχοί τοι γίνονται οἱ ἀντίπαλοι. ἀλῆς δὲ ἐὼν ὁ
 ὡς ναυτικός στρατός, δυσμεταχειρίστός τε αὐτοῖσι γίνε-
 ὡς ται, καὶ ἀρχὴν οὐκ ἀξιόμαχοί τοι ἔσονται· καὶ πᾶς
 ὡς ὁ ναυτικός τῷ πεζῷ ἀρῆξει, καὶ ὁ πεζὸς τῷ ναυτικῷ, 15

classi praepositus, qui huic colloquio intererat, ve-
 ritus ne ad faciendum quod Demaratus suaserat Xer-
 xes induceretur, hunc sermonem est exorsus. *Rex!*
video te sermonem admittere viri, qui tuae invi-
det felicitati, aut etiam prodere res tuas cona-
tur. Nam hoc uti more amant Graeci: invident
aliis ob felicitatem, oderuntque potentiores. Quod
si tu in praesenti rerum statu, postquam quadrin-
gentae nostrarum navium naufragium fecerunt,
alias trecentas de classe dimiseris quae Pelopon-
nesum circumnavigent, erunt nobis hostes ad re-
sistendum pares. Sin coniuncta manet nostra
classis, difficilis illis erit ad oppugnandum, om-
ninoque resistere tibi neutiquam poterunt. Ad
haec universae navales copiae terrestribus erunt
praesidio, et terrestres copiae navalibus, unà iter

„ ἑμοῦ πορευόμενος. εἰ δὲ διασπάσεις, οὔτε σὺ ἔσειαι
 „ κείνοισι χρήσιμος, οὔτε κείνοι σοί. Τὰ σεαυτοῦ δὲ τι-
 „ θόμενος εὖ, γνώμην ἔχε τὰ τῶν ἀντιπολέμων μὴ ἐπι-
 „ λέγεσθαι πρήγματα, τῇ τε στήσονται τὸν πόλεμον,
 20 „ τὰ τε ποιήσουσι, ὅσοι τε πληθὸς εἰσι. ἱκανοὶ γὰρ ἐκεῖ-
 „ νοὶ γε αὐτοὶ ἑαυτῶν πέρι Φροντίζειν εἰσὶ, ἡμεῖς δὲ ἡμέων
 „ ὡσαύτως. Λακεδαιμόνιοι δὲ, ἣν ἴωσι ἀντία Πέρσησι ἐς
 „ μάχην, οὐδὲ ἐν τὸ παρεὸν τραῶμα ἀνιεύονται.“ Ἀμεί- 237
 βεται Ξέρξης τοῖσδε „ Αχαίμενες, εὖ τέ μοι δοκέεις
 „ λέγειν, καὶ ποιήσω ταῦτα. Δημάροτος δὲ λέγει μὲν
 „ τὰ ἀριστα ἔλπεται εἶναι ἑμοῖ, γνώμῃ μέντοι ἐσσοῦ-
 5 „ ται ὑπὸ σεῦ. οὐ γὰρ δὴ κεινὸ γε ἐνδέξομαι, ὅπως οὐκ
 „ εὐνοέει τοῖσι ἑμοῖσι πρήγμασι, τοῖσί τε λεγομένοισι
 „ πρότερον ἐκ τούτου σταθμώμενος, καὶ τῶ ἔόντι, ὅτι

facientes: quos si diremeris, nec tu illis utilis esse poteris, nec illae tibi. Quod si tuae rationes recte erunt initaе, sic indue animum, ut nil cures res adversariorum, quo loco gesturi sint bellum, quidve agant, aut quanta sit illorum multitudo. Satis ipsi idonei sunt suas res curare, et nos nostras. Lacedaemonii vero, si contra Persas in pugnam progredientur, ne unam quidem hanc praesentem cladem reparabunt. (237.) Cui Xerxes his verbis respondit: Achaemenes! recte tu mihi dicere videris, atque ita faciam. Demaratus autem ea dicit, quae meis rebus ipse utilissima iudicat: eius tamen sententia a tua superatur. Nam istud quidem non admitto, non bene eum cupere meis rebus: documento quippe mihi sunt quum superiores eius sermones, tum res ipsa.

„πολιήτης μὲν πολιήτη εὖ πρήσσοντι Φθονέει, καὶ ἔστι
 „δυσμενῆς τῇ σιγῇ· οὐδ' ἂν, συμβουλευομένου τοῦ
 „ἀστοῦ, πολιήτης ἀνὴρ τὰ ἀρίστα οἱ δοκέοντα εἶναι 10
 „ὑποθέοιτο, εἰ μὴ πρόσω ἀρετῆς ἀνήκοι· σπάνιοι δ' εἰ-
 „σὶ οἱ τοιοῦτοι. ξεῖνος δὲ ξεῖνω εὖ πρήσσοντί ἔστι εὐμε-
 „νέστατον πάντων, συμβουλευομένου τε ἂν συμβουλευ-
 „σειε τὰ ἀρίστα. οὕτω ἂν κακολογίης πέρι τῆς ἐς Δη-
 „μάρητον, ἐόντος ἐμοὶ ξείνου, ἔχεσθαι τινα τοῦ λοιποῦ 15
 238 „κελεύω.“ Ταῦτα εἶπας Ξέρξης, διεξήγε διὰ τῶν νε-
 κρῶν· καὶ Λεωνίδεω, ἀκηκοῶς ὅτι βασιλεὺς τε ἦν καὶ
 στρατηγὸς Λακεδαιμονίων, ἐκέλευσε ἀποταμόντας τὴν
 κεφαλὴν ἀνασταυρῶσαι. δῆλά μοι πολλοῖσι μὲν καὶ
 ἄλλοισι τεκμηρίοισι, ἐν δὲ δὴ καὶ τῶδε οὐκ ἤκιστα γέ- 5
 γονε, ὅτι βασιλεὺς Ξέρξης πάντων δὴ μάλιστα ἀνδρῶν

*Etenim civis quidem invidet felicitati civis, et ta-
 cite ei infensus est: nec facile civis, a popularium
 aliquo consultus, ea illi quae ipsi optima viden-
 tur suaserit, nisi probabiles in virtute progres-
 sus fecerit: cuiusmodi rari sunt homines. Hospes
 vero hospiti felici benevolentissimus est, et con-
 sultanti lubens optima suaserit. Itaque maledi-
 centiâ adversus Demaratum, qui meus hospes est,
 abstinere dehinc quemlibet iubeo. (238.) Haec Xer-
 xes postquam dixit, per caesorum cadavera transiit;
 et Leonidae, ut audivit regem hunc et ducem Lace-
 daemoniorum fuisse, abscindi caput et e palo erigi
 iussit. Ac mihi quidem quum aliis documentis, tum
 vero maxime hoc ipso, fit manifestum, Xerxem
 vivo Leonidae omnium hominum maxime iratum*

617, 16.

ἐθυμώθη ζῶντι Λεωνίδῃ. οὐ γὰρ ἂν κοτε εἰς τὸν νεκρὸν
ταῦτα παρενόμησε· ἐπεὶ τιμᾶν μάλιστα νομίζουσι τῶν
ἐγὼ οἶδα ἀνθρώπων Πέρσαι ἀνδρας ἀγαθοὺς τὰ πολέ-
10 μια. οἱ μὲν δὴ ταῦτα ἐποίεον τοῖσι ἐπετέτακτο ποιέειν.

Ἄνεμι δὲ ἐκέϊσε τοῦ λόγου, τῇ μοι τὸ πρότερον ἐξέ- 239
λιπε. Ἐπύθοντο Λακεδαιμόνιοι, ὅτι βασιλεὺς στέλ-
λοιο ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, πρῶτοι· καὶ οὕτω δὴ εἰς τὸ
χρηστήριον τὸ εἰς Δελφοὺς ἀπέπεμψαν, ἔνθα δὴ σφι
5 ἐχρήσθη τὰ ὀλίγω πρότερον εἶπον. ἐπύθοντο δὲ τρόπῳ
Θωμασίῳ. Δημάροτος γὰρ ὁ Ἀρίστανος, Φυγῶν εἰς
Μήδους, ὡς μὲν ἐγὼ δοκέω, καὶ τὸ οἶκος ἐμοὶ συμμα-
χέεται, οὐκ ἦν εὐνοῦς Λακεδαιμονίοισι. πάρεστι δὲ εἰ-
κάζειν, εἴτε εὐνοίῃ ταῦτα ἐποίησε, εἴτε καὶ καταχαί-

fuisse: alioqui enim numquam in mortui corpus ita nefarie saeviturus erat, quandoquidem maxime omnium, quos novi, hominum Persae honorare fortes viros consueverunt. Illi igitur, quibus id imperatum est, iussa exsecuti sunt.

(239.) Sed redeo ad eam narrationem, quam superius imperfectam reliqui. Parare regem expeditionem adversus Graeciam primi resciverant *Lacedaemonii*, idque mira quadam ratione resciverant. Ideoque ad Delphicum miserunt oraculum, ubi illud eis editum est responsum, quod paulo ante commemoravi. Demaratus enim, Aristonis filius, exsulans apud Medos, ut equidem existimo, et ratio mecum militat, non bene animatus fuit in Lacedaemonios. Coniectare igitur licet, utrum benevolo hoc fecerit animo an insultandi caussa. Postquam decrevit *Xer-*

ρων. Ἐπεὶ τε γὰρ Ξέρξης ἔδοξε στρατηλατέειν ἐπὶ τὴν 10
Ἑλλάδα, ἑὼν ἐν Σούσοισι ὁ Δημάρετος, καὶ πυθόμε-
νος ταῦτα, ἠθέλησε Λακεδαιμονίοισι ἔξαγγεῖλαι. ἄλ-
λως μὲν δὴ οὐκ εἶχε σημήναι· ἐπικίνδυνον γὰρ ἦν μὴ
λαμφεῖν· ὁ δὲ μηχανᾶται τοιάδε. δελτίον δίπτυχον
λαβὼν, τὸν κηρὸν αὐτοῦ ἐξέκνησε, καὶ ἔπειτα ἐν τῷ 15
ξύλῳ τοῦ δελτίου ἔργαζε τὴν βασιλέος γνώμην· ποιή-
σας δὲ ταῦτα, ὀπίσω ἐπέτηξε τὸν κηρὸν ἐπὶ τὰ γράμ-
ματα, ἵνα φερόμενον κεινὸν τὸ δελτίον μηδὲν πρῆγμα
παρέχοι οἱ πρὸς τῶν ὁδοφυλάκων. ἐπεὶ δὲ καὶ ἀπίκετο
εἰς τὴν Λακεδαίμονα, οὐκ εἶχον συμβαλέσθαι οἱ Λα- 20
κεδαιμόνιοι, πρὶν γε δὴ σφί, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι,
Κλεομένεος μὲν θυγάτηρ, Λεωνίδεω δὲ γυνὴ, Γοργῶ,
ὑπέθετο, ἐπιφρασθεῖσα αὐτῇ, τὸν κηρὸν κινᾶν κελεύου-
σα, καὶ εὐρήσειν σφέας γράμματα ἐν τῷ ξύλῳ. πει-

xes exercitum adversus Graeciam ducere, *Demaratus* tunc Susis praesens, ubi id rescivit, Lacedaemoniis voluit significare. Qui quum aliam rationem, qua id eis significaret, non haberet, quum periculum esset ne deprehenderetur, tali usus est commento. Sumtâ duplicatâ tabellâ, ceram ex ea erasit, et ligno tabellae consilium Xerxis inscripsit: quo facto, scriptum istud infusâ cerâ denuo obduxit, ne nudam ferenti tabellam molestia exhiberetur a viarum custodibus. Postquam vero Lacedaemonem perlata tabella est, coniectare Lacedaemonii, quid rei esset, prius non potuere, quam (ut equidem accepi) Cleomenis filia, Leonidae uxor, Gorgo, eos docuisset. Haec enim re secum perpensa, eradi ceram iussit, atque ita in

25 Θόμενοι δὲ, εὔρον καὶ ἐπελέξαντο, ἔπειτα δὲ τοῖσι ἄλλοισι Ἑλλησι ἐπέστειλαν. Ταῦτα μὲν δὴ οὕτω λέγεται γενέσθαι.

ἹΣΤΟΡΙΩΝ ἩΡΟΔΟΤΟΥ Ζ΄.

ligno reperturos esse scripturam ait: cui obsequentes illi, intus scripta reppererunt legeruntque, ac deinde reliquis Graecis legenda miserunt. Haec igitur ita gesta esse memorant.

FINIS LIBRI SEPTIMI
HISTORIARUM HERODOTI.

ARGUMENTUM LIBRI SEXTI.

HISTIAEUS, Miletum rediturus, (lib. V. 106.) Artapherni suspectus, nec ab ipsis Milesiis et aliis Ionibus receptus, cum Lesbiis navibus Byzantium se confert. (*Cap.* 1-5.) Persis *Miletum* terra marique oppugnantibus, Iones ad *pugnam navalem* aliquantisper strenue se exercent, auctore Dionysio Phocensi: mox vero disciplinae pertaesi, praelio commisso, deserti a Samiis, ingenti clade adficiuntur. (6-15.) *Chiorum* ii etiam, qui evaserant, ab insciis Ephesiis occiduntur. (16.) Dionysius Siciliam petit, ibique piraticam exercet. (17.) *Miletus capta a Persis*, ut Pythia praedixerat; (18. 19.) incolae ad Tigridis ostia deportati. (20.) Milesiorum sortem lugentes Athenienses, multant *Phrynichum*, qui traegodiam *Μιλήτου ἄλωσιν* docuerat. (21.)

Samiorum pars, iugum Persarum abhorrentes, cum profugis *Milesiis* Siciliam petunt, ibique *Zanclem* urbem occupant; cuius tyrannus *Scythas*, regno exutus, ad Darium profugit. (22-24.) Samus et Caria in Persarum ditionem redactae. (25.) *Histiaeus* Chium subigit: dein in continente cum Persis congressus, vivus capitur, et Sardes abductus necatur ab Artapherne, invito rege. (26-30.) Caeteri Iones a Persis subiguntur. (31. 32.) *Chersonesus* ad Hellespontum et tota ora Thraciae usque *Byzantium* in Persarum ditionem redigitur. (33.)

Digressio de Chersoneso Thracica. Pisistrati aetate tenuerat eam *Miltiades*, Cypseli filius, a *Doloncis* sibi traditam, qui cum colonis Atheniensibus eo profectus est. (34-37.) Huic successerat fratris uterini *Cimonis* (cf. c. 103.) filius, *Stesagoras*; et post hunc alter *Cimonis* filius *Miltiades*, Athenis eo a Pisistratidis missus. (38. 39.) Is, Scythis post Darii

discessum in Chersonesum irrumpentibus, profugit: dein in regnum restitutus, ob Persarum metum quinque triremibus instructis Athenas rediit. Filius eius Metiochus, cum una triremi captus, ad Darium missus est et bene ab eo habitus. (40. 41.)

Ioniâ penitus pacatâ, et rebus omnibus ibi ordinatis, (42.) *Mardonius* cum ingenti classe Europam petit, Eretriaë et Athenis (cf. V. 99.) bellum illaturus. (43.) Thaso et parte Macedoniae primum expugnatis, dum classis *Athon* montem circumvehitur, acri coorta tempestate, plurimae naves pereunt. (44.) Simul pedestris exercitus in Macedonia a *Brygis* Thracibus magnam cladem accepit: quibus postremo devictis, in Asiam *Mardonius* redit. (45.) *Thasii*, metallis opulenti, rebellionem molientes, muro et navibus exuti sunt. (46. 47.) *Darius* praecones per Graeciam dimisit, *terram et aquam* regi postulantes: (48. cf. VII. 32. et 131-136.) quibus quum et alii et in his *Aeginetae* essent obsecuti, *Aeginetae* hoc nomine ab Atheniensibus apud Spartanos accusati sunt. (49.) *Cleomenes, rex Spartaë*, *Aeginam* proficiscitur deditiois auctores comprehensurus: sed per *Demarati*, alterius regis, machinationes et *Crii Aeginetae* vociferationem infecta re discedere cogitur. (50. 51.)

Digressio de regibus Spartanorum. Aristodemus Heraclida, conditor coloniae Doriensium in agro Laconico: eiusdem filii gemelli, *Eurysthenes* et *Procles*, duarum familiarum regiarum auctores. (52.) *Doriensium reges* a maioribus, usque a *Perseo, Hellenes* fuere; a *Danaë* vero, *Aegyptii*. *Perseum* quidem Persae aiunt, quum Assyrius fuisset, Graecum esse factum. (53-55.) Iura atque munera Regum Spartanorum, in bello, (56.) et in pace. (57.) Honores post mortem iidem fere qui Persis. (58.) Alia instituta Spartanis cum Persis, et cum *Aegyptiis*, communia. (59. 60.)

Ariston, Spartaë rex, quum duas deinceps habuisset uxores steriles, tertiam duxit, priori marito per dolum abductam, quae ex foedissimâ olim puel-

